





FONDO PROVINCIA


NAZIONALE
B. Prov.
VI
711
NAPOLI
BIBLIOTECA
VITT. EM. III


BIBLIOTECA PROVINCIALE
Armadio
Palchetto
Num.° d' ordine 10.
33346

JURIS APHORISMI





JURIS APHORISMI

ORDINE ALPHABETICO DIGESTI

ADJECTIS LEGUM TEXTIBUS

NECNON

INDICE MATERIARUM COPIOSISSIMO

AUCTORE

FRANCISCO VACCARO

JURISCONS. NEAP.





VOLUMEN UNICUM

NEAPOLI
ex Typographia Floriana
MDCCCXLII

N. Exemplaria stigmate, et auctoris subscriptione destituta legum poenalium rigori subjiciuntur.



LECTORI

uo primum tempore homines una venerunt, caeperuntque urbes aedificare, ac frequentare, nihil eis potius fuit, quam ducem aliquem constituere, qui voluntates, viresque omnium ad commune bonum dirigeret, ut impetus improborum, qui has humani generis societates disrumpere, ac violare conarentur, recte possint propulsari. Inde fuit, ut Tullius ait, *juris aequa descriptio*, *certaque vivendi disciplina*, *quas res et mansuetudo animorum consequuta*, *et verecundia est: effectumque*, *ut esset vita munitior*, *atque ut dando*, *et accipiendo*, *mutandisque facultatibus*, *et commodis nulla re egeremus*. Quare, qui Reipublice praerant, suorum necessitatibus subjectorum consulentes leges tulerunt, tum ut eorum mores ad virtutem, honestatemque conformarentur, tum ut cujusdam jura, et officia constituerentur: hoc tamen aequo animo optaverunt, ut praecepta, quae suos moderari debebant, aequitate, summaque justitia omnibus populis exemplo praeirent. Sed studium, quod quamplurimi exactis temporibus susceperunt, prae caeteris Imperator Justinianus persolvisse videtur: opus enim legum, quae Romanae gentis ad belli gloriam institutae mores, et studia regere debebant, velut insigne, posterisque demandandum venit in omne aevum: adeo ut jus illud, quod initio unius populi gratia conditum, deinceps fuit omnium fere gentium assensu susceptum.

At tantum humani ingenii monumentum etsi addiscentibus viam omnino non intercludat, non ideo tamen iter asperrimum aggredientibus non praestat: nam leges antea undique effusae, et ab illo Imperatore sapienter excerptae ingentem constituerunt molem: qua propter proximis temporibus nonnulli ex viris prudentissimis, qui partim vetustorum, partim nostrorum temporum

fastos vindicant, ut commodior dignoscendi juris ratio fieret, diversas methodos adhibuerunt. Itaque inter multos jurisconsultorum labores, qui avertentibus a legum studio propter tantam earum congeriem, vel discernendo, vel declarando, vel juri aliquid detrahendo consuluerunt, mihi semper eorum opus arrisit, quod ad romanum jus intelligendum per regulas, generalesque notiones aptum perquam maxime fuit: esse enim expeditum, utilemque modum, quo leges, et extemplo in mentem revocantur, et facile casibus apponuntur, consulto sum arbitratus, tum brevitate, qua concipiuntur, tum etiam generali idea, ad quam reducuntur. Cum autem his principiis, quae ad jus rite interpretandum necessaria videntur, romanae leges satis redundent, ideo magnae est utilitatis romani juris, eiusdemque partium notitia, licet nunc propriis praeceptis populi fere omnes regantur.

His igitur cognitis dicendum est quonam modo in hoc opere prae caeteris quid novi accessit, ut lectores suae commoditatis gratia allici, atque excitari possint. Multos enim et copiose, et ornate eamdem rem pertractasse haud contendo (a): sed cum in legum adpositione nonnulli in pauca offendisse, et quaedam omisisse videantur: idcirco et haec adjicere, atque illa perpolire cogitate sum conatus.

Quapropter regulas fere omnes in novissimo digestorum ti-

(a) Inter caeteros adnotandi sunt, quos de juris regulis scriptores recenset Struvius in bibliotheca juris cap. 7. §. 100 — nempe » Ioannes Calvinus, Petrus Faber, Everardus Bronchorst, Hubertus Gifanius, Philippus Enricus Hoennonius, Philippus Mattaei, Wilelmus Ludwellus, Divus de Muxellano, Ioannes Nildelius, Hieronimus Irenei, et Iacob Raevardi, Iacobus Wisembachius, Ioannes Gichelii, Petrus Mulleri, Iacobus Gothofredi, Petrus Gudelinus, Antonius Daniel Ionnemannus, Christopharus Gunaeclius.

Neque posthabendi sunt alii, qui in eodem consilio me praevenerunt, nempe » Thomas de Thomasetis (*Flores legum ex jure civili, et canonico*) Iulius Pacius a Beriga (*Institutionum*) Franciscus Car. Corradius (*Oratio de jurisprudentia regularum romanarum*) Faber (*Regulae juris*) Corradius Ritersussius (*de regulis juris*) D'Antoine (*Regole di dritto civile, e canonico*). Brocardia juris, sive flores legum secundum ordinem alphabeticum) Weitzelii (*Commentarius de crebro usu brocardicorum juridicorum*) Ivo Claudius Iourdain (*Collectio diversarum juris regularum*), cui refertur opella nuper edita (*Breviarium advocatorum*). Pothier (*de reg. jur.*) Domat. (*Legum Delectus*) Axiomata legu m (*Anonim.*) Bacone (*de legibus*) — et alii sexcenti.

tulo appositas, aliasque in universo juris corpore satas, ac nonnullas juridicas sententias selegi, quas ex juris fonte, et jurisconsultorum operibus hausi, easque omnes uno *aphorismorum* nomine nuncupavi.

Ne autem res confusione ulla laboraret, atque in tenebris suffusa maneret; incompositam idcirco materiam ordine verborum alphabetico digessi ad formam repertorii aphorismos continentis, quorum unicuique subdidi congruentem textum romanarum legum (*); earum autem defectui interdum jurisconsultorum auctoritate suffeci: postremo demum indice materiarum copiosissimo, ut haud difficulter inveniri possint aphorismi, opus perficiendum putavi.

Et me tandem juvit, velut qui in hac elucubratione fueram, ad finem pervenisse; sed animum subivit cogitatio, opus, quod sedulo concinnavi, ne silentio gloriam vigentis legislationis offunderet, comparatione nostri Regni legum ad exitum esse perducendum: qua quidem in re, ut cohaerentia, vel discrimen inter veteris, novique juris sanctiones promptius oculis subjiceretur, proximas romanis congruentes, vel dissentientes, vel abrogantes patrias leges summatim adnotavi.

Habes a me, candide lector, neque novum, neque magni momenti munus: sed, quantum potui, accuratum. Tandem perinde est, ut acceperis: nulla enim res magis urget animum, quam necessitas tyronum, qui in jus velut in mare ingrediuntur, aut utilitas eorum, qui hoc officio nobili funguntur nomine, aut etiam commoditas eorum, qui in dijudicando leges factis apponere debent.

Quae quidem cura si a perditis, ignarisque hominibus appellanda sit potius gerendi nominis libido, vel res omnino inutilis, quam unum concivium gratiae desiderium, vel parvae utilitatis labor; appelletur ita sane, dummodo ea utar pro bonorum commoditate contra improborum amentiam.

(*) Romanae leges ex juris corpore auctoris Henrici Ferramontano depromptae sunt.

JURIS APHORISMI

ORDINE ALPHABETICO DIGESTI.



AB

1. AB initio contractus sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis (a).

2. Ablativi duo absolute positi conditionem saepe faciunt (b).

3. Absentia reipublicae causa non nocet, nec absenti, nec aliis (c).

TEXTUS LEGUM, ET AUCTORITATES JURISCONSULTORUM.

(a) *Extat in L. 5. Cod. de oblig. et action., ubi sic.* — Sicut initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus; ita renunciare semel constitutae obligationi, adversario non consentiente, nemo potest (1): quapropter intelligere debetis, voluntariae obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente altera parte, de cujus precibus fecistis mentionem, minime posse discedere.

Fluit quoque ex L. 17. §. 3. cir. fin. ff. commod. ubi sic. — Voluntatis est enim suscipere mandatum, necessitatis consumare.

(1) Concorda coll' art. 1088. LL. CC.

(b) *Fluit ex leg. 109. ff. de condit; et demonstr., ubi sic.* —A testatore rogatus, ut acceptis centum nummis restitueret haereditatem Titiae cohaeredi suae, adita haereditate decessit, similiter et Titia, antequam daret centum: quaesitum est, an haeres Titiae, offerendo centum ex fideicommisso, partem haereditatis consequi possit? Respondit, haeredem conditioni parere non posse. Claudius: magno ingenio de iure aperto respondit, cum potest dubitari, an in proposito conditio esset.

Vide etiam L. 43. ff. eod.

Vide Vinnium Instit. de locat. et conduct. n. 8.

(c) *Extat in L. 140. ff. de reg. jur. ubi sic.* Absentia ejus, qui Reipublicae causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet.

Fluit haec regula ex L. 21. in princ. ff. ex quib. caus. major.

4. Absentia affectata non prodest (a).
5. Absolvere potest, qui condemnare potest (b).
6. Absolvere nocentem levius est, quam innocentem damnare (c).
7. Absurdum semper evitari debet (d).
8. Absurdum est, ut is in ea sit causa, ut edere debeat, ipsum petere, ut edatur ei (e).
9. Abundantia non vitiant (f).
10. Accessorium seguitur naturam sui principalis (g).
11. Accessione totum fit, sed quod praevalet facit totum, soluto pretio vilioris (h). Accessiones pignoris sunt et pignoris (i).

(a) *Fluit ex L. 4. ff. ex quib. caus. major., ubi sic.* — Item hi, qui Reipublicae causa, sine dolo malo abfuissent. Dolum malum eo pertinere accepi, ut qui reverti potest, neque reverteretur, in eo, quod per id tempus adversus eum factum est, non adjuvetur; velnti si alterius grandis commodi captandi gratia id egerit, ut Reipublicae causa abesset, et revocatur ab isto privilegio.

(b) *Extat in L. 37. ff. de reg. jur., ubi sic.* — Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest.
Fluit regula ex L. 3. ff. de re judic., L. 6. ff. de offic. Procons.

(c) *Extat. in L. 5. ff. de poenis, ubi sic.* — Absentem in criminibus damnari non debere Divus Trajanus Iulio Frontoni rescripsit. Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari, Divus Trajanus Assiduo Severo rescripsit: satius enim esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare (1).

(1) Argomento dagli art. 290, e 291, Leg. di proc. pen., e dall' art. 81 leg. de'29 maggio 1817; ove in caso di parità di voti deve seguirsi l'opinione più favorevole all'accusato.

(d) *Fluit ex L. 7. ff. de bonis libertor. ubi sic.* — Nam absurdum videtur, licere eidem partim comprobari judicium defuncti, partim evertere.

(e) *Extat in L. 6. §. 9. ff. de edendo, ubi sic.* — Prohibet argentario edi illa ratione, quod etiam ipse instructus esse potest instrumento suae professionis; et absurdum est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat, ipsum petere, ut edatur ei.

(f) *Vide infra—Aph. 1573.*

(g) *Fluit ex L. 129. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cum principalis causa non consistit, ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent (2).
Vide L. 178 ff. eod.
Fluit regula ex L. 2. ff. de pecul. legat.
Vide infra. aph. 413.

(2) Argom. dagli art. 472. 474. 476. 633. 972. 1538. 2004. LL. CC., ove sono notati i casi, in cui ha luogo l'accessione.

(h) *Fluit ex L. 23. §. 4. ff. de rei vindic., ubi sic.* — In omnibus igitur istis, in quibus mea res, per praevalentiam, alienam rem trahit, meamque efficit, si eam rem vindicem per exceptionem doli mali, cogar pretium ejus, quod accesserit, dare (3).

(3) Concorda cogli art. 491, e seg. LL. CC.

(i) *Fluit ex L. 18. §. 1. ff. de pign. act. ubi sic.* — Si nuda proprietas pignori data sit, ususfructus, qui postea adcreverit, pignori erit. Eadem causa est alluvionis.
Item ex L. 16. in princ. ff. de pignor, et hypot. ubi sic. — Si fundus hypothecae datus sit, deinde alluvione major factus est, totus obligabitur. (4).

(4) Concorda coll' art. 2019. LL. CC., eccettuato il caso nell'art. 2005. d. LL. ove l'ipoteca sopra i mobili accessorii d'immobili non dura, quando passano in mano di un terzo.

12. Accrescendi jus locum habet inter conjunctos, nempe, inter plures usufructuarios (a). Inter legatarios (b). Inter similiter institutos (c). Inter haeredes conjunctos pars deficiens conjuncti adcrescit aliis conjunctis: Inter separatos pars deficiens separati adcrescit omnibus (d). Haeredi ex parte adcrescit, quod cohaeres capere nequit (e). Inter multos haeredes invicem substitutos pars repudiantium aliis etiam invitis adcrescit (f). Inter bonorum possessores est etiam jus accrescendi (g).

(a) *Fluit ex L. 1. ff. de usufr. accresc. in princ. ubi sic.* — Quotiens ususfructus legatus est,ita inter fructuarios est jus adcrescendi, si conjunctim sit ususfructus relictus, si separatim unicuique partis rei ususfructus sit relictus, sine dubio jus adcrescendi cessat.

Vide alios casus ibi.

(b) *Fluit ex L. 16. §. 2. ff. de legat 1. ubi sic.* — Si Titio, et posthumis legatum sit, non nato posthumo, totum Titius vindicabit. Sed et si testator Titio, et posthumis viriles partes dari voluisset, vel etiam id expressisset: totum legatum Titio debetur, non nato posthumo. (1).

Vide L. 34. ff. eod. et L. 80 ff. de legat 3. Idem et largius dicit lex unica. §. 7. et 11 C. de caduc. toll.

(1) Concorda cogl'art. 999. e 1000 LL. CC. ma ivi dicesi, che la congiunzione si verifica.
1. Quando dipenda da una sola, e medesima disposizione.
2. Quando manchi l'assegnazione delle parti.
3. Quando la cosa legata non è divisibile senza deterioramento.

(c) *Fluit ex L. 59. §. 3. ff. de haered. instit, ubi sic.* Cum quis ex institutis, qui non cum aliquo conjunctim institutus sit, haeres non est, pars ejus omnibus pro portionibus haereditariis adcrescit: neque refert, primo loco quis institutus, an alicui substitutus haeres sit (2).

(2) Concorda coll'art. 703. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 63. ff. de haered. instit. ubi sic.* — Haeredes sine partibus utrum conjunctim, an separatim scribantur, hoc interest: quod, si quis ex conjunctis decessit, hoc non ad omnes, sed ad reliquos, qui conjuncti erant, pertinet: sin autem ex separatis ad omnes, qui testamento eodem scripti sunt haeredes, portio ejus pertinet.

Item dicit lex unica C. de caduc. toll. §. 10.

(e) *Fluit ex L. 2. C. de haered. instit. ubi sic.* — Pater tuus, si ex residua parte haeres institutus est, quam alter haeres scriptus capere non poterat, isque ad nullam partem haereditatis per conditionem suam admitti potuit: ex asse haeres extitit. Nam residui commemoratio etiam totum admittit.

Et ex L. 78. §. 3. ff. de haered. instit. ubi sic. — Sejus Maevium ex parte, quam per leges capere possit, haeredem instituit, ex reliqua Titium: Si Maevius solidum capere poterit, Titius adjectus, aut substitutus, haeres non erit.

Et ex L. 79. ff. eod. ubi sic. — Quod si non sit reliqua facta mentio, tantundem in altero asse habebit Maevius, quam Titius in primo.

Et ex L. 80. ff. eod. ubi sic. — Quod si Maevius nullius capax sit, in totum substitutus admittitur.

(f) *Fluit ex L. 6. C. de impub. ubi sic.* — Testamento iure facto, multis institutis haeredibus, et invicem substitutis: adeuntibus suam portionem, etiam invitis, cohaeredum repudiantium adcrescit portio.

Vide L. 1. C. quando non petent part. L. 1. C. de succes. Edict. L. 9. ff. de suis, et legit. haered. L. 35. ff. de adq. vel amitt. haered. (2).

(2) Vedi l'art.950 LL. CC. ove la parte vacante appartiene a tutt' i sostituiti egualmente, laddove nella sostituzione è chiamata una terza persona insieme coi primi nominati.

(g) *Extat in L. 3. §. 9. ff. de bonor. posses. ubi sic.* — In bonorum possessione sciendum est ius esse adcrescendi: proinde si plures sint, quibus bonorum possessio competit, quorum unus admisit bonorum possessionem, caeteri non admiserunt.

13. Accrescendi jus non personae, sed rei cohaeret (a).

14. Accusatio perimitur mortuo reo ante accusationem (b).

15. Acquievisse sententiae videtur is, qui dilationem petit ad solutionem (c). Si ex duobus petitoribus jure diverso alter victus acquieverit, alterius petitioni non praejudicatur (d).

16. Acquirimus iisdem modis, et amittimus (e).

17. Acta publica exibenda sunt ad veri fidem (f).

18. Actio sortis, et usurarum una est, non enim duae, alia sortis, alia usurarum (g).

19. Actio semel extincta non restauratur (h).

(a) *Fluit ex L. 83. ff. de adquir. vel amitt. haered. ubi sic.* — Si totam, an partem, ex qua quis haeres institutus est, tacite rogatus sit restituere: apparet, nihil ei debere adcrescere; quia rem non videtur habere.

(b) *Extat in L. 3. ff. de publ. jud. ubi sic.* — Publica accusatio, reo, vel rea ante defunctis permittitur (alias perimitur).

Vide etiam L. 6. ff. eod.

(c) *Extat in L. 5. C. de re jud. ubi sic.* — Ad solutionem dilationem petentem, acquievisse sententiae manifeste probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiae acquieverit. Nec enim instaurari finita, rerum judicatarum patitur auctoritas.

Vide L. 5. C. de rec. arb. L. 40. ff. de pactis.

(d) *Fluit ex L. 63. in fin. ff. de re jud. ubi sic.*—Diversa causa est, si fundum a te Titius petierit, quem ego quoque, sed non ex persona Titio, ad me pertinere dico; nam quamvis contra Titium, me sciente, judicatum sit; nullum tamen praejudicium patior: quia neque ex eo jure, quo Titius victus est, vindico; neque potui Titio intercedere, quominus jure suo utatur: sicuti et de cohaerede supra diximus.

(e) *Extat in L. 153. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Fere, quibuscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: (1) cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio adquiri nisi animo, et corpore potest; ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est.

Fluit. reg. ex L. 8. ff. de adq. vel amit. poss. L. 80. ff. de solut.

(1) Vedi l'art. 2125 LL.CC. ove la prescrizione per alcuno è modo di acquistar una proprietà, per altri è modo di perderla.

(f) *Extat in L. 2. C. de edend., ubi sic.* — Is, apud quem res agitur, acta publica tam civilia, quam criminalia exhiberi inspicienda ad investigandam veritatis fidem jubebit (2).

(2) Concorda coll' art. 1273 LL. CC.

(g) *Extat in L. 4. C. depos. ubi sic.*— Si deposita pecunia is, qui eam suscepit, usus est, non dubium est etiam usuras debere praestare. Sed si cum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est: ultra non potes propter usuras experiri. Non enim duae sunt actiones, alia sortis, alia usurarum, sed una, ex qua condemnatione facta, iterata actio rei judicatae exceptione repellitur.

Vide L. 5. et 6. ff. de except. rei jud.

(h) *Fluit ex L. 98. §. 8. circ. princ. ff. de solut. ubi sic.* — Nec admissum est, quod Celsus ait, si idem rursus lege aliqua servus effectus sit, peti eum posse: in perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest.

Item ex L. 27. §. 2. circ. princ. ff. de pact. ubi sic. Sed si pactum conventum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, velut injuriarum: non poterit postea paciscendo, ut agere possit, agere: quia et prima actio sublata est, et posterius pactum ad actionem parandam inefficax est.

Vide L. 10. §. 9. in fin ff. de in rem vers. — *Vide Vinnum Instit. de act. §. 6.*

20. Actio finium regundorum etsi personalis pro vindicatione est, (a) et causae proprietatis cohaeret (b).

21. Actio inutilis est, quae exceptione eliditur (c).

22. Actio negotiorum gestorum est personalis non hypothecaria, (d) et ex gestione utrinque oritur (e).

23. Actio existimationis praefertur in concursu aliarum actionum (f).

24. Actio competit tantum ei, cui interest (g).

25. Actio edita, et petitio possunt mutari, et emendari, prout jus reddentis decernit aequitas (h).

26. Actio quem tenet de evictione, eundem agentem repellit exceptio (i).

27. Actio de in rem verso est de bono, et aequo (k) et ut ex mandato (l).

(a) *Extat in L. 1. ff. fin. reg. ubi sic.* — Finium regundorum actio in personam est, licet pro vindicatione rei est.
Vide §. 20. *Instit. de act.*

(b) *Fluit ex L. 3. C. fin. reg. ubi sic.* — Si quis super sui juris locis prior de finibus detulerit querimoniam, quae proprietatis controversiae cohaeret: prius possessionis quaestio finiatur.
Vide L. 13. C. de rei vind.

(c) *Extat in L. 112. ff. de r. j. ubi sic.* — Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.
Haec regula fluit ex L. 7. §. 8. ff. de dolo malo. L. 7. §. 14. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. L. 1. §. 10. ff. ad S. C. Turp.

(d) *Extat in L. 23 C. de neg. gest. ubi sic.* — Negotiis gestis, non in rem, sed in personam est actio.

(e) *Fluit ex L. 2. ff. de neg. gest. ubi sic.* — Si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis: tamen quidquid utiliter in rem ejus impenderit, vel etiam ipse se in re absentis alicui obligaverit, habeat eo nomine actionem. Itaque eo casu ultro citroque nascitur actio, quae appellatur negotiorum gestorum (1).

(1) Concorda coll' art. 1362. 1329, LL. CC.

(f) *Extat in L. 104. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, praeponenda est causa existimationis. Ubi autem aequiparant famosa judicia, etsi summam imparem habent, pro paribus tamen accipienda sunt.
Fluit haec reg. ex L. 7. et 97. ff. de solut.

(g) *Fluit ex L. 8. §. 6. ff. mand. ubi sic.* — Mandati actio tunc competit, cum caepit interesse ejus, qui mandavit: caeterum, si nihil interest, cessat mandati actio: et eatenus competit, quatenus interest.
Item ex L. 32. ff. loc., ubi sic. — Qui fundum colendum in plures annos locaverat, decessit; et eum fundum legavit: Cassius negavit posse cogi colonum, ut eum fundum coleret, quia nihil haeredis interesset. . . . .
Vide L. 38. §. 17. et seq. ff. de verb. obl. Vide etiam. Instit. de inut. stip. §. 18.

(h) *Extat in L. 3. C. de edendo, ubi sic.* — Edita actio speciem futurae litis demonstrat: quam emendari, vel mutari licet, prout Edicti perpetui monet auctoritas, vel jus reddentis decernit aequitas.
Vide §. 34, et 35 Instit. de action.

(i) *Vide infra — Aph. n. 1586.*

(k) *Fluit ex L. 1. ff. quod cum eo, ubi sic.* — Omnia proconsul agit, ut qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate sit, etiamsi deficient superiores actiones, (id est, exercitoria, institoria, tributoriave); nihilominus tamen, in quantum ex bono,

28. Actio civilis, et criminalis si simul concurrant, utraque simul experiri potest (a).

29. Actio neque poenalis, neque famosa datur neutri conjugum constante matrimonio. (b) Actio rerum amotarum datur adverus eam, quae uxor fuit (c).

30. Actiones plures de eadem re concurrentes alia aliam non consumit (d).

31. Actiones semel inclusae judicio perpetuantur (e).

---

et aequo res patitur, suum consequatur: sive enim jussu ejus, cujus in potestate sit, negotium gestum fuerit, insolidum eo nomine judicium pollicetur: sive non jussu, sed tamen in rem ejus versum fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem ejus versum fuerit: sive neutrum eorum sit, de peculio actionem constituit.

(l) *Fluit ex L.3. § 2. ff. de in rem verso, ubi sic.* — Et regulariter dicimus, totiens de in rem verso esse actionem, quibus casibus procurator mandati, vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem, quotiescumque aliquid consumpsit servus, ut aut maliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem.

(a) *Fluit ex L. unic. C. quando civil. act. ubi sic.*—A plerisque Prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari, et civilis et criminalis competit actio, utraque licere experiri: sive prius criminalis, sive civilis actio moveatur: nec si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi: et similiter e contrario. Sic denique et per vim de possessione dejectus, si de ea recuperanda interdicto *Unde vi* fuerit usus, non prohibetur tamen etiam Lege Julia de vi publico judicio instituere accusationem. Et suppresso testamento, cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex Lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam Lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio, et Legis Fabiae constitutio: et plurima alia sunt, quae numerari non possunt; ut, cum altera prius actio intentata sit, per alteram, quae supererit, judicatum liceat retractari. Qua juris definitione non ambigitur, etiam falsi crimen, de quo civiliter jam actum est, etiam criminaliter esse repetendum (1).

Fluit quoque ex LL. 56. et ult. ff. de furtis. L. 1. ff. ad L. Iul. Majest. L. 38. §. 2. ff. de. poenis.

(1) Concorda coll' art. 5 Leg. di proc. penal.

(b) *Fluit ex L. 2 ff. de act. rer. amot. ubi sic.*—Nam in honorem matrimonii turpis actio adversus uxorem negatur. (2).

Vide etiam L. 3. §. 2 ff. cod.

(2) Concorda coll'art. 455. Leg. penal. solamente ne'reati contro la proprietà.

(c) *Fluit ex L. 1. ff. eod. ubi sic.* — Rerum amotarum judicium singulare introductum est adversus eam, quae uxor fuit, quia non placuit cum ea furti agere posse; quibusdam existimantibus, ne quidem furtum eam facere, ut Nerva, Cassio: quia societas vitae quodammodo dominam eam faceret: aliis, ut Sabino, et Proculo, furto quidem eam facere, sicuti filia patri faciat, sed furti non esse actionem constituto jure: in qua sententia et Iulianus rectissime est (3).

Vide etiam L. 5. ff. expil. haered., L. 4. C. de crim. expil. haer., L. 17. C. de furt.

(3) Vedi il cit. art. 455. Leg. penal.

(d) *Extat in L. 130. ff. de r. j. ubi sic.*—Nunquam actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes alia, aliam consumit.

Fluit haec regula ex L. 60. ff. de obl. et act. L. un. C. quando civil: actio, §. 1. in fin. Instit. si quadrup. Vide tamen L. 43. ff. de r. j.

(e) *Extat. in L. 139. ff. de r. j. ubi sic.* — Omnes actiones, quae morte, aut tempore pereunt, semel inclusae judicio, salvae permenent (4).

Fluit. haec regula ex L. 86. 87. ff. de

32. Actiones poenales in haeredes non transeunt, (a) secus, si haeredibus quid pervenerit ex maleficio (b).
33. Actiones, et obligationes a defunto in tempus collatae ab haeredibus, et contra haeredes incipere possunt (c).
34. Actor sequitur forum rei (d).
35. Actor, et reus unusquisque est in judiciis divisoriis (e).
36. Actor certus esse debet facti, pro quo agit, non sic reus (f).

---

r. j. L. 33. 58. ff. de obl. et act. L. 29. ff. de novat. L. ult. C. de praescr. 30. vel 40 ann.

(4) Concorda coll' art. 439 leg. proc. civ.

(a) *Extat in leg. 111. §. 1. ff. de r. j. ubi sic.* — In haeredem non solent actiones transire, quae penales sunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriae, vi bonorum raptorum, injuriarum.

Fluit regula ex L. 86. ff. de obl. et act. et aliis. Vide in fra aph. 737.

(b) *Extat in L. 44. ff. de r. j. ubi sic.* — Totiens in haeredem damus actionem de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex delicto defuncti convenitur, non quotiens ex suo.

Extat in L. 38. ff. eod. ubi sic.—Siouti poena ex delicto defuncti haeres teneri non debeat (1), ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.

Et in L. 127. ff. eod. ubi sic. — Cum Praetor in haeredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, sufficit si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.

Fluunt hae regulae ex L. 7. §. 1. ff. depos. L. 32. et 35. ff. de obl. et act. L. 16. 19. ff. quod metus causa, et aliis.

(1) Concorda coll' art. 1. leg. penal.

(c) *Extat in L. unic. C. ut action. et ab haer. et contra haer. ubi sic.*—Cum stipulationes, et legata, et alios contractus post mortem compositos, antiquitas quidem respuat, nos autem pro communi hominum utilitate recipimus: consentaneum erat etiam illam regulam, qua vetustas utebatur, more humano emendare. Ab haeredibus enim incipere actiones, vel contra haeredes, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum, caeterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, et ipsam regulam de medio tollere: ut liceat, et ab haeredibus, et contra haeredes incipere actiones, et obligationes, ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur.

(d) *Extat in L. 2. C. de jurisd. om. jud. ubi sic.* — Iuris ordinem converti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur: nam ubi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum eum conveniri oportet.

Et in L. 3. C. ubi in rem, ubi sic.— Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur. Sed et in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutae sunt, jubemus in rem actionem adversus possidentem moveri (1).

Vide etiam L. 50. §. ult. ff. de judiciis, L. 3. ff. de alien. jud. mut.

(1) Concorda coll' art. 151. leg. proc. civ.

(e) *Extat in L. 2. §. 3. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — In familiae erciscundae judicio unusquisque haeredum et actoris, et rei partes sustinet.

Et in L. 10. ff. finium reg. — ubi sic. — Iudicium communi dividundo, familiae erciscundae, finium regundorum, tale est, ut in eo singulae personae duplex jus habeant: agentis, et ejus, cum quo agitur.

Vide L. 37. §. 1. ff. de obl. et act.

(f) *Fluit ex L. 42. ff. de r. j. ubi sic.* — Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiae, an id, quod peteretur, deberetur. Fidejussores quoque non minus, quam haeredes, justam ignorantiam possunt allegare. Haec ita de haerede dicta sunt, si cum eo agetur: non etiam si agat: nam plane, qui agit, certus esse debet; cum sit in potestate ejus, quando velit, experiri:

37. Actori incumbit onus probandi; (a) actore enim non probante, reus absolvitur (b). Ex causa compelli potest, ut edat rationes (c).

38. Actoris, et rei par est conditio (d).

39. Actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem (e).

40. Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, per adjectionem temporis, et conditionis vitiantur (f).

41. Actus valet eo modo, quo valere potest, si non valet modo, quo fit (g).

---

et ante debet rem diligenter explorare, et tunc ad agendum procedere.

Haec reg. fluit. ex L. 37. ff. de recept. arb., L. 5. in fin ff. de doli mal. except. L. 6. C. de tempor. in integr. restit.

(a) *Extat in L. 23. C. de prob. ubi sic.* — Actor, quod adseverat probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit; cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. *Et in L. 1. C. eodem ubi sic.* — Ut creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere cogitur, ita rursum debitor, qui solutam affirmat, ejus rei probationem praestare debet.

Vide etiam L. 8. et 12. eod. (1)

(1) Concorda coll'art. 1269. LL. CC.

(b) *Extat in L. 4. C. de edendo ubi sic.* — Qui accusare volunt, probationes habere debent: cum neque juris, neque aequitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante, qui convenitur, etsi nihil ipse praestat, obtinebit.

Vide L. ult. C. eod. L. ult. C. de rei vind. L. 2, et 8. C. de prob. L. 9. C. de except.

(c) *Fluit. ex L. 8. C. de edend. ubi sic.* — Et quae a D. Antonino patre meo, et quae a me rescripta sunt, cum juris, et aequitatis rationibus congruunt. Nec enim diversa sunt, vel discrepantia: quod multum intersit, an ex parte ejus, qui aliquid petit, quique doli exceptione submoveri ab intentione petitionis suae potest, rationes promi reus desideret: quibus se posse instruere contendit, quod utique ipsa rei aequitas suadet; an vero ab eo, a quo aliquid petitur, actor desideret rationes exhiberi quando hoc casu non oportet originem petitionis ex instrumentis ejus, qui convenitur, fundari.

(d) *Vide infra. — aph. 1271.*

(e) *Fluit ex L. 18. in princ. ff. de reb. cred. et si cert. petet. ubi sic.* — Si ego pecuniam tibi quasi donaturus dedero, tu quasi mutuam accipias: Iulianus scribit, donationem non esse; sed an mutua sit, videndum. Et puto, nec mutuam esse, magisque nummos accipientis non fieri, cum alia opinione acceperit. Quare si eos consumpserit, licet condictione teneatur, doli tamen exceptione uti poterit (2) quin secundum voluntatem dantis nummi sunt consumpti.

Vide etiam L. 19. ff. eod.

(2) Concorda coll'art. 1109. LL. CC.

(f) *Fluit. ex L. 77. ff. de reg. iur. ubi sic.* — Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem: veluti mancipatio, acceptilatio, haereditatis aditio, servi optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem: nonnumquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quae aperte comprehensa vitium adferunt; nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit, quae si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

(g) *Fluit. ex §. 12. Instit. de adopt. ubi sic.* — Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, servos si a domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. Unde et nos eruditi in nostra Constitutione, etiam eum servum, quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverat, liberum esse constituimus, licet hoc ad ius filii accipiendum non sufficiat. (1) *Vide infra Aph. 1713.*

(1) Concorda coll'art. 1110 LL. CC.

42. Ad ea, quae frequenter accidunt jura se adaptant, non ad ea, quae raro (a).
43. A dignioribus debet res denominari (b).
44. Aditio haereditatis retrotrahitur ad tempus mortis testatoris (c).
45. Adjecta non videntur, quae per rerum naturam sunt impossibilia (d).
46. Adjudicatio est modus dominii acquirendi (e), praesertim in judiciis divisoriis (f).
47. Administratores ex officio non debent usuras rei gestae (g).
48. Adnotatione propria quisque debitorem se non costituit (h).

(a) *Extat. in L. 3. ff. de legibus, ubi sic.* — Iura constitui oportet, ut dixit Theophrastus in his, quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id est ut plurimum accidunt, non quae ἐκ παραλόγου, id est, ex inopinato.

Et in L. 4. ff. eodem ubi sic. — Ex his, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non costituuntur.

Et in L. 5. ff. eod. ubi sic. — Nam ad ea potius debet aptari jus, quae et frequenter, et facile, quam quae perraro eveniunt.

(b) *Argum. L. 10. ff. de statu homin. ubi sic.* — Quaeritur hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto ejus sexus existimandum, qui in eo praevalet.

(c) *Extat in L. 138. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Omnis haereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Et in L. 193. ff. eod. ubi sic. — Omnia fere jura haeredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis haeredes extitissent (1).

Fluunt regulae ex L. 54. ff. de acq. vel. amit. haer. L. 28. §. fin. ff. de stipul servor.

(1) Concorda coll'art. 694. LL. CC.

(d) *Extat in L. 135. ff. de r. j. ubi sic.* — Ea quae dari impossibilia sunt, vel quae in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

Et in L. 188. §. 1. ff. eod. ubi sic. — Quae rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt (1).

Vide etiam L. 182. 185. ff. eod. et L. 35. ff. de verb. obl.

(1) Arg. dall' art. 1125. LL. CC., ove qualunque condizione di una cosa impossibile, o contraria a' buoni costumi, o proibità dalla legge è nulla, e rende nulla la convenzione, che ne dipende.

(e) *Ulpianus Fragm. Tit. 19. §. 15.* (2).

(2) Concorda coll'art. 70. leg. de'29. Dicembre 1828.

(f) *Fluit ex §. 7. Instit. de officio judicis ubi sic.* — Quod autem istis judiciis alicui adjudicatum fuerit; id statim fit, cui adjudicatum est (3).

Vide L. 17. ff. de usurp. et usucap.

Vide Vinnium. Instit. h. tit.

(3) Concorda coll' art. 803 LL. CC.

(g) *Extat in L. 21. §. 1. ff. ad municipalem ubi sic.* — Paulus respondit eos, qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio, quod administraverint, conveniuntur, in damnum sortis substitui solere, non etiam in usuras.

Et in L. 24. ff. eod ubi sic. — Constitutionibus Principum continetur, ut pecuniae, quae ex detrimento solvitur, usurae non praestentur, et ita Imperatores Antoninus, et Verus Augusti rescripserunt his verbis ». Humanum est, reliquorum usuras, neque ab ipso, qui ex adm nistratione honoris reliquatus est, neque a fidejussore ejus, et multo minus a Magistratibus, qui cautionem acceperint, exigeri: cui consequens est, ut ne in futurum a forma observata discedatur (4).

Vide L. ult. ff. de magistr. conv.

(4) Si eccettua nell'art. 379 LL. CC. il caso in danno del tutore.

(h) *Extat in L. 7. C. de prob. ubi sic.* — Exemplo perniciosum est, ut ei scripturae credatur, qua unisquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit.

Et in L. 5. C. eod. ubi sic. — Instru-

49. Adulterium jure civili cum nupta tantum committitur (a).

50. Adulterium passi difficillimum est justum dolorem temperare (b).

51. Adversus edictum facere videtur, qui vetante illo facit (c).

52. Advocati dictum praesente parte ab ea censetur dictum (d). Qui fuit advocatus in causa adversarii, in eadem suspectus est judex (e).

53. Advocati officium est, ut se abstineat a conviciis, ratione, non probris certet, agat quod causa desiderat; litem ex industria non protrahat, oblatum a parte honorarium non aspernetur (f), nec pactum de quo-

---

menta domestica, seu privata testatio, seu adnotatio, si non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt. *Vid. L. ul. C. de conv. fisc. deb.* (5).

(5) Vedi l'art. 285 e seguenti LL. CC., ove i notamenti ne' registri, e carte domestiche fanno fede contro chi gli ha scritti ne' casi ivi indicati.

(a) *Extat. in L. 101. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Inter stuprum, et adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur: sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur.

Et in L. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. ubi sic. — Lex stuprum, et adulterium promiscue, et καταχρηστικώτερον, id est abusive appellat: sed proprie adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine: stuprum vero in virginem, viduamve committitur, quod Grece φθορὰν id est, corruptionem appellant.

Et in L. 34. §. 1. ff. eod. ubi sic. — Adulterium in nupta admittitur: (1) stuprum in vidua, vel virgine, vel puero committitur.

N. *Jure Canonico adulterium committitur a soluto cum conjugata, sive a conjugato cum soluta, sive a conjugato cum conjugata Can. Nem. 34. 9. 4. — Can. Non maecab. Can. praecepit cum seq.*

(1) Vedi gli art. 326 e seguenti leg. pen., d'onde si raccoglie, che l'adulterio è quello, che riguarda la moglie, o il marito.

(b) *Extat. in L. 38. §. 8. ff. ad leg. Iul. de adult. ubi sic.* — Imperator Marcus Antoninus, et Commodus Filius rescripserunt: si maritus uxorem in adulterio deprehensam impetu tractus doloris interfecerit, non utique legis Corneliae de sicariis poenam excipiet. Nam et D. Pius in haec verba rescripsit Apollonio: ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest; cum sit difficillimum justum dolorem temperare: et quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit.

(c) *Extat in L. 102. ff. de r. j. ubi sic.* — Qui vetante Praetore fecit, hic adversus Edictum fecisse proprie dicitur.

Fluit reg. ex. L. 121. ff. de r. j. et L. 29. ff. de rec. qui arb.

(d) *Extat. in L. 1. C. de error. advoc. ubi sic.* — Ea, quae advocati praesentibus his, quorum causae aguntur, allegant; perinde habenda sunt ac si ab ipsis dominis litium proferantur. *Vide L. 3. C. eod.*

(e) *Vide L. 6. C. de postul. et Gothofredum ibi.*

(f) *Extat in L. 6. C. de postul. §. 1. ubi sic.* — Ante omnia autem universi advocati ita praebeant patrocinia jurgantibus: ut non ultra, quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi, et maledicendi temeritatem prorumpat: agant, quod causa desiderat: temperent se ab injuria. Nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suae imminutionem patietur: nec enim conniventia commodanda est, ut quisquam, negotio derelicto, in adversarii sui contumeliam, aut palam pergat, aut subdole §. 2. Praeterea nullum cum eo litigatore contractum, quem impropriam recipit fidem, ineat advocatus, nullam conferat pactionem §. 3. Nemo ex his, quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator. §. 4. Nemo ex industria protrahat jurgium. . .

ta litis faciat (a) — Non exerceat officium tabellionis (b).

54. Ædificans solo alieno domino aedificat (c).

55. Æquales sunt omnes homines jure naturali (d).

56. Æquipollens sufficit, dummodo effectus habeatur (e).

57. Æquitas stricto juri anteponenda (f). Interdum solutius spectanda (g), et praevalet solemnibus; (h) surgit, ubi civilis actio deficit; (i) in omnibus spectanda (k).

58. Æstas ad aequinoctium autumnale refertur (l).

(a) *Vide infra Aph. 1372*

(b) *Vide Gloss. Accurs. in L. 15. C. de decurion* (1).

(1) Concorda coll' art. 7. legge sul notariato de' 23 Nov. 1819.

(c) *Vide infra — Aph. 1598.*

(d) *Vide infra—Aph. 1209.*

(e) *Argum. L. 3. C. de instit. et subst. ubi sic.* — Si mater vos sub conditore emancipationis haeredes instituit, et prius, quam voluntati defunctae pareretur, sententiam deportationis pater meruit, vel aliter defunctus est: morte ejus, vel alio modo patria potestate liberati, jus adeundae haereditatis cum sua causa quaesiistis.

Et L. 5. C. de donat. quae sub modo ubi sic. — Si quid mater filiae suae in potestate patris constitutae sub hac conditione, si fuerit intra biennium emancipata, donaverit: licet hoc matris voluntate sui juris effecta non tennit, tamen prius marito defuncto, sui juris quocumque modo effecta ad similitudinem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, vel vindicare potest.

Vide etiam L. 45. ff. de condit. et demostr.

(f) *Extat in L. 8. C. de judiciis: ubi sic.* — Placuit in omnibus rebus praecipuam esse justitiae, aequitatisque, quam stricti juris rationem.

(g) *Fluit ex L. 14 §. 13. ff. de relig. et sumpt. fun., ubi sic.* — Idem Labeo ait, si prohibente haerede funeraveris testatorem, ex causa competere tibi funerariam. Quid enim si filium testatoris haeres ejus prohibuit? Huic contradici potest, ergo pietatis gratia funerasti: sed pone me testatum; habiturum me funerariam actionem; de suo enim expedit mortuos funerari. Et quid, si testator quidem mihi funus mandavit haeres prohibet, ego tamen nihilominus funeravi? Nonne aequum est mihi funerariam competere? Et generaliter puto, judicem justum non meram negotiorum gestorum actionem imitari, sed solutius aequitatem sequi, cum hoc ei et actionis natura indulget.

(h) *Extat in L. 183. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus; tamen, ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est.

Fluit reg. ex L. 7. ff. de in integr. rest. L. 2. ff. de const. pecun.

(i) *Fluit ex L. 1 ff. Si is qui testam. lib. ubi sic.* — Si dolo malo ejus, qui liber esse jussus erit, post mortem domini, ante aditam haereditatem in bonis, quae ejus fuerunt, qui eum liberum esse jusserit, factum esse dicetur, quominus ex his bonis ad haeredem aliquid perveniret: in eum intra annum utilem dupli judicium datur §. 1. Haec autem actio, ut Labeo scripsit, naturalem potius in se, quam civilem habet aequitatem. Si quidem civilis deficit actio: sed natura aequum est non esse impunitum eum, qui hac spe audacior factus est (1). . . .

(1) Concorda coll'art. 1089 LL. CC.

(k) *Extat in L. 90. ff. de. r. jur. ubi sic.* — In omnibus quidem, maxime tamen in jure aequitas spectanda sit.

Fluit haec reg. ex L. 8. C. de jud. L. 2. §. 5. in fin. ff. de aqua, et aquae plur.; L. 32 in fin ff. de reb. cred.

(l) *Extat in L. 1. §. 8. circ. fin. ff. Ne quid in flum. ubi sic.*—Æstas ad aequinoctium autumnal refertur. Etsi forte aestate interdicetur, proxima superior aestas erit intuenda; si vero hyeme, tunc non proxima hyeme aestas, sed superior erit inspicienda.

59. Æstimatio periculum facit suscipientis (a).
60. Ætas computatur de momento ad momentum (b).
61. Ætatis suffragio in criminibus minores doli capaces non juvantur: etenim malorum mores animi infirmitas non excusat (c).
62. Affectio cujusque in obscuris dat interpretationem (d).
63. Affectus punitur sicut effectus (e).
64. Affectus major paterno, et materno nullus datur (f).

(a) *Extat in L. 1. §. 1. ff. de aestimatoria ubi sic.* — Æstimatio autem periculum facit, qui suscepit: aut igitur ipsam rem debebit incorruptam reddere, aut aestimationem, de qua conveuit.

Et in L. 5. §. 3. ff. Commod. ubi sic. Et si forte res aestimata data sit, omne periculum praestandum ab eo, qui aestimationem se praestaturum recepit (2).

Vide L. 10. in princ. ff. de jur. dot., L. 51. ff solut matrim.

(2) Vedi l' art. 1364. LL. CC. ove se la dote, o parte di essa consista in beni mobili stimati senza la dichiarazione, che la stima non vale per vendita il marito ne diviene proprietario, e non è debitore di altro, che del prezzo stabilito.

(b) *Extat in L.3. §. 3. ff. de minor ubi sic.*— Minorem autem viginti quinque annis natu, videndum, an etiam diem natalis sui adhuc dicimus, ante horam, qua natus est, ut, si captus sit, restituatur; et cum nondum compleverit, ita erit dicendum, ut a momento in momentum tempus spectetur.

Vide L. 6. ff. de usurp. et usucap. L. 134. ff. de verb. sign.

(c) *Fluit ex L. 23 ff de furt. ubi sic.*— Impuberem furtum facere posse, si jam doli capax sit, Iulianus libro XXII. Digestorum scripsit. Item posse cum impubere damni injuria agi, quia id furtum ab impubere fit: sed modum adhibendum esse ait: nam in infantes id non cadere: nos putamus cum impubere culpae capace Aquilia agi posse. Idem verum est quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facto teneri eum (1).

Vide L. 4. §. 26. ff. de doli mali — except. L. 111. ff. eod. §. 58. Instit. de obl. quae delict. L. 37. in fin. ff. de minor. L. 1. C. si advers. delict.

Extat in L. 7. C. de poenis. ubi sic. — Impunitas delicti propter aetatem non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest.

Vide L. 6. C. ad L. Corn. de sicar.

(1) Concorda coll' art. 65. Leg. pen, art. 1264. LL. CC.

(d) *Extat in L. 168. §. 1. ff. de r. j. ubi sic.*—Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cujusque capit interpretationem.

(e) *Fluit ex L.5. C. de Episc. et Cleric. ubi sic.* — Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur (2).

Vide etiam L. 5. C. ad Leg. Corn. de Sic. L. 20. C. de furtis. §. 8. Instit. de oblig. quae ex delict. L. unic. de rapt. Virg.

(2) Concorda coll' art. 69. Leg. pen.

(f) *Extat in L. 7. C. de curat. furios. ubi sic.* — Cum furiosus, quem morbus detinet perpetuus, in sacris parentis sui constitutus est, indubitate curatorem habere non potest, quia sufficiat ei, ad gubernationem rerum, quae ex castrensi peculio, vel aliter ad eum pervenerunt, vel ante furorem ei acquisitae sunt, vel in furore obveniunt, vel in his, quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia: quis enim talis affectus extraneus inveniatur, ut vincat paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis?

Vide L. 27. C. de Episc. aud. L. 9. C. de impub. L. 67. §. 1. ff. de ritu nupt.

65. Affinitas praesens, non quae fuit, spectanda (a); nec affinitas facit affinitatem.
66. Affinitatis jure nulla successio (b).
67. Affirmanti incumbit probatio, non neganti (c).
68. Afflictis non est addenda afflictio (d).
69. Agens jure nec vim, nec damnum facit (e).
70. Agenti certum esse debet factum, de quo agit, etiamsi haeres sit (f).
71. Agnatione posthumi rumpitur testamentum (g).
72. Alienare non videtur qui dumtaxat omittit possessionem. (h).
73. Alienare videtur qui rem suam usucapi patitur (i).
74. Alienatio est omnis actus; per quem dominium transfertur (k).
75. Alienatio in fraudem legis non valet. (l).

(a) *Extat in L. 3. §. 1. ff. de postul. ubi sic.* — Affinitates non eas accipere debemus, quae quondam fuerunt, sed praesentes.

(b) *Extat in L. 7. C. commun. de success. ubi sic.* — Affinitatis jure nulla successio permittitur.
Vide L. 3. et 5. C. eod.

(c) *Fluit ex L. 2. C. de prob. ubi sic.* — Possessiones, quas ad te pertinere dicis, more judiciorum persequere: non enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere; cum te in probatione cessante dominium apud eum remaneat.
Vide L. 1. C. eod. L. 4. C. de edend. L. ult. C. de rei vindic.
Vide supra — Aph. 37. Vide infra — Aph. 609.

(d) *Vide gloss. Accurs. in L. 14. ff. de off. Praesidis.*

(e) *Extat in L. 155. §. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non videtur vim facere, qui suo jure utitur.
Et in L. 55. §. 1. ff. eod. ubi sic.—Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.
Et in L. 151. ff. eod. ubi sic. — Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.
Fluunt hae regulae ex L. 12. ff. de vi, et vi arm. L. 26. ff. de damn. inf. L. 1. §. 12. ff. de aqua. L. 3. §. 7. ff. de incend. L. 9. §. 1. ff. de condict. causa data, L. 51. ff. pro socio.

(f) *Vide supra — Aph. 36.*

(g) *Extat in L. 1. C. de posthum. ubi sic.* — Si post testamentum factum, quo posthumorum suorum nullam mentionem testator fecit, filium, filiamve suscepit, intestato vita functus est: cum agnatione posthumi, vel posthumae, cujus non meminit, testamentum ruptum sit. Ex rupto autem testamento nihil deberi, neque peti posse explorati juris est.
Et in L. 2. C. eod. ubi sic. — Uxoris abortu testamentum mariti non solvi: posthumo vero praeterito, quamvis natus illico decesserit, non restitui ruptum, juris evidentissimi est.
Vide L. 3. C. eod. L. 2. C. de bonor. posses. contra tab.

(h) *Extat in L. 119. de reg. jur. ubi sic.* — Non alienat, qui dumtaxat omittit possessionem.
Vide L. 7. in pr. ff. de except. rei jud.

(i) *Extat in L. 28. ff. de verb. segn. ubi sic.* — Alienationis verbum etiam usucapionem continet: vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi.
Vide L. 67. eod.

(k) *Extat in L. 1. C de fundo dotali, ubi sic.* — Si aestimata praedia in dotem data sunt, et convenit, ut electio mulieri servetur, nihilominus lex Julia locum habet. Est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur.

(l) *Extat in L. 16. ff. de jure patr. ubi sic.*— Quoties in fraudem legis fit alienatio, non valet quod actum est...

76. Alienationi quaedam accedunt, quae separatim alienari nequeunt (a).
77. Alimenta negare necare est (b).
78. Alimenta praestantur ab eo, qui in ea facultate est, ut alimenta praestare possit (c): alimenta data pietatis causa non repetuntur (d).
79. Alimenta augentur, et minuuntur (e).
80. Alimentis legatis, cibaria, vestitus, et habitatio debentur (f).
81. Alimentorum causa non facit praejudicium veritati (g).
82. Aliquando lex enumeratis quibusdam specialiter subjicit generale verbum, quo specialia complectitur. (h).
83. Aliquid potest nobis deberi ex pluribus causis, non autem nostrum esse potest ex pluribus causis (i).

(a) *Extat in L. 62. ff. de acq. rer. dom. , ubi sic.* — Quaedam, quae non possunt sola alienari, per universitatem transeunt; ut fundus dotalis ad haeredem, et res, cujus aliquis commercium non habet; nam etsi legari ei non possit, tamen haeres institutus dominus ejus efficitur.

Vide L. 38. §. 3. 4. 5. L. 93 ff. de legat. 3. L. 2. §. 1. de fund. dot. Nov. 159. cap. 3.

(b) *Extat in L. 4. ff. de agn. lib. ubi sic.* — Necare videtur non tantum is, qui partum perfocat, sed et is qui abjicit, et qui alimonia denegat, et is, qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse non habet.

(c) *Extat in L. 2. C de alendis lib. ubi sic.* — Competens judex a filio te ali jubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta praestare possit (1).

Vide L. 3. et. 4. C. eod.

(1) Concorda coll' art. 198. LL. CC. Vedi il Real Dec.de' 17 Ottobre 1836 sul modo di prestrarsi gli alimenti tra discendenti, ascendenti, e collaterali.

(d) *Vide infra—Aph. 1228.*

(e) *Fluit ex L. 3. §. ult ff. ubi pupill. educ. ubi sic.* — Sed si egeni sunt pupilli, de suo eos alere tutor non compellitur: et si forte post decreta alimenta, ad egestatem fuerit pupillus perductus, deminui debent, quae decreta sunt, quemadmodum solent augeri, si quid patrimonio accesserit (2).

(2) Concorda coll' art. 199. LL. CC.

(f) *Extat in L. 6. ff. de aliment. leg. ubi sic.* — Legatis alimentis cibaria, et vestitus, et habitatio debebitur: quia sine his ali corpus non potest: caetera, quae ad disciplinam pertinent, legato non continentur.

Et in L. 23. ff. eod. ubi sic. — Rogatus es, ut quemdam educes: ad victum necessaria ei praestare cogendus es, Paulus: cur plenius est alimentorum legatum, ubi dictum est, et vestiarium, et habitationem contineri? Imo ambo exequenda sunt.

Et in L. 43. ff. de verb. sign. ubi sic. —Verbo victus continentur, quae esui, potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem, Labeo ait.

Et in L. 44. ff. eod. ubi sic. — Et caetera, quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.

Vide etiam L. 234. ff. eod.

(g) *Extat in L. 1. ff. de his, qui sui, vel. ali. jur. ubi sic.*—Si judex nutriri, vel ali oportere pronunciaverit, dicendum est de veritate quaerendum filius sit, an non: neque enim alimentorum causa veritati facit praejudicium.

Vide L. 5. § 3. ff. de Carb. Edict.

(h) *Fluit ex integro contextu leg. 27. ff. ad leg. Aquil.*

(i) *Extat in L. 159. ff. de reg. jur ubi sic.* — Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse.

Fluit. reg. ex L. 10. ff. de act. empit. L. 3. §. 4. ff. de acq. vel amit. possess. L. 4. 55. 2. ff. de except. rei jud.

84. Aliquis non cogilur vendere, vel emere invitus (a).
85. Aliquis non debet petere id, cujus contrarium non peteret in casu conlrario (b).
86. Aliquo concesso ea omnia intelliguntur concessa sine quibus commode uti non possumus (c).
87. Aliud pro alio invito creditore solvi non polest (d).
88. Aliud est vendere, aliud vendenti conseutire (e).
89. Aliud est ex causa lucrativa, aliud non lucrativa (f).
90. Aliud est contra legem, aliud in fraudem legis facere (g).
91. Aliunde quam in loco promisso solvere invito stipulatore nemo polest (h).

(a) *Extat in L. 6. C. de jur. delib. ubi sic.* — Nec emere, nec donatum adsequi: nec damnosam quisque haereditatem adire compellitur.

Et in L. 11. C. de contrah. empt. ubi sic. — Invitum comparare, vel distrahere postulantis desiderium justam causam non continet.

Et in L. 13. C. eod. ubi sic. — In vendentis, vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est. Idcirco dominus invitus ex hujusmodi conventione rem propriam, vel quilibet alius distrahere non compellitur (1).

(1) Concorda coll'art. 470. LL. CC.

(b) *Fluit. ex L. 24. Cod. de solut. ubi sic.* — Cum pro pecunia, quam mutuo acceperas secundum placitum Evandro te fundum dedisse profitearis: ejus industriam, vel eventum meliorem tibi, non ipsi prodesse, contrarium non postulaturus, si minoris distraxisset non juste petis.

(c) *Fluit ex argumento leg. 6. ff. de alim; et L. 43. ff. de verb. sign.; quarum verba extant supra n. 80.*

(d) *Extat in L. 2. §. 1. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Nam in caeteris rebus ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio invito creditore solvi non potest (1).

Vide L. 16. 17. C. de solut. L. 9. C. de rescind. vend. in princ. Instit. quib. mod. toll. oblig. Nov. 4. C. 3.

(1) Concorda coll'art. 1196 LL. CC.

(e) *Extat. in L. 160. ff. de reg. jur., ubi sic.* — Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.

Vide tamen L. 153. 165. ff. eod. L. 2. C. si advers. donat.

(f) *Fluit. ex L. 17. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Omnes debitores, qui speciem ex causa lucrativa debent, liberantur, cum ea species ex causa lucrativa ad creditores pervenisset.

Et ex L. 18. ff. eod. ubi sic. — Si is, qui Stichum dari stipulatus fuerat, haeres institerit ei, cui ex testamento item Stichus debebatur, si ex testamento Stichum petierit, non consumat stipulationem, et contra si ex stipulatu Stichum petierit actionem ex testamento salvam habebit, quia initio constiterint hae duae obligationes, ut altera in judicium deducta altera nihilominus integra remaneret.

Et L. 19. ff. eod. ubi sic. — Ex promissione dotis non videtur lucrativa causa esse; sed quodammodo creditor, aut emptor intelligitur, qui dotem petit: porro cum creditor vel emptor ex lucrativa causa rem habere coeperit, nihilominus integras actiones retinent: sicut ex contrario, qui non ex causa lucrativa rem habere coepit, eamdem non prohibetur ex lucrativa causa petere.

(g) *Extat in L. 29. ff. de legib. ubi sic.* — Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero, qui salvis verbis legis sententiam ejus circumvenit.

Et in L. 30 eod. ubi sic. — Fraus enim legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: et quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, id est dictum a sententia hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit. *Vide L. 5. C. de legib.*

(h) *Extat in L. 9. ff. de eo, quod certo loco, ubi sic.* — Is, qui certo loco dare

92. Alius pro alio invito creditore solvere potest (a).
93. Allegans turpitudinem suam non est audiendus (b).
94. Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri (c).
95. Alteri per alterum melior conditio fieri potest (d).
96. Alteri cavere i. e. acquirere, nec pacisci nemo potest nec pacto, nec lege, nec stipulatione (e).
97. Alteri per alterum obligatio acquiri non potest (f).
98. Alterius collusione, aut inertia alterius jus corrumpi nequit (g).
99. Ambigua oratio sic interpetranda, ut valeat, quod agitur (h).

---

promittit, nullo alio loco, quam in quo promisit, solvere invito stipulatore potest (1).

Vide L. 5. §. 1. ff. dep. L. 122. in princ. ff. de verb. obl. L. 16. §. 1. ff. de fidejuss. L. 9. C. de solut.

(1) Concorda coll'art. 1200 LL. CC.

(a) *Vide infra — Aph. 1806.* (2).

(2) Concorda coll'art. 1189. LL. CC.

(b) *Fluit argum. leg. 30 C. de trans ubi sic.* — Transactione finita, cum ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quam eorum, contra quos preces fundis, confitearis, instaurari grave, nec non criminosum tibi est.

Vide L. 2. §. 3. ff. ad SC. Vellej. L. 4. Cod. de rev. donat.

(c) *Extat in L. 74. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Vide L. 1. C. ne uxor pro marit L. 1. C. Ne fil. pro patr. L. pen. C. quod cum eo. Instit. §. 14. 18. de inut. stip.

(d) *Fluit. ex. L. 48. ff. de neg. gest. ubi sic.* — Ignorante quoque sorore si frater negotium ejus gerens dotem a viro stipulatus sit: judicio negotiorum, ut virum liberaret, jure convenitur.

(e) *Extat in L. 73 §. 4. ff. der. j. ubi sic.* — Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest (3).

Fluit regula ex L. 38. §. 17 ff. de verb. oblig. et §. 4. Inst. de inut. stip. — Vide tamen L. 9. §. 8. ff. de reb. cred. L. 2. C. per quas pers. L. 5. §. pen. ff. de constit. pecun. L. 13. in prin. ff. de pignorat. L. 45. in fin ff. sol matrim. L. 8. C. ad exhib. L. 3. C. de donat. quae sub mod. §. 3. Inst. de adop.

(3) Concorda coll'art. 1073. LL. CC. ma vedi l'art. 1074. dette LL. ove alcuno può obbligarsi per un terzo ed è tenuto soltanto ad una indennità, quando il terzo ricusa l'adempimento. Vedi anche l'art. 1075. dette LL. ove è permessa simile obbligazione, quando formi condizione di una stipolazione, che si fa per se stesso, o di una donazione, che si fa ad altri.

(f) *Fluit ex L. 11. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Quaecumque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona obligationis, initium sumant, inanem actum nostrum efficiunt, et ideo, neque stipulari, neque emere, vendere, contrahere, ut alter suo nomine recte agat, possumus. (4)

Vide L. 38. L. 17 ff. de v. o. Instit. de inut. stip. §. 4. et 18. Excipe §. 20 eod.

(4) Vedi il citato 1075 LL. CC.

(g) *Extat in L. 9. ff. de liber. causa ubi sic.* — Si pariter adversus eum, qui de libertate litigat consistant fructuarius, et proprietarius; fieri potest, ut alteruter absit: quo casu an praesenti soli permissurus sit practor adversus eum agere dubitari potest: quia non debet alterius collusione, aut inertia alterius jus corrumpi.

Vide L. 155. ff. de r. j.

(h) *Extat in L. 80. ff. de verb. obl. ubi sic.* Quotiens in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto sit. (5)

Vide L. 12. ff. de reb. dub. L. 33. ff. de contrah. empt. L. 39. ff. de act. vend.

(5) Vedi l'art. 1110. LL. CC. ove quando una clausola è suscettiva di due sensi, intender si debbe in quello, con cui può aver qualch' effetto, piuttosto, che in quello, con cui non ne potrebbe produrre alcuno.

100. Ambigua oratione non utrumque, sed quod voluerit, qui loquitur, intelligendum est (a), et quod humanius sequimur (b).
101. Ambigua testatoris oratio ex ejus mente interpetrationem recipit (c).
102. Ambigua verba contra stipulatorem interpetrantur (d).
103. Ambigua intentio accipienda, ut salva res actoris sit (e).
104. Ambigua oratio maxime sententiam ejus, qui protulit, tenet (f).
105. Ambigua actoris intentio in ejus favorem interpetranda (g).
106. Ambiguum pactum contra venditorem interpetratur (h).

(a) *Extat. in L. 3. ff. de reb. dub. ubi sic.* — In ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed id dumtaxat, quod volumus; itaque qui aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, qui non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur (1).

(1) Concorda all'art. 1109. LL. CC.

(b) *Extat. in L. 10. §. 1. ff. eod. ub sic.* — Plane si ita libertatem acceperit ancilla, si primum marem pepererit, libera esto, et haec uno utero marem, et faeminam peperisset; si quidem certum est, quid prius edidisset, non debet de ipsius statu ambigi, utrum libera esset, nec ne: sed nec filiae: nam, si postea edita est, erit ingenua: sin autem hoc incertum est, nec potest, nec per subtilitatem judicialem manifestari: in ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet, ut tam ipsa libertatem consequatur, quam filia ejus ingenuitatem, quasi per praesumptionem priore masculo edito.
Vide L. 8. ff. de pact. L. 56. ff. de reg. jur. L. 5. C. de bon. quae lib. L. 14. C. de fideicom. lib.

(c) *Extat. in L. 24. ff. de reb. dub. ubi sic.* — Cum in testamento ambigue, aut etiam perperam scriptum est, benigne interpetrari, et secundum id, quod credibile est cogitatum, credendum est.

(d) *Extat. in L. 26. ff. de reb. dub. ubi sic.* — Cum quaeritur in stipulatione, quid acti sit, ambiguitas contra stipulatorem est.
Et in L. 38. §. 18 ff. de verb. obl. ubi sic. — In stipulationibus, cum quaeritur quid actum sit: verba contra stipulatorem interpetranda sunt (2).
Vide. L. 99. ff. eod. L. 21. 33. ff. de contr. empt. L. 39 ff. de pact.

(2) Concorda coll'art 1115 LL. CC.

(e) *Extat in L. 172. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpetrandum est. §. 1. Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit.
Fluit haec reg. ex L. 66. ff. de judic. L. 83. §. 1. ff. de verb. obl. L. 12 ff. de reb. dub.

(f) *Extat in L. 96. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est ejus, qui eas protulisset.
Fluit haec reg. ex L. 69. §. 1. ff. de legat. 3; L. 18. §. 3. in fin. ff. de instruc. L. 7. in fin. ff. de supell. legat. L. 3. in fin. C. de liber. praet. L. 94 ff. de verb. obl. L. 9. ff. de praet. stip. L. ult. §. 1. C. de legib.

(g) *Extat in L. 66. ff. de judic. ubi sic.* — Si quis intentione ambigua, vel oratione usus sit: id quod utilius ei est, accipiendum est.
Vide L. 83. §. 1. ff. de verb. obl. Immo vide L. 39. ff. de pact. L. 38. §. 18. ff. de ver. obl.

(h) *Extat in L. 172. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In contraenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpetrandum est (3).
Fluit hae. reg. ex L. 39. ff. de pact. L. 33. in fin. ff. de contrah. empt. immo vide L. 34. ff. de r. j., L. 34. in princ. ff. de contrah. emp.

(3) Concorda coll' art. 1448. LL. CC.

107. Ambulatoria est mens hominis usque ad mortem (a).

108. Amicus est, qui non levi notitia, sed honesta familiaritate conjungitur (b).

109. Amisisse videtur rem, qui adversus nullam ejus persequendae actionem habet (c).

110. Amovere non videtur, qui non callido animo, nec maligno rem reposuit (d).

111. Annus civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeratur (e).

112. Annus incaeptus habetur pro completo in honoribus, et favoribus, (f) non in stipulationibus, et in odiosis (g).

113. Ante detrahendum, quod extra bonorum quantitatem est (h).

114. A patre, velut a patria, mores refunduntur in filios, et cives: ideoque bonus quisque praesumitur ratione patris, vel patriae (i).

(a) *Extat in L. 4. ff. de adim. vel trasf. legat. ubi sic.* — Quod si iterum in amicitiam redierunt, et poenituit testatorem prioris offensae; legatum, vel fideicommissum relictum redintegratur. Ambulatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitae supremum exitum.

Vide L. 32. §. 3. ff. de donat. inter vir. et ux.

(b) *Extat in L. 223. ff. de verb. sign. §. 1. ubi sic.* — Amicos appellare debemus, non levi notitia conjunctos: sed quibus fuerint jura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quaesita rationibus.

(c) *Extat in L. 14. ff. de verb. sign. §. 1. ubi sic.* — Rem amisisse videtur, qui adversus nullam ejus persequendae actionem habet.

(d) *Extat in L. 71. §. 8. ff. de acq. vel. omitt. haer. ubi sic.* — Amovere non videtur, qui non callido animo, nec maligno rem reposuit. Ne is quidem, qui in re erravit, dum putat non esse haereditariam. Si igitur non animo amovendi, nec ut haereditati damnum det, rem abstulit; sed dum putat non esse haereditariam, dicendum est eum amovisse non videri.

(e) *Extat in L. 134. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Anniculus non statim, ut natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die; quia annum civiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus. (1)

Vide tamen L. 3. ff. de minor.

(1) Argomento dall'art. 234. LL. CC., ove si calcolano 300 giorni compiuti per impugnarsi la paternità.

(f) *Extat in L. 8. circ. med. ff. de mun. et hon; ubi sic.* Annus autem vigesimus quintus caeptus pro pleno habetur: hoc enim in honoribus favoris causa constitutum est, ut pro plenis incoatos accipiamus: sed in his honoribus, in quibus Reipublicae quid eis non committitur: caeterum, cum damno publico honorem ei committi, non est dicendum etiam cum ipsius pernicie minoris.

Vide L. 74. in fin. ff. ad SC. Trebell. — L. 1. C. quando dies leg. ced., L. 5. ff. qui testam. fac poss., L 6. ff de obl. et act., L 2. ff. de div. temp. praescr.

(g) *Extat in L. 42. ff. de v. o. ubi sic.* — Qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus sit; nisi omnibus partibus praeteritis anni, vel mensis, non recte petit.

Vide L. 48. et 49. ff. de condit, et dem., §. pen. Inst. de inut stip.

(h) *Extat in L. 73. ff. ad L. Falc. in fine ubi sic.* — Ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est; deinde quod ex bonis apud haeredem remanere oportet.

(i) *Fluit. ex leg. 31 §. 21. ff. de Ædil. Edicto ubi sic.* — Qui mancipia vendunt, nationem cujusque in venditione pronunciare

115. Appellans adversus plures, si quosdam in libello omiserit; non ideo acquievit adversus omissos (a).

116. Appellantis victoria prodest non appellanti, si una, eademque causa appellationis sit: (b) item victoria haeredis prodest cohaeredi; (c) victoria unius reorum alteri prodest (d).

117. Appellare possunt omnes, quorum interest, (e) etiam a sententia inter alios dicta (f).

118. Appellatione liberorum veniunt etiam nepotes. (g) Appellatione

---

debent. Plerumque enim natio servi aut provocat, aut deterret emptorem. Idcirco interest nostra scire nationem; praesumptum etenim est, quosdam servos bonos esse, qui natione sunt non infamata, quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quae magis infamis est. . . .

Vide etiam L. 2. ff. de justitia et jur. L. 1. §. 15. ff. de ventr. in posses. mit. in fine.

(a) *Extat in L. 3. ff. de appell. §. 2. ubi sic.* — Certe si plures hi sunt, adversus quos pronunciatur, et quorumdam nomina in libellis sint comprehensa, quorundam non, hi soli appellasse videbuntur, quorum nomina libellis sunt comprehensa.

(b) *Extat in L. 10. §. 4. ff. de appell. ubi sic.* — Quod est rescriptum in communi causa, quotiens alter appellat, alter non; alterius victoriam ei proficere, qui non provocavit: hoc ita demum probandum est, si una eamdemque causa fuit defensionis . . . .

Et in L. 2. C. si unus. ex plur. ubi sic. — Si in una, eademque causa unus appellaverit, ejusque justa appellatio pronunciata est, ei quoque prodest, qui non appellaverit. Quod si aetatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, majori, qui suo jure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest.

Vide L. 1. C. eod; L. 4. §. 3. ff. si serv. vind; — L. unic. C. si in communi, eademque caus.

(c) *Extat. in L. 7. ff. fam. erc. ubi sic.* — Si haeres unus, cum sub conditione adjectum cohaeredem, aut apud hostes adjectum eo haberet, dixerit se haeredem esse, et actione expertus vicerit, deinde conditio haeredis extiterit, vel postliminio redierit, an victoriae commodum debeat cum eo communicari? nam indubitate judicati actio ei insolidum competit.

Vide L. 17. ff. de inoff. test.

(d) *Extat in L. 1. C. Si unus ex plur. app. ubi sic.* — Si judici probatum fuerit unam, eamdemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio justa pronunciata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem accipere, emolumentum victoriae secundum ea, quae saepe constituta sunt, ad te quoque, qui nec provocasti, pertinere, non ignorabit (1).

Vide L. 10. ff. de appell. L. 1. ff. de divers praescript.

(1) Argomento dall'art. 597. L. pr. civ., ove l'annullamento di una decisione fatto dalla Suprema Corte di giustizia giova al non ricorrente, quando il di costui interesse fosse necessario, e dipendente da quello del ricorrente.

(e) *Extat in L. 4. §. 2. ff. de appell. ubi sic.*—Alio condemnato is, cujus interest, appellare potest, qualis est, qui procuratorem expertus, victus est, nec procurator suo nomine appellet.

(f) *Fluit ex L. 5. ff. de appell. ubi sic.* — A sententia inter alios dicta appellari non potest, nisi ex justa causa (2): veluti si quis in cohaeredum praejudicium se condemnari patitur, vel similem huic causam: quamvis et sine appellatione totus est cohaeres . . .

Vide L. 2. C. de fide instrum.

(2) Vi è ora il rimedio dell'opposizione di terzo. Art. 538. L. di pr. civ.

(g) *Extat in L. 220. ff. de verb. sign ubi sic.* — Liberorum appellatione nepotes, et pronepotes, caeterique, qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes suorum

fratrum veniunt etiam sorores (a).

119. Appellationes plures esse debent, si plures, et separatim sint condemnati (b).

120. Appellationi renunciari potest (c).

121. Appellationibus duobus opus est, ubi duae sententiae in eadem causa prolatae sint (d).

122. Appellationis competentia fit cumulando plures summae minores ex una actione (e).

123. Apellationis causas addere, et mutare licet: (f) et contra capita omissa appellare licet (g).

124. Appellatur pro damnato ad mortem eo etiam invito (h).

---

appellatione lex XII Tabularum comprehendit (1). . . .

Vide L. 8. §. 8. ff de inoff. test., L. ult. ff. de pollic., L. 3. C. de his, qui num. liber.

(1) Concorda coll' art. 830. LL. CC.

(a) *Extat in L. 93. §. 3. ff. de legatis 3. ubi sic.* — Quaesitum est, an, quod haeredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret? Respondit, pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur.

Vide L. Tres fratres ff. de pact. L. Lucius in prin. ff. fam. ercisc.

(b) *Extat in L. 10. ff. de appell. ubi sic.* — Si qui separatim fuerint condemnati, quamvis ex eadem causa, pluribus eis appellationibus opus est.

(c) *Extat in L. 28. Cod. de appell. ubi sic.* — Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi, et suos libellos recuperandi, ne justae poenitudinis humanitas amputetur (2).

(2) Arg. dall' art. 495. L. pr. civ. ove si può rinunciar ad una lite.

(d) *Extat in L. 17. ff. de appellat. ubi sic.* — Cum in una causa separatim duplex sententia divisa datur, veluti una sortis, alia usurarum; duplex appellatio necessaria est, ne alteram agnovisse, de altera provocasse intelligatur (3).

Vide L. 10. C. depos. L. 10. ff. de appell.

(3) Arg. dall' art. 508. L. pr. civ. ove si può appellare per capi diversi del giudicato da parti diverse.

(e) *Fluit ex L. 10. ff. de appellat. §. 1. ubi sic.* —Si quis cum una actione ageretur, quae plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulae notionem Principis non faciunt, omnes autem conjunctae faciunt; poterit ad Principem appellari (4).

(4) Arg dall' art. 99. L. pr. civ. ove il valor della causa si ha dal cumulo di più somme, e di più dimande.

(f) *Extat in L. 3. §. 3. ff. de appell: ubi sic.* Quid ergo si causam appellandi certam dixerit? An liceat ei discedere ab hac, et aliam causam allegare? An vero quasi forma quadam obstrictus sit? Puto tamen, cum semel provocaverit, esse ei facilitatem, in agendo etiam aliam causam provocationis reddere, persequique provocationem suam quibuscumque modis potuerit.

(g) *Extat in L. 6. C. de appellat. §. 1. ubi sic.* — Si quid autem in agendo negotio minus se allegasse litigator crediderit, quod in judicio acto fuerit omissum, apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur....

Vide L. 4. ff de temporib. et repar. appel. (5).

(5) Arg. dall' art. 544. n. 5. L. pr. civ. ove vi è caso di ritrattazione della sentenza, se si è omesso di pronunziare sopra qualcuno de' capi della dimanda.

(h) *Fluit ex L. 6. §. 3. ff. de appell. ubi sic.* — Super his vero, qui in capitalibus causis constituti appellaverint, quos tamen, et ipsos, vel qui pro his provocabunt: non nisi audita omni causa, atque discussa, post sententiam dictam appellare conveniet ...

Vide L. 17. ff. quor. appell. non recip., L. 4. ff. de appell. recip.

125. Apposita in contractibus ad tollendam dubitationem jus commune non laedunt (a).

126. Approbatum semel non potest amodo reprobari (b).

127. Aquiliana stipulatio omnes obligationes perimit: (c) non pertinet ad lites, de quibus non est cogitatum (d).

128. Arbiter esse non potest faemina (e).

129. Arbitrio meo; arbitrio boni viri videtur (f).

130. Arbitrio boni viri videtur commissum, quod certae personae arbitrio committitur (g).

131. Arbitris pluribus stantibus, unus sententiam dicere non compellitur (h).

132. Arbitrorum sententia nulla est post diem compromissi (i).

(a) *Extat in L. 81. ff. de r. j. ubi sic.* Quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, jus commune non laedunt. *Fluit reg. ex L. 56. in princ. ff. mand.*

(b) *Fluit ex L. 9. ff. de neg. gest. ubi sic.* — Pomponius scribit, si negotium a te quamvis male gestum, probavero: negotiorum tamen gestorum te mihi non teneri. Videndum ergo ne in dubio hoc, an ratum habeam, actio negotiorum gestorum pendeat, nam quomodo, cum semel caeperit, nuda voluntate tolletur? Sed superius ita verum se putare, si dolus malus a te absit: Scaevola: imo puto, etsi comprobem adhuc negotiorum gestorum actionem esse, sed eo dictum te mihi non teneri, quod reprobare non possim semel probatum, et quemadmodum quod utiliter gestum est, necesse est apud judicem pro rato haberi, ita omne, quod ab ipso probatum est. . . .

Et in L. 47. ff. sol. matrim. ubi sic. — Cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores, quos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit? . . .

(c) *Extat in L. 4. ff. de transact. ubi sic.* — Aquiliana stipulatio omnimodo omnes praecedentes obligationes novat, et perimit, ipsaque perimitur per acceptilationem, et hoc jure utimur.

(d) *Extat in L. 5. ff. de transact. ubi sic.* — Cum aquiliana stipulatio interponitur, quae ex consensu redditur, lites, de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur.

Vide L. 9. §. 1. ff. eod. L. 3. C. eod.

(e) *Fluit ex L. 6. C. de recep. arb., ubi sic.* — Saucimus, mulieres suae pudicitiae memores, et operum, quae eis natura permisit, et a quibus eas jussit abstinere, licet summae, atque optimae opinionis constitutae in se arbitrium susceperint, vel si fuerint patronae, etiamsi inter libertos suam interposuerint audientiam, ab omni judiciali agmine separari, ut ex earum electione nulla poena, nulla pacti exceptio, adversus justos earum contemptores habeatur.

(f) *Fluit ex L. 22. ff. de reg. jur. §. 1. ubi sic.* — Generaliter probandum est, ubicumque in bonae fidei judiciis confertur in arbitrium domini, vel procuratoris ejus conditio pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

(g) *Vide L. 6. 76. ff. pro soc. L. 7. ff. de contrah. empt., L. 24. ff. loc., L. 3. infin C. de dotis promiss.*

(h) *Fluit ex L. 17. ff. de rec. qui arb. §. 7. ubi sic.* — Celsus lib. 11. digestorum scribit, si in tres fuerit compromissum, sufficere quidem duorum consensum, si praesens fuerit et tertius, alioquin, absente eo, licet duo consentiant, arbitrium non valere, quia in plures fuit compromissum, ut potuit praesentia ejus trahere eos in ejus sententiam. (1)

(1) Vedi l'art. 1092. L. pr. civ. ove in caso, che gli arbitri sien più di due, se il minor numero si ricusa, gli altri ne faran menzione, e la sentenza avrà la stessa forza, che se fosse stata firmata da ciascuno di essi.

(i) *Extat in L. 1. in fin. C. de rec. arb. ubi sic.* — Sed si ultra diem compro-

133. Arbitrorum morte poena non committitur, si per stipulatorem stet, quominus accipiat (a).
134. Arbor translata in alterius fundum ejus fit, si coaluit (b).
135. Argumentum valet ab etymologia vocabuli (c).
136. Argumentum valet a contrario sensu (d).
137. Argumentum valet a solitis (e).
138. Argumentum valet de contractibus ad ultimas voluntates (f).
139. Argumentum valet ab absurdo vitando (g).
140. Argumentum valet a similibus ad similia (h).
141. Argumentum valet de dote ad legitimam (i).
142. Argumentum valet de toto ad partem (k).
143. Argumentum valet a correlativis (l).

---

misso comprehensum judicatum est, sententia nulla est, nec ullam poenam committit, qui ei non paruerit. (1)

(1) Concorda coll'art. 1088 n. 2. L. pr. civ.

(a) *Fluit ex L. 40. ff. de rec. qui arb. ubi sic.* — Arbiter Calendis Ianuariis adesse jussit, et ante eum diem decessit, alter ex litigatoribus non adfuit, procul dubio poena minime commissa est: nam et Cassium audisse se dicentem Aristo ait, in eo arbitro, qui ipse non venisset, non esse commissam: quemadmodum Servius ait, si per stipulatorem stet, quominus accipiat, non committi poenam.
Vide L. 23. in fin. ff. eod.

(b) *Fluit ex L. 5. ff. de rei vind.* §. 3. *ubi sic.* — De arbore, quae in alienum agrum translata coaluit, et radices immisit, Varus, et Nerva utilem in rem actionem dabant: nam si non dum coaluit, mea esse non desinet. (2)

(2) Concorda per argomento dall'art. 489. LL. CC. ma vedi il contrario nell'art 484 se una parte di terreno è svelta, e trasportata verso un fondo inferiore.

(c) *Fluit ex Inst. in princ. de testam. ord. ubi sic.* — Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit.

(d) *Vide L. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd.*

(e) *Vide L. 9. §. 3. ff. de reb cred. et si cert. petat* (3).

(3) Concorda per argomento dall'art. 1089. LL. CC. ove l'uso è anche obbligatorio nelle convenzioni.

(f) *Fluit ex L. 46. ff. de legat. 1. ubi sic.* Quae de legato dicta sunt, eadem transferre licebit ad eum, qui vel Stichum, vel hominem dari promiserit.

(g) *Vide supra — Aph. 7.*

(h) *Fluit. ex. L. 12. ff. de legib. ubi sic.* — Non possunt omnes articuli singillatim aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui jurisdictioni praeest, ad similia procedere, atque ita jus dicere debet.
Vide L. 13. et 27. ff. eod.

(i) *Fluit. ex Auth. Res, quae C. comm. de legat. ubi sic.* — Res quae subjacent restitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed si liberis portio legitima non sufficiat ad dotis, sive donationis propter nuptias obligationem: permittitur res praedictas in eamdem causam alienare, vel obligare pro modo honestatis personarum congruo ec.

(k) *Extat in L. 76. in princ. ff. de rei vin. ubi sic.* — Quae de tota re vindicanda dicta sunt, eadem et de parte intelligenda sunt: officioque judicis continetur pro modo partis, quoque restitui jubere, quae simul cum ipsa parte restitui debent ec.
Vide L. 51. ff. de adm. et peric. tut. L. 3. ff. pro derelicto.

(l) *Vide L. fin. C. de in dict. viduit, toll., L. fin. C. de judic. L. 1. C. Ne liceat potent. Vide Vinnium. Instit. de societ.* §. 3.

144. Argumentum valet a minori ad majus (a).
145. Assis partis sunt duodecim (b).
146. A verbis testatoris non receditur, nisi manifestum est aliud sensisse (c).
147. Avi dignitas prodest nepotis post casum patris (d).
148. Avo mortuo nepotes recidunt in filii potestatem (e).

(a) *Fluit ex Aut. Sicut. alienatio C. de Sac. Eccles. ubi sic.* — Sicut alienatio rerum Ecclesiae interdicitur: ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioqui onerosa, veluti fiscalium nomine vel onere.
Vide Aut. Muito magis. C. eod.

(b) *Extat in L. 50. §. 2. ff. de haered. instit. ubi sic.* — Haereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quae assis appellatione continentur. Habent autem, et hae partes propria nomina ab uncia usque ad assem, puta haec sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.
Vide L. 13. ff. eod. Instit. §. 5. h. t.

(c) *Extat in L. 69. ff. de legat. 3. ubi sic.* — Non aliter a significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem ec.
Vide L. 25. ff. eod.

(d) *Fluit ex L. 7. §. 2. ff. de Senator. ubi sic.* — Si quis, et patrem, et avum habuerit senatorem, et quasi filius, et quasi nepos senatoris intelligitur. Sed si pater amiserit dignitatem ante conceptionem hujus; quaeri poterit, an quamvis quasi senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? Et magis est, ut debeat, ut avi potius ei dignitas prosit; quam obsit casu patris.
Vide tamen L. 11. C. de quaestion.

(e) *Extat in L. 5. ff. de his, qui sui ec. ubi sic.* — Nepotes ex filio, mortuo avo, recidere solent in filii potestatem, hoc est patris sui; simili modo et pronepotes, et deinceps, vel in filii potestatem, si vivit, et in familia mansit, vel in ejus parentis, qui ante eos in potestate est. Et hoc non tantum in naturalibus, verum in adoptivis quoque juris est. (1)
Vide Instit. quib. mod. jus. patr. pot. solv. in prin.

(1) Abrogato dall'art. 286 LL. CC. ove la patria potestà si esercita dal solo padre durante il matrimonio.



BE



149. Beneficia invitis non obtruduntur (a).

150. Beneficia principum latissime sunt interpretanda (b) et concedenda sine alterius praejudicio (c).

151. Beneficii receptor naturaliter obligatur (d).

152. Beneficio suo quisque renunciare potest (e).

153. Beneficio adjuvari, non decipi oportet (f)

154. Beneficium (sive privilegium), quod datur conditioni personae, personale est, quod vero datur generi, seu causae ad haeredem transit (g).

155. Beneficium competentiae competit marito, ne egeat, et mulieri

---

(a) *Extat in L. 69. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Invito beneficium non datur..

Vide L. 156. §. 4. ff. eod. L. 19. §. 2. ff. de donat. L. 41. ff. de minor.

(b) *Extat in L. 3. ff. de Constit. Princ. ubi sic.* — Beneficium Imperatoris, quod a divina ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.

Vide L. 2. C. de bonis vac. et L. 8. C. eod. L. 43. in princ. ff. de vulg. et pup. subsit.

(c) *Fluit ex L. 2. §. 16. ff. Ne quid in loc. pub. ubi sic.* — Si quis a Principe simpliciter impetraverit, ut in publico loco aedificaret, non est credendus sic aedificare, ut cum in commodo alicujus id fiat, neque sic conceditur, nisi forte quis hoc impetraverit.

Vide §. 10. ibid. (2).

(2) Concorda per argomento dall'art. 637. 639. e 645. L. proc. penale ove l'amnistia, il rescritto di abolizione, ed il decreto di grazia non pregiudicano all'azion civile, ed al ricupero delle spese.

(d) *Argum. leg. 25. ff. de haered. pet. in princ.*

(e) *Fluit. ex L. 32. §. 4. ff. ad SC. Vellej. ubi sic.* Sed si mulier pro eo, pro quo intercesserit, judicium parata sit accipere, ut non in veterem debitorem actio detur: quoniam Senatusconsulti exceptionem opponere potest: cavere debebit exceptione se non usuram, et sic ad judicem ire.

(f) *Extat L. 17. §. 3. circ. fin. ff. commod. ubi sic.*—Igitur si pugillares mihi commodasti, ut debitor mihi caveret, non recte facies importune repetendo, nam si negasses, vel emissem, vel testes adhibuissem. Idemque est, si ad fulciendam insulam tigna commodasti, deinde protraxisti, aut etiam sciens vitiosa commodaveris, adjuvari quippe, non decipi, beneficio oportet.

(g) *Extat in L. 196. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Privilegia quaedam causae sunt, quaedam personae, et ideo quaedam ad haeredem transmittuntur, quae causae sunt: quae personae sunt ad haeredem non trascunt.

Et in L. 68. ff. eod. ubi sic. — In omnibus causis id observatur, ut ubi personae conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, ubi vero genus actionis id desiderat, ibi, ad quemvis persecutio, ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii.

Fluut. reg. ex. L. 13. ff. sol. matrim. L. 7. ff. de except. L. 28. in fin. ff. de legat. 2; L. 1. ff. de jur. immun. L. 6. ff. de integr. rest; L. 18. in fin. ff. de minor., L. 13 in princ. ff. de dolo malo.

vicissim (a) item donatori (b).

156. Beneficium a principe collatum jam mortuo, qui viventem credidit, ad haeredem non transit (c).

157. Beneficium juris nemini auferendum est, nisi cognita causa (d).

158. Benemerentibus praemia tribui oportet (e).

159. Bis exigere idem nequit bona fides (f).

160. Bona sunt jure civili, quae deducto aere alieno supersunt (g).

161. Bona sunt, quae dominii nostri sunt, quae bona fide possidemus, et quorum habemus petitionem (h).

(a) *Extat in L. 16. ff. de re jud. in princ. ubi sic.* — Sunt, qui in id, quod facere possunt, conveniuntur. . . .

Et in L. 17. ff. eod. ubi sic. — Patronus, patrona, liberique eorum, et parentes. Item maritus de dote in id, quod facere potest, convenitur.

Et in L. 20. ff. eod. ubi sic. — Non tantum dotis nomine maritus in id, quod facere possit, condemnatur, sed ex aliis quoque contractibus ab uxore judicio conventus in quantum facere potest condemnandus est ex Divi Pii constitutione, quod et in persona mulieris aequa lance servari aequitatis ratio suggerit.

Vide §. 37. Instit. de act. L. 6. ff. de cess. bon. L. 15. ff. sol. matrim.

(b) *Fluit. ex L. 30. ff. de re jud. ubi sic.* — Cum ex causa donationis promissa pecunia est: si dubium sit, an ea res eo usque donatoris facultates exaurire possit, ut vix quisquam ei in bonis relictum sit; actio in id, quod facere possit, danda est, ita, ut et ipsi donatori aliquid sufficiens relinquatur, quod maxime inter liberos, et parentes servandum est.

Vide L. 12. ff. de donat. L. 19. in fin. ff. de re jud. L. 49. in fin. L. 50. ff. eod. L. 62. ff. de Ædil. Edict.

Extat etiam in L. 173. ff. de reg. jur. ubi sic. — In condemnatione personarum, quae in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed et ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

(c) *Extat in L. 191. ff. de r. j. ubi sic.* — Neratius consultus, an quod beneficium dare se, quasi viventi, Caesar rescripserat jam defuncto dedisse existimaretur? respondit, non videri sibi, principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisse, defuncto concessisse: quem tamen motum esse beneficii sui vellet, ipsius aestimationem esse.

Vide L. 2. ff. quae sent. sine appell. L. 43. in princ. ff. de vulg. et pupill. subst.

(d) *Argum. L. 4. §. 5. ff. de re jud.* (1)

(1) Concorda coll'art. 196. leg. de' 29 Maggio 1817.

(e) *Extat in L. 4. C. de statuis, et imag. in princ. ubi sic.* Et virtutum praemia tribui merentibus convenit, et aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri non oportet. . . .

Vide L. 1. §. 1. ff. de just. et jur.

(f) *Extat in L. 57. ff. de r. jur. ubi sic.* — Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

Fluit regula ex L. 51. in fin. ff de re judic. ubi sic. — Et puto improbum esse eum, qui velit iterum consequi, quod accepit.

Vide L. 34. in princ. ff. de obl. et act. L. 26. ff. de pecul. L. 5. §. 15. ff. de tab. exhib. L. 21. §. 6 ff. ratam rem haberi.

(g) *Extat in L. 39. §. 1. de verb. sig. ubi sic.* — Bona intelliguntur cujusque, quae deducto aere alieno supersunt.

Vide L. 72. in princ. ff. de jur. dot. L. 2. §. 1. ff. de verb. sign; L. 6. in fi. C. de collat. L. 8. C. ad Leg. Falc. L. ult. §. 4. C. de bon. quae lib. §. 1. Inst. de leg. Falc.

(h) *Extat in L. 49. circa princ. de verb. sig. ubi sic.* — In bonis autem nostris computari sciendum est, non solum, quae dominii nostri sunt, sed et si bona fide a nobis possideantur, vel superficiaria sint. . .

Vide L. 5. ff. pro derel. L. 52. ff. de adq. rer. dom.

162. Bona fides est, quando quis ignorat rem alienam esse (a). In contractibus servanda (b). Veritatis loco est.

163. Bonae fidei possessor est, qui a judice comparavit (c).

164. Bonae fidei possessio tantum possessori praestat, quantum veritas inest, id est si vere sum dominus (d).

165. Boni judicis interest lites dirimere (e).

166. Bonorum possessio, et haereditas aequiparantur (f).

167. Bonorum appellatio universitatem, non singulas res demonstrat (g).

168. Bonorum possessio a Praetore data solo jure, non corpore nititur (h).

169. Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu (i).

170. Bonus quisque praesumitur, dum malus probetur (k).

(a) *Extat in L. 109. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Bonae fidei emptor esse videtur, qui ignoravit eam rem alienam esse: aut putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse. (1)

(1) Concorda coll'art. 475. LL. CC.

(b) *Extat in L. 4. C. de obl et act. ubi sic.* — Bonam fidem in contractibus considerari aequum est.

Et in L. 31. in princ. ff. depos. ubi sic. — Bona fides, quae in contractibus exigitur, aequitatem summam desiderat. (2)

(2) Concorda coll'art. 1088 LL. CC.

(c) *Extat in L. 137. ff. de r. j. ubi sic.* — Qui auctore judice comparavit, bonae fidei possessor est.

Fluit reg. ex L. 167. h. t. L. 14. §. 1. ff. de relig. L. 11. ff. de adquir. vel amitt. poss.

(d) *Extat in L. 136. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Bona fides tantundem possidenti praestat, quantum veritas, quotieus lex impedimento non est.

Fluit reg. ex L. 25. §. 1. ff. de usur; L. 48. in princ. ff. de adquir. rer. dom.

(e) *Fluit ex L. 13. C. de judiciis in princ; ubi sic.* — Properandum nobis visum est, ne lites fiant pene immortales, et vitae hominum modum excedant....

Vide Vinn. tit. Inst. de paen. temer. litig.

(f) *Extat in L. 117. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Praetor bonorum possessorem haeredis loco in omni causa habet.

Fluit reg. ex L. 2. ff. de bon. possess. L. 1. ff. de posses. haered. pet.

(g) *Extat in L. 208. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Bonorum appellatio, sicut haereditatis, universitatem quamdam, ac jus successionis, et non singulares res demonstrat.

Vide L. 119. ff. eod. L. 50. in princ. ff. de haered. petit.

(h) *Vide Vinn. Instit. de interd. §. 3. n. 2.*

(i) *Vulgaris aphorismus.*

(k) *Argument. Legis 31. §. 21. ff. de Ædil. Edicto. Vide supra—Aphor. 114.*



CA

171. Caecus magistratum retinet, non adipiscitur (a).
172. Calliditati non consultum est, sed infirmitati (b).
173. Calor iracundiae perseverantia opus habet, aliter nihil egit (c).
174. Capere non videtur, quod quis debet restituere (d), nec, quod per exceptionem potest submoveri a petione (e).
175. Captari verba legis, neque calumniari jus oportet (f).
176. Captiosa investigatio evitanda, et, quod minimum habet iniquitatis, eligendum (g).

(a) *Extat in L. 1. §. 5. circ. med. ff. de postul. ubi sic.* — Quamvis autem caecus pro alio postulare non possit; tamen et senatorium ordinem retinet, et judicandi officio fungetur. Numqnid ergo et magistratus gerere possit? sed de hoc deliberabimus. Extat quidem exemplum ejus qui gessit. Appius denique Claudius caecus consiliis publicis intererat, et in Senatu severissimam dixit sententiam de Pyrrhi captivis. Sed melius est, ut dicamus, retinere quidem jam caeptum magistratum posse, adspirare autem ad novum penitus prohiberi; idque multis comprobatur exemplis (1)
Vide L. 6. ff. de judiciis. L. 16. ff. de auct. tut., L. 8. C. de decur. L. 2. §. 36. vers. post. hunc ff. de orig. jur.

(1) La cecità è di ostacolo alle funzioni di giudice, Real Decreto de' 16 Novembre 1825.

(b) *Extat in L. 5. C. ad SC. Vellejan. ubi sic.* — Si sine voluntate tua res tuae a marito tuo pignori datae sunt, non tenentur. Quod si consensisti obligationi, sciente creditrice, auxilio Senatusconsulti uti potes. Quod si patientiam praestitisti, ut quasi suas res maritus obligaret, decipere voluisti mutuam paecuniam dantem, et ideo tibi non succurretur Senatusconsulto; quo iufirmitati, non calliditati mulierum consultum est. (2)

(2) Vedi l' art. 1264. LL. CC. ove il minore non può restituirsi in intero contra le obbligazioni nascenti dal suo delitto, o quasi delitto.

(c) *Extat in L. 48. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quidquid in calore iracundiae vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit judicium animi fuisse . . . .
Fluit reg. ex L. 3. ff. de divort.

(d) *Extat in L. 51. ff. de reg jur. ubi sic.* — Non videtur quispiam id capere, quod ei necesse est alii restituere.
Fluit reg. ex. L. 49 ff. de donat. inter vir. et ux. L. 42. ff. de legat. 2. L. 16. §. 15. ff. ad SC. Trebell. L. 3. §. 4. ff. de negot. gest. L. 71. ff. de v. s. L. 10. in fin. ff. de inoff. test. L. 122. in fin. ff. de legat. 1.

(e) *Extat in L. 13. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non videtur cepisse, qui per exceptionem a petitione removetur.
Fluit ex L. 115. §. 1. ff. eod. L. 7. §. 8. ff. de dolo malo, L. 50 ff. de donat. inter vir. et ux.

(f) *Extat in L. 19. ff. ad exhib. ubi sic.* — Ad exhibendum possunt agere omnes, quorum interest. Sed quidam consuluit, an possit efficere haec actio, ut rationes adversarii sibi exhiberentur, quas exhiberi magni ejus iuteresset? Respondit, non oportere jus civile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid diceretur animadvertere convenire . . . .

(g) *Extat in L. 200. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis.

177. Carcer passus cedit in poenam (a).
178. Casui fortuito potest quis submitti (b).
179. Casui potius improviso accidentia, quam fraudi, nec noxae imputantur (c).
180. Casus fortuiti jure non praestantur (d).
181. Casus adventitii non sunt adnumerandi (e).
182. Casus amissus a testatore legi communi subjicitur (f).
183. Casus ad emptorem pertinere debet (g).
184. Causa cessante cessat effectus (h).
185. Causae obligationum per pactionem possunt immutari (i).

(a) *Fluit ex leg. 25. ff. de poenis, ubi sic.* — Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena ejus sublevanda erit; sic enim constitutum est. Non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti sententiam excipiunt. (1) Non potest quis sic damnari, ut de saxo praecipitetur.

(1) Abrogato dall'art. 52. LL. pen.

(b) *Fluit ex L. 39. ff. mand. ubi sic.* — Et Aristoni, et Celso patri placuit, posse rem hac conditione deponi, mandatumque suscipi, ut res periculo ejus sit, qui depositum, vel mandatum suscepit. Quod et mihi verum esse videtur (2).

Vide L. 7. §. 15. ff. de pactis, L. 1. §. 35. ff. depos., L. 2. §. 2. ff. commod; L. 22. C. de neg. gest.

(2) Concorda coll'art. 1618 LL. CC.

(c) *Vide infra.—Aphor. 537.*

(d) *Fluit ex. L. 6. C. de pign. act., ubi sic.* — Quae fortuitis casibus accidunt, cum praevideri non potuerint, in quibus etiam aggressura latronum est, nullo bonae fidei judicio praestantur. (3).

Vide L. 5. et L. 9. Cod. eod. Instit. quib. mod. re contr. obl. L. 21. §. 2. ff. de pig. L. 23. ff. de r. j. L. 13. C. mand. L. 5. §. 4. ff. commod. L. 1. §. 35. ff. depos. L. 41. ff. loc. L. 12. princ. ff. de custod. et exhib. reor. L. 2. §. 7. ff. de adm. rer. ad civ. pert.

(3) Concorda coll'art. 1619. 2. comma LL. CC. pe'casi fortuiti straordinari, meno il patto in contrario.

(e) *Extat in L. 6. ff. qui, et a quib. manumis. lib. ubi sic.*—Iulianus de eo (*promissore*) loquitur, qui in substantia nihil aliud habeat; nam si habeat, quare non dicetur unum posse manumitti? quia et uno mortuo, solvendo est: et uno manumisso, solvendo est: nec adventitii casus computandi sint; alioquin et qui unum et certum (*alibi incertum*) ex servis suis promisit, neminem manumittet. (4)

(4) Concorda coll'art. 1619. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 5. §. 1. ff. de re judic. ubi sic.* — Si judex aliquem sic condemnet, ut quod habet ex testamento, vel codicillis Mevii, restitueret Titio: sic accipiendum est, quasi quantitatem nominavit, quae testamento, vel codicillis relicta est: sed et si fideicommissum sine scriptura pronunciatum est, idem erit probandum.

(g) *Fluit ex L. 11. ff. de evict. ubi sic.* — Lucius Titius praedia in Germania trans Rhenum emit, et partem pretii intulit, cum in residuam quantitatem haeres emptoris conveniretur, quaestionem retulit dicens: has possessiones ex praecepto principali partim distractas, partim veteranis in praemia adsignatas: quero an hujus rei periculum ad venditorem pertinere possit? Paulus respondit futuros casus evictionis post contractam emptionem ad venditorem non pertinere et ideo secundum ea, quae proponuntur, pretium praediorum peti posse. (5).

(5) Concorda coll'art. 1493 LL. CC.

(h) *Vide infra — Aphor. 191.*

(i) *Fluit ex L. 27. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nec ex Praetorio, nec ex solemni jure privatorum conventione quisquam im-

186. Causae duae lucrativae non possunt concurrere in eamdem personam circa eamdem rem (a).

187. Cautio judiciaria est idonea, si fidejussor sit vir dives immobilium, et facilis ad conveniendum (b).

188. Cautione a creditore reddita debitori, videtur convenisse, ne peteret, profuturamque et conventionis exceptionem placuit (c).

189. Cedere diem significat incipere deberi: venire, quando peti potest (d).

190. Certa die promissum vel statim dari potest: totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur (e).

191. Cessante causa, cessat effectus (f).

192. Cessat providentia legis, ubi est providentia hominis (g).

193. Cessio jurium litigiosorum valet pro summa soluta, non pro summa cessa (h).

---

mutandum est, quamvis obligationum causae pactione possint immutari, et ipso jure, et per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per praetorem introductus privatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum incohatur actio, inter eos convenit.

Fluit. reg. ex L. 43. ff. de pact. L. 23. vers. si quid nomin. convenit. ff. de r. j.

(a) *Extat in §. 6. Instit. de legat. ubi sic.* — Si res aliena legata fuerit, et ejus rei, vivo testatore, legatarius dominus factus fuerit; si quidem ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest: si vero ex causa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. Nam traditum est, duas lucrativas causas in eumdem hominem, et eamdem rem concurrere non posse . . . .

Fluit ex L. 108. §. Stichum ff. de legat. 1. L. 66. §. 1. ff. de legat. 2. L. 21. §. 1. ff. de legat. 3. L. 17. ff. de obl. et act. L. 83. §. 6. ff. de verb. obl. L. 61. ff. de solut.

(b) *Fluit ex L. 2. in princ. ff. qui satisdar. cog. ubi sic.* — Fidejussor in judicio sistendi causa locuples videtur dari, non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate etc. (1)

Vide L. 7. in prin. d. t. L. 2. ff. si quis in jus vocat. L. 3. ff. de fidejuss.

(1) Concorda coll'art. 601. L. pr. civ.

(c) *Fluit ex L. 2. ff. de pactis ubi sic.* Labeo ait, convenire posse, vel re, vel per epistolam, vel per nuncium; inter absentes quoque posse; sed etiam tacite consensu convenire intelligitur. §. 1. Et ideo, si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse, ne peterem: profuturamque ei conventionis exceptionem placuit.

Vide L. 24. ff. de probat.

(d) *Extat in L. 213. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Cedere diem significat, incipere deberi pecuniam; venire diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peti possit; ubi pure quis stipulatus fuerit et cessit, et venit dies; ubi in diem, cessit dies, sed non dum venit etc . . . .

Vide infra—Aphor. 1044.

Vide §. 2. Instit. de verb. obl.

(e) *Vide infra—Aphor. 423.*

(f) *Extat in L. 178. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cum principalis causa non consistat, plerumque ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent.

Et repetitur in L. 129. §. 2. ff. de reg. jur.

Fluit regula ex L. 2. ff. de peculio legato.

(g) *Vide infra. Aphor. 1555.*

(h) *Fluit. ex. L. 22. circ. princ. Cod. mand. ubi sic.* — Per hanc itaque legem jubemus in posterum hujusmodi conamen inhiberi: nec enim dubium est, redempto-

194. Cessio bonorum liberat debitorem (a) : at nisi solidum creditores receperint, debitor tenetur adhuc, sed liberatur a carcere (b).

195. Cessione facta nominis debitoris non dum denunciata, recte solvit debitor cessus principali debitori (c).

---

res litium alienarum videri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt: ita tamen, ut si quis datis pecuniis hujusmodi subierit cessionem usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem, et usurarum ejus actiones exercere permittatur: (1) licet instrumento cessionis venditionis nomen insertum sit: exceptis scilicet cessionibus, quas inter cohaeredes pro actionibus haereditariis fieri contingit: et is quas. cumque vel creditor, vel is, qui res aliquas possidet, pro debito, seu rerum apud se constitutarum mulimine, ac tuitione accepit; nec non his, quas inter legatarios, seu fideicommissarios, quibus debita, vel actiones, seu res aliae relictae sunt, pro his fieri necesse sit. (2) Nulla etenim tali ratione intercedente redemptor, sicuti superius declaratum est, magis existit, qui alienas pecuniis praestitis subiit actiones. Si autem per donationem cessio facta est; sciant omnes, hujusmodi legi locum non esse: sed antiqua jura esse servanda: ut cessiones tam pro exceptis, et specialiter enumeratis, quam aliis causis factae, seu faciendae secundum actionum, quaecumque cessae sunt, vel fuerint, tenorem, sine quadam imminutione obtineant.

Vide L. 2. ff ne liceat potent. L. 63. ff. de rei vind.

Et fluit ex L. 23. circ. princ. Cod. mand. ubi sic. — Sed cum hi, qui circa lites morantur, eamdem piam dispositionem in sua natura minime remanere concesserint, invenientes machinationem, ut partem quidem debiti venditionis titulo transferant in alium creditorem, reliquam autem partem per coloratam cedant donationem: generaliter Anastasianae constitutioni subvenientes, sancimus, nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis, et venditione actionum habita; partem autem donationis titulo videri transferre; sed si voluerit debitum totum pure donare, et per donationem actiones transferre: non occulte, nec per artes clandestinas pecunias suscipere, publice autem simulatam donationem celebrare; sed undique puram, et non dissimulatam facere donationem: hujusmodi enim cessionibus non adversamur ec. (3)

(1) Concorda coll'art. 1545.

(2) Concorda coll'art. 1547. LL. CC.

(3) Nota. I giudici, i loro supplenti, i magistrati ch'esercitano il ministero pubblico, i cancellieri, gli uscieri, i procuratori, i difensori ufiziosi, ed i notai non possono diventar cessionari delle liti, ragioni, ed azioni litigiose, che sono di competenza del Tribunale, nella cui giurisdizione esercitano le loro funzioni sotto pena di nullità, de'danni, ed interessi, e delle spese. Art. 1442 LL. CC.

(a) *Fluit ex L. 4. ff. de cess. bon., ubi sic.* — Is, qui bonis cessit, si quid postea adquisierit, in quantum facere potest, convenitur. §. 1. Sabinus, et Cassius putabant, eum, qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari.

(b) *Extat in L. 1. C. qui bonis cedere poss. ubi sic.* — Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium ejus prodest, ne judicati detrahantur in carcerem. (1).

Vide L. 7. ff. de cess. bon. §. ult. Instit. de act.

(1) Concorda coll'art. 1224. LL. CC.

(c) *Fluit ex L. 3. C. de novat., ubi sic.* — Si delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveris actiones, tamen, antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denunciaverit, (4) exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, et eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quod si delegatione facta jure novationis tu liberatus es, frustra vereris, ne eo, quod quasi a cliente suo non faciat exactionem,

196. Chyrographo cancellato praesumitur liberatus debitor praesumptione juris tantum (a).

197. Circuitus est evitandus (b).

198. Circumvenire contrahentibus se invicem licet in emptione venditione, (c) dummodo non sit pretium minoris dimidiae partis (d).

199. Circumventio alterius alii non praestat actionem (e).

200. Civilis ratio naturalia jura non corrumpit (f). Civilis sapientia res est sanctissima (g).

201. Civitas non est respublica (h).

202. Clam videtur fecisse, quod quis futuram controversiam timere potest, et fecit (i).

---

ad te periculum redundet, cum per verborum obligationem voluntate novationis interposita, a debito liberatus sis.

(4) Concorda coll'art. 1537. LL. CC.

(a) *Fluit ex L. 24. ff. de probat. ubi sic.* — Si chyrographum cancellatum fuerit, licet praesumptione debitor liberatus esse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit, recte debitor convenitur. (1)

Vide L. 14. et 15. C. de solut.

(1) La volontaria restituzione al proprio debitore della scrittura privata del credito fa pruova della liberazione per presunzione juris, et de jure. Art. 1236. LL. CC.

La tradizione volontaria della prima copia autentica, ed esecutoria della scrittura di obbligo produce una presunzione juris tantum della liberazione, o pagamento. Art. 1237. delle LL. CC.

(b) *Argum. legis. 11. C. de adopt.*

(c) *Extat in L. 16. §. 4. ff. de minor ubi sic.* — Idem Pomponius ait, in pretio emptionis, et venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire.

Vide L. 22. §. fin. ff. loc., L. 4. et 8. C. de resc. vend., L. 4. ff. de in integr. rest.

(d) *Extat in L. 2. C. de resc. vend., ubi sic.* — Rem majoris pretii, si tu, vel pater tuus minoris distraxerit: humanum est, ut vel pretium te restituente emptoribus, fundum venumdatum recipias, auctoritate judicis intercedente, vel si emptor elegerit, quod deest justo pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri pretii soluta sit. (2)

(2) Concorda coll'art. 1520, e seg. LL. CC.

(e) *Extat in L. 49. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Alterius circumventio alii non praebet actionem.

Fluit regula ex L. 24. ff. de adquir. vel amitt. possess.

(f) *Extat in L. 8. ff. de capite minutis, ubi sic.* — Eas obligationes, quae naturalem praestationem habere intelliguntur, palam est capitis deminutione non perire: quia civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest (3).

Vide L. 2. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. Instit. de legit. agn. tut.

(3) Argomento dall'art. 1188 LL. CC., ove la ripetizione non si ammette contra le obbligazioni naturali volontariamente eseguite.

(g) *Extat in L. 1. §. 5. ff. de extraordin. cognit. ubi sic.* — Est quidem res sanctissima civilis sapientia ....

(h) *Fluit ex leg. 15. ff. de verb. sign; ubi sic.* — Bona Civitatis abusive publica dicta sunt, sola enim ea publica sunt, quae populi Romani sunt.

Vide L. 26. §. 9. ff. ex quib. caus. major. L. 16. 17. ff de verb. sig. L. 1. §. 2. ff. de just. et jur.

(i) *Extat in L. 73. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cum prohibetur, fecit: clam, quod quisque, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit.

Fluit reg. ex L. 3. §. 7. ff. quod vi, aut clam.

203. Claudicare non debent contractus (a).
204. Clausolae interpetrantur una per aliam, et ex tota scriptura (b).
205. Coacta voluntas semper voluntas est, etsi rescindibilis (c).
206. Codicillis non datur haereditas, nisi ex fideicommisso (d).
207. Codicillos facere potest intestatus (e).
208. Cognitio causae judicium desiderat (f).
209. Collegium faciunt tres personae (g).
210. Committit in legem, qui verba legis complectens contra ejus nititur voluntatem (h).
211. Commodantur etiam res soli (i).
212. Commodatarius praestat dolum, culpam diligentiam (k): immo

---

(a) *Vide Thomasetis. Flores legum regula 88.*

(b) *Argum. leg. 13. et ultim. ff. de reb. dub.* (1)

(1) Concorda coll'art. 1114. LL. CC.

(c) *Fluit ex L. 21. ff. quod metus causa §. 5. ubi sic.* — Si metu coactus adii haereditatem ? puto me haeredem effici, quia quamvis, si liberum esset, voluissem, tamen coactus volui: sed per praetorem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur.
Vide L. 85. ff. de adquir. vel amitt. haer.

(d) *Fluit ex L. 2. §. 4. ff. de jure Codicill. ubi sic.* — Haereditas testamento inutiliter data, non potest codicillis quasi haereditas confirmari, sed ex fideicommisso petitur; salva ratione legis Falcidiae.
Et ex L. 2. C. de Codicill ubi sic. — Haereditatem quidem neque dari, neque adimi Codicillis posse manifestum est. Verbis tamen praecariis per hujusmodi etiam novissimi judicii ordinationem jura non faciunt irritas voluntates. Unde inefficaciter te codicillis rogatum esse, ut quibusdam rebus contenta, portionem, quam testamento fueras consecuta, aliis restitueres, falso sibi persuasum est.
Vide L. 10. ff. de jur. Codicill. §. 2. Instit. h. t. et L. 7. Cod. de Codicil.

(e) *Fluit ex L. 8. in princ. ff. de jur. codicill. ubi sic.* — Conficiuntur codicilli quatuor modis: aut enim in futurum confirmantur, aut in praeteritum, aut per fideicommissum testamento facto, aut sine testamento §. 1. Sed ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinquere legitimam haereditatem.
Vide L. 3. L. 16. ff. eod. §. 1. Inst. h. t.

(f) *Extat in L. 105. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubicumque causae cognitio est, ibi praetor desideratur.
Fluit regul. ex L. 4. §. 4. ff. de damn. infect. L. 9. §. 1. ff. de off. Procons.

(g) *Extat in L. 85. ff. de verb. sign; ubi sic.* — Neratius Priscus tres facere existimat collegium; et hoc magis sequendum est. (2).
Vide L. 7. in fin. ff. quod cujusque univers.

(2) Concorda coll'art. 53. leg. de'29 Maggio 1817.

(h) *Extat in L. 5. Cod. de legib. ubi sic.* — Non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem....
Vide L. 30. ff. de legib.

(i) *Fluit ex L. 1. §. 1. circ. med. ff. commod. ubi sic.* — Commodari enim rem mobilem, non etiam soli; utendam dari etiam soli. Sed ut apparet; proprie commodata res dicitur, et quae soli est; idque et Cassius existimat (3)....

(3) Concorda coll'art. 1750. LL. CC.

(k) *Fluit. ex L. 5. §. 2. in fine ff. commod. ubi sic.* — Commodatum autem plerumque solam utilitatem continet ejus, cui commodatur; et ideo verior est Quinti Mucii sententia existimantis, et culpam praestandam, et diligentiam.

maximum (a) et aliquando casum (b).

213. Commodatarius rem ipsam commodatam restituit (c).

214. Commodatarii duo ejusdem rei in solidum tenentur (d).

215. Commoda, et incommoda communicantur inter cohaeredes (e).

216. Commodum cujus est, ejus est incommodum (f).

217. Commune est, quod in confinio est (g).

218. In commune detineri nemo compellitur invitus (h).

(a) *Fluit ex L. 18. in princ. ff. commod. ubi sic.* — In rebus commodatis talis diligentia praestanda est, qualem quisque diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet; ita ut, tantum eos casus non praestet, quibus resisti non possit; veluti mortis servorum, quae sine dolo, et culpa ejus acciduut, latronum, hostiumve incursus, piratarum insidias, naufragium, incendium, fugas servorum, qui custodiri non solent. Quod autem de latronibus, et piratis, et naufragio diximus, ita scilicet accipiemus, si in hoc commodata sit alicui res, ut eam rem peregre secum ferat: alioquin si cui ideo argentum commodaverim, quod his amicos ad coenam invitaturum se diceret, et id peregre secum portaverit, sine ulla dubitatione etiam piratarum, et latronum, et naufragii casum praestare debet (1)...

(1) Concorda con l'art. 1752. a 1756 LL. CC.

(b) *Fluit ex dicta L. 18. in princ. ff. commodat.*

Vide L. 1. §. 4. in fin. ff. de obl. et act.

(c) *Extat in L. 1. §. 3. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Is quoque, cui rem aliquam commodamus re nobis obligatur: Sed is de ea ipsa re, quam acceperit, restituenda tenetur. (2)

Vide §. 2. Instit. quib. mod. re contr. obl.

(2) Concorda con l'art. 1747. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 5. §. 15. ff. commod. ubi sic.* — Si duobus vehiculum commodatum sit, vel locatum simul. Celsus filius scripsit, Lib. III. Digestor., quaeri posse, utrum unusquisque eorum in solidum, an pro parte teneatur? Et ait, duorum quidem insolidum dominium, vel possessionem esse non posse, nec quamquam partis corporis dominum esse, sed totius corporis pro indiviso pro parte dominium habere. Usum autem balnei quidem, vel porticus, vel campi unuscujusque in solidum esse; neque enim minus me uti, quod et alius uteretur. Verum in vehiculo commodato, vel locato, pro parte quidem effectui me usum habere, quia non omnia loca vehiculi teneam. Sed esse verius ait, et dolum, et culpam, et diligentiam, et custodiam in totum me praestare debere (3)...

Vide L. 60. §. 2. ff. mand.

(3) Concorda con l'art. 1759 LL. CC.

(e) *Extat in L. 19. in fin. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Quae ita scilicet consequetur judex, si aut reputationes inter eos fecerit, aut si curaverit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda, et incommoda (4).

Vide L. 47. in princ. ff. eod.

(4) Concorda con l'art. 791. LL. CC.

(f) *Vide infra — Aphor. 149.*

(g) *Fluit ex L. 19. in princ. ff. comm. divid. ubi sic.* — Arbor, quae in confinio nata est, idem lapis, qui per utrumque fundum extenditur, quamdiu cohaeret fundo e regione cujusque finium, utriusque sunt: nec in communi dividundo judicium veniunt, sed cum aut lapis exemptus, aut arbor eruta, vel succisa est, communis pro indiviso fiet, veniet in communi dividundo judicium (5)....

Vide L. 83. ff. pro socio.

(5) Concorda con l' art. 594. e con l' art. 1737. n. 5. LL. CC.

(h) *Extat in L. 5. C. de com. divid. ubi sic.* — In communione, vel societate nemo compellitur invitus detineri (6).

Vide L. 26. §. 4. ff. pro socio. Vide tamen. Novell. Leon. 102. tit. 38.

(6) Concorda con l'art. 735. LL. CC.

219. Communem parietem neuter dominorum aut reficere, aut demolire potest altero invito (a).

220. Communem rem licet condomino facere meliorem (b).

221. Communis error quandoque facit jus (c).

222. Communiter quae prosunt omnibus, praeponenda sunt iis, quae specialiter quibusdam utilia sunt (d).

223. Compensatio fit ipso jure (e).

224. Compensatio fit partis debiti (f), et minuit actionem, atque retrotrahitur (g).

225. Compensatio cessionario objici non potest (h).

226. Compensationi locus non est in causa depositi, (i) et commodati (k), neque de his, quae per exceptionem perimi possunt (l).

(a) *Extat in L. 8. ff. de servit. praed. urb. ubi sic.* Parietem, qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi eum, et reficiendi jus non est, quia non solus dominus est. (1).

Vide L. 12. et 28. ff. com. divid.

(1) Vedi gli art. 578, e seguenti LL. CC., ove è accordata al condomino la facoltà di appoggiare, ed innalzare un muro comune, riparare, ed altro. Uno de'vicini però giusta l'art. 583 dette LL. non può fare alcun incavo nel corpo di un muro comune, nè applicarvi, o appoggiarvi alcuna nuova opera senza il consenso dell'altro.

(b) *Fluit ex L. 41. ff. de damn. infect. ubi sic.* — In reficiendo communi pariete ei potius facultas aedificandi praestatur, qui magis idonee reficere parietem velit. Idemque dicendum est, et si de eodem itinere, rivove reficiendo inter duos, vel plures quaeratur.

(c) *Fluit ex L. 3. in fin. ff. de supell. leg. ubi sic.* — Hodie propter imperitorum usum si in argento relatum sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur, et error jus facit.

Vide L. 3. ff. de offic. Praetor.— Vide contra generaliter infra — Aphor. 566.

(d) *Vide Auth. Res quae, seu L. 3. §. 3. in fin. Cod. commun. de legat; quae extat infra — Aph. n. 652.*

(e) *Fluit ex L. 4. ff. de compensationibus ubi sic.* — Verum est, quod et Neratio placebat, et Pomponius ait, ipso jure eo minus fidejussorem ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest ec. . . .

Et in L. 4. C. eod. ubi sic. — Si constat pecuniam invicem deberi: ipso jure pro soluto compensationem haberi oportet ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitates, ejusque solius, quod amplius apud alterum est, usurae debentur, si modo petitio earum subsistit (2).

Vide L. 7. ff. de solut. L. 4. ff. qui potiores.

(2) Concorda con l'art. 1244. LL. CC.

(f) *Vide d L. 4. Cod. de compens. et L. 7. C. de solut.* (3).

(3) Concorda con l'art. 1244. LL. CC.

(g) *Vide Vinnium. Instit. §. 30. n. 2. de action.*

(h) *Vide Vinnium Instit. ibid. — Ant. Fabr. Cod. suo de compens. Defin. 3. Conject. 12.* (4) *Sed de compensatione nata ante cessionem Voet. ad Pand. de compens. n. 4. affirmat. ex L. 4. et 5. ff. de compens.*

(4) Concorda secondo i casi designati nell'art. 1249. LL. CC.

(i) *Extat in L. 14. §. 1. in fin. C. de compens. ubi sic.* — Excepta actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus (5).

(5) Concorda con l'art. 1246. LL. CC.

(k) *Fluit ex L. 4. Cod. de commodat. ubi sic.*—Praetextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur (6).

Vide L. 18. in fin. ff. commod. L. 15. in fin. ff. de furt.

(6) Concorda col cit. art. 1246. LL. CC.

(l) *Extat in L. 14. ff. de compens. ubi sic.* — Quaecumque per exceptionem perimi possunt, in compensationem non veniunt.

227. Compensatio ex debito usuras non parit (a).
228. Competentia judicis oritur ex qualitate actionis (b).
229. Complici poenae non datur repetitio poenae (c).
230. Compromissum morte unius litigatoris solvitur, si haeredis non facta fuerit mentio (d). Nullum est de crimine (e), et de causa status (f). Non nocet alteri, si unus ex reis non sociis confecerit (g).
231. Conatus non nocet nisi sequatur effectus (h).
232. Concurrentibus pluribus actionibus ejusdem rei nomine, una quis experiri debet (i).

(a) *Extat in L. 11. ff. de compens. ubi sic.* — Cum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet, constitutum est a Divo Severo, concurrentis apud utrumque quantitatis usuras non esse praestandas.
Et in L. 4. C. de compens. supra excripta — Aph. 223.
Vide L. 5. Cod. eod.
Et in L. 7. Cod. de solut. ubi sic. — Ejus quantitatis, cujus petitionem ratio compensationis excludit, usuras non posse reposci, manifestum est.

(b) *Fluit ex L. 19. §. 1. ff. de jurisd. om. jud. ubi sic.* — Quotiens de quantitate ad jurisdictionem pertinente quaeritur, semper quantum petatur quaerendum est, non quantum debeatur (1).
Vide L. 11. §. 2. ff. eod.

(1) Concorda con l'art. 44, e 100 L. pr. civ.

(c) *Fluit ex L. 154. §. 1. ff. de reg. jur.* — Illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit.
Fluit reg. ex L. 54. §. 1. ff. loc. L. 77. §. 7. ff. de legat. 2. L. 76. §. 1. ff. de furt. L. 21. C. de pact.

(d) *Extat in L. 27. §. 1. ff. de recept. qui arb. recep ubi sic.* — Si haeredis mentio, vel caeterorum facta in compromisso non fuerit, morte solvetur compromissum (2). . . .
Vide L. 49. §. ult. ff. eod.

(2) Derogato dall' art. 1089 L. pr. civ: ove continua il compromesso, purchè gli eredi sieno maggiori di età.

(e) *Extat in L. 32. §. 6. ff. eod. ubi sic.* — Julianus indistincte scribit; si per errorem de famoso delicto ad arbitrum itum est, vel de ea re, de qua publicum judicium sit constitutum, veluti de adulteriis; et similibus, vetare debet Praetor sententiam dicere, nec dare dictae executionem.

(f) *Extat in dict. L. 32. §. 7. ubi sic.* — Deliberati causa compromisso facto, recte non compelletur arbiter sententiam dicere; quia favor libertatis est, ut majores judices habere debeat. Eadem dicenda sunt, sive de ingenuitate, sive de libertinitate quaestio sit; etsi ex fideicommissi causa libertas deberi dicatur (3). Idem dicendum est in populari actione.

(3) Concorda con l'art. 1080 L. pr. civ.

(g) *Fluit ex L. 34. ff. eod. ubi sic.* — Si duo rei sint, aut credendi aut debendi, et unus compromiserit, isque vetitus sit petere, aut ne ab eo petatur: videndum est, an si alius petat, vel ab eo petatur, poena committatur. Idem in duobus argentariis, quorum nomina simul eunt, et fortasse poterimus ita fidejussoribus conjungere si socii sunt: alias nec a te petitur: nec ego peto, nec meo nomine petitur, licet a te petatur.
Vide L. 9. et 27 in princ. ff. de pactis.

(h) *Extat in L. 1. in fin. ff. quod quisque juris, ubi sic.* — Quid enim offuit conatus, cum injuria nullum habuerit effectum? (4)
Vide L. 14. ad L. Corn. de Sicar.

(4) È diversamente per diritto penale art. 69. L. pen. ove è punito il misfatto mancato.

(i) *Extat in L. 43. ff. de reg. jur. §. 1. ubi sic.* — Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis experiri debet.
Fluit reg. ex L. 9. §. 1. ff. de tributor. act.,

253. Concussionis tenetur, qui fingit jussum Praesidis (a).
254. Condemnati una sententia pro virili parte teneutur (b).
255. Conditio impossibilis, aut in fraudem legis pro non apposita habetur (c).
256. Conditio habetur pro impleta, si per eum, cujus interest, stetit, quominus non impleatur (d).
257. Conditio in praesens, et in futurum collata non suspendit stipulationem (e) et nulla est, (f) et statim effectum habet (g).

L. 7. §. 1. L. 18. §. 1. ff. commod. L. 38. §. 1. ff. pro socio. L. 25. §. 5. ff. loc. L. 1. §. 21. ff. de tut. et rat. L. 6. ff. de except. rei jud. L. 53. ff. de obl. L. 54. §. 3 ff. de furt.

(a) *Fluit ex L. 1. ff. de concussione, ubi sic.* — Si simulato Praesidis jussu concussio intervenit: ablatum ejusmodi terrore restitui Praeses Provinciae jubet, et delictum coercet.

Nota. Cujacius h. t. ait » Concussio est terror infectus pecuniae, vel rei alterius extorquendae causa.

(b) *Extat in L. 43. ff. de re jud. ubi sic.* — Paulus respondit eos, qui una sententia in unam quantitatem condemnati sunt, pro portione virili ex causa judicati conveniri, et si ex sententia adversus tres dicta, Titius portionem sibi competentem exsolvit: ex persona caeterorum ex eadem sententia conveniri eum non posse.

Et in L. 1. Cod. Si plures una sententia, ubi sic. Si non singuli insolidum, sed generaliter tu, et collega tuus una, et certa quantitate condemnati estis; nec additum est, ut quod ab altero servari non posset, id alter suppleret: effectus sententiae pro virilibus portionibus discretus est. Ideoque parens pro tua portione senteutiae, ob cessationem alterius ex causa judicati conveniri non potes. (1)

Vide L. 2. C. eod. L. 10. ff. de appell. §. 3.

(1) Ora va diversamente per drit. pen. art. 51. Leg. pen, poicchè tutt' i condannati per un medesimo reato sono tenuti solidalmente a' danni, restituzioni, e spese.

(c) *Extat in L. 3. ff. de condit. et dem. ubi sic.* — Obtinuit, impossibiles conditiones testamento adscriptas pro nullis habendas (2).

(2) Concorda con gli art 816, e 1125. LL. CC.

Et in L. 1. ff. de condit. instit. ubi sic. — Sub impossibili conditione, vel alio mendo facta institutionem placet non vitiari.

Et in L. 79. §. 4. ff. de condit. et dem. ubi sic. — Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum est, nullam vim habet; veluti, Titio patri centum, si filia, quam habet in potestate, non nupserit, haeres dato: vel filiofamilias, si pater ejus uxorem non duxerit, haeres dato.

(d) *Extat in L. 161. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In jure civili receptum est, quotiens per eum, cujus interest, conditionem non impleri, fiet, quominus impleatur: perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset (3)...

Fluit regula ex L. 24. et 81. §. 1. ff. de condit. et demon.

(3) Concorda con l'art. 1131. LL.CC. Vedi gli art. 1129. e 1130. dette LL.

(e) *Extat in L. 37. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Cum ad praesens tempus conditio confertur, stipulatio non suspenditur; et si conditio vera sit, stipulatio tenet: quamvis tenere contrahentes conditionem ignorent; veluti, si Rex Parthorum vivit, centum millia dare spondes? Eadem sunt et cum in praeteritum conditio confertur. (4).

Vide L. 100. 120 ff. eod. — Inst. de verb. ob. §. 6.

(4) Concorda con l'art. 1134, LL. CC. comm. 3.

(f) *Extat in L. 10. §. 1. ff. de condit. instit. ubi sic.* — Si quem ita institutum ponamus, ille, si eum codicillis haeredem scripsit, haeres esto; valet institutio etiam in filio, qui in potestate est; cum nulla sit conditio, quae in praeteritum confertur, vel quae in praesens; veluti, si Rex Parthorum vivit; si navis in portu stat.

Vide L. 80. ff. de cond. et dem. L. 110. ff. de v. obl.

238. Conditio videtur adimpleta, si per haeredem non stetit, quominus adimpleatur (a).

239. Conditio contra bonos mores remittenda (b).

240. Conditio turpis, et jusjurandum plerumque remittuntur. (c)

241. Conditio a legatario scindi non potest (d).

242. Conditio certo extatura puram facit obligationem (e).

243. Conditionalis creditor non actionem, sed spem habet (f).

244. Conditiones regit voluntas defuncti (g).

245. Conditiones si conjunctae singulae adimplendae sunt, si disjunctae, unam sufficit adimplere (h).

(g) *Extat in L. 100. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Conditio in praeteritum, non tantum in praesens tempus relata, statim aut peremit obligationem, aut omnino non differt.

Vide L. 120 ff. eod. — Instit §. 6. de verb. obl.

(a) *Fluit ex L. 14. ff. de condit., et dem. ubi sic.* Filius, si statuas in municipio posuerit, haeres esto: si paratus est ponere; sed locus a municipibus ei non datur, Sabinus, Proculus haeredum eum fore, et in legato item juris esse dicunt (1).

Vide L. 3. et 8. §. 7. ff. de condit. instit.

(1) Argom. dagli art. 1129. 1130 LL. CC.

(b) *Extat in L. 9. ff. de condit. instit. ubi sic.* — Conditiones, quae contra bonos mores inseruntur, remittendae sunt; veluti si ab hostibus patrem suum non redemerit; si parentibus suis, patronove alimenta non praestiterit (2).

Vide L. 14. 15. 27. ff. eod. L. 73. in fin. ff. de jure dot.

(2) Concorda con gli art. 816, e 1125. LL. CC.

(c) *Extat in L. 20. ff. de condit., et dem. ubi sic.* — Non dubitamus, quin turpes conditiones remittendae sint: quo in numero plerumque sunt etiam jurisjurandi.

V. L. 14. ff. de condit. instit.

(d) *Fluit ex L. 23. ff. de condit. et dem. ubi sic.* — Qui duobus haeredibus decem dare jussus est, et fundum sibi habere, verius est, ut conditionem scindere non possit, nec etiam legatum scindatur. Igitur quamvis alteri quinque dederit, nullam partem fundi vindicabit; nisi alteri quoque adeundi haereditatem reliqua quinque numeraverit, aut illo omittente haereditatem, ei, qui solus adierit haereditatem, tota decem dederit.

Vide L. 55. et 112. ff. eod.

(e) *Extat in L. 9. §. 1. ff. de novat. ubi sic.* — Qui sub conditione stipulatur, quae omnimodo extatura est, pure videtur stipulari.

Et in L. 7. ff. de verb. obl. ubi sic. — Impossibilis conditio, cum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat; aliter atque si talis conditio inseratur stipulationi, si in caelum non ascenderit: nam utilis, et praesens est, et pecuniam creditam continet.

Vide L. 31. ff. de obl. et act.

(f) *Extat in L. 54. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Conditionales creditores dicuntur et hi, quibus non dum competit actio; est autem competitura: vel qui spem habent, ut competat.

Vide L. 42. in princ. ff. de obl. et act. §. 4. Instit. de verb. obl.

(g) *Extat in L. 19. ff. de condit. et demonstr. in princ., ubi sic.* — In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet; eaque regit conditiones.

(h) *Extat in L. 5. ff. de condit. instit. ubi sic.* — Si haeredi plures conditiones conjunctim datae sint, omnibus parendum est; quia unius loco habentur: si disjunctim sint, cuilibet.

Vide §. 11. Inst. de haer. instit. L. 13. §. 2. ff. de reb. dub. L. 129. ff. de verb. obl. L. 78. in fin. ff. de condit. et demonstr.

246. Conditionis tres figurae, ut quid detur, et quid fiat, ne quid obtingat, vel retro, ne detur, ne fiat, ne obtingat (a).

247. Conditionis defectus per factum implere debentis eum impedit, ne legatum consequatur (b).

248. Condominus servitutis eam cedere nequit (c), nec in re communi servitutem imponere potest (d).

249. Condominus praestat levem culpam (e).

250. Condominus inquilinum expellere nequit invito altero condomino, ne pro parte quidem sua, quia qualis sit, scire non potest (f).

251. Conductor expelli potest ob usum proprium domini, ob reficiendam domum, ob malversationem conductoris in re locata (g).

(a) *Extat in L. 60. ff. de condit. et demonstr. ubi sic.* — In facto consistentes conditiones veritatem habent, et quasi tripartitam recipiunt divisionem; ut quid detur, ut quid fiat, ut quid obtingat, vel retro, ne detur, ne fiat, ne obtingat.

(b) *Fluit ex L. 3. Cod. de condit. insert. ubi sic.* — Si ea conditione Aulazanus legata testamenta praestari voluit, si cum focaria sua, matreque ejus moraretur, et per eum stetit, quominus voluntati testatoris pareret: cum sua sponte scripturae testamenti non obtemperaverit, ad petitionem non admittitur.

Vide L. 1. C. eod. L. unic. §. 2. C. de caduc. toll.

(c) *Fluit ex L. 5. circa fin ff. communia praedior. ubi sic.* — Solum autem commune vendendo, ut mihi, et socio serviat, efficere non possum: quia per unum socium communi solo servitus adquiri non potest.

Et in L. 6. §. 3. ff eod. ubi sic.—Si tamen alterae unius propriae aedes, alterae communes: neutris servitutem vel adquirere, vel imponere me posse, Pomponius Lib. VIII ex Sabino scripsit.

Vide Vinnium. Instit. de servit. rustic. et urb. praed. §. 4. Quibus mod. serv. constit.

(d) *Extat in L. 2. ff de servitut. ubi sic.* — Unus ex dominis communium aedium servitutem imponere non potest.

Vide L. 11. L. 34. in princ. ff. de servit. praed. rust. L. ult. in fin. ff. commun. praed.

(e) *Fluit ex L. 25. §. 16. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Non tantum dolum, sed et culpam in re haereditaria praestare debet cohaeres, quoniam cum cohaerede non contrahimus, sed incidimus in eum: non tamen diligentiam praestare debet, qualem diligens paterfamilias; quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi: et ideo negotiorum gestorum ei actio non competit. Talem igitur diligentiam praestare debet, qualem in suis rebus. Eadem sunt, si duobus res legata sit; nam et hos conjunxit ad societatem non consensus, sed res (1).

Vide §. 3. Instit. de oblig. quae ex quasi contract.

(1) Argom. dagli art. 721, 747, e 782. LL. CC.

(f) *Vide infra. — Aphor. 904.*

Vide Adnotat. in Domat Leg. Civ. Par. 1. lib. 1. tit IV. Sect. II. n. 14.

(g) *Extat in L. 3. Cod. de locato, ubi sic.* — Æde, quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum solvisti, invitam te expelli non oportet: nisi propriis usibus dominus eam necessariam esse probaverit (2), aut corrigere domum maluerit (3), aut tu male in re locata versata es. (4).

Vide L. 27. 30 35. ff. eod. L. 3. §. 3. ff. uti poss. Nov. 120 c. 8.

(2) Abrogato dall'art. 1607. LL. CC.
(3) Abrogato dall'art. 1570. LL. CC.
(4) Concorda con l'art. 1575. LL. CC.

252. Conductor domino possidet, non sibi (a).
253. Conductor praestat usuras pensionum tardius illatarum (b): repetit impensas utiles, et necessarias (c).
254. Ex conducto actio ad haeredem transmittitur (d). Sublocatio valet, si nihil aliud convenerit (e), et reconduxisse videtur eisdem conditionibus is, qui, impleto termine locationis, in ea remansit (f).
255. Confessio debiti in chirographo sine expressa causa non obligat (g).
256. Confessio de re, quae incerta sit in rerum natura, non tenet (h), neque de eo, cui jus, et natura repugnat (i).

(a) *Fluit ex L. 9. ff. de adq. vel. am. poss. ubi sic.*—Generaliter quisquis omnino nostro nomine sit in possessione, veluti procurator, hospes, amicus: nos possidere videmur (1).
Vide L. 10. ff. eod.

(1) Concorda con gli art. 2134. 2142. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 17. Cod. de loc. cond. ubi sic.* — Praeses provinciae ea, quae ex locatione debentur, exsolvi sine mora curabit: non ignarus, ex locato, et conducto actionem, cum sit bonae fidei, post moram usuras legitimas admittere.
Vide L. 2. C. eod. L. 54. ff. loc. L. 17. §. 4. ff. de usur.

(c) *Vide infra — Aph. 821.*

(d) *Extat in L. 19. §. 8. ff. loc. ubi sic.* — Ex conducto actionem etiam ad haeredem transire palam est (2).
Vide L. 10. L. 29. L. 34. C. eod.

(2) Concorda con l'art. 1588. LL. CC.

(e) *Extat in L. 6. Cod. de loc. cond. ubi sic.* — Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alii locare, si nihil aliud convenit (3).

(3) Concorda con l'art. 1563 LL. CC.

(f) *Extat in L. 13. §. 11. ff. loc. cond. §. 11. ubi sic.*—Qui, impleto tempore conductionis, remansit in conductione, non solum reconduxisse videbitur, sed etiam pignora videntur durare obligata (4). Sed hoc ita verum est, si non alius pro eo in priore conductione res obligaverat; hujus enim novus consensus erit necessarius (5). Eadem causa erit, et si reipublicae praedia locata fuerint. Quod autem diximus taciturnitate utriusque partis colonum reconduxisse videri; ita accipiendum est, ut in ipso anno, quo tacuerunt, videantur eamdem locationem renovasse, non etiam in sequentibus annis; et si lustrum forte ab initio fuerat conductioni praestitutum. Sed et si secundo quoque anno post finitum lustrum, nihil fuerit contrarium actum, eamdem videri locationem in illo anno permansisse: hoc enim ipso, quo tacuerunt, consensisse videntur: et hoc deinceps in unoquoque anno observandum est. In urbanis autem praediis alio jure utimur: ut, prout quisque habitaverit, ita et obligatur; nisi in scriptis certum tempus conductioni comprehensum est.
Et in L. 16. C. h. t. ubi sic. — Legem quidem conductionis servari oportet, nec pensionum nomine amplius, quam convenit, reposci. Sin autem tempus, in quo locatus fuerat, sit exactum, et in eadem locatione conductor permanserit; tacito consensu eamdem locationem una cum vinculo pignoris renovare videtur.

(4) Concorda con gli art. 1584, e 1605. LL. CC.

(5) Concorda con l'art. 1586 LL. CC.

(g) *Argum legis 13. C. de non numer. pecun* (6). *Vide etiam L. 23. §. 4. ff. de probat.*

(6) Abrogato dall'art. 1086. LL. CC.

(h) *Extat in L. 8. ff. de confess. ubi sic.* — Non omnimodo confessus condemnari debet rei nomine, quae an in rerum natura esset, incertum est.
Vide L. 3. ff. eod.

(i) *Extat in L. 14. ff. de interrog. §. 1. ubi sic.* — In totum autem confessiones ita ratae sunt, si id, quod in confessionem venit, et jus, et naturam recipe potest.

257. Confessus pro judicato est (a).
258. Confessus in jure suam confessionem infirmare nequit (b): sed confessio dividi nequit (c).
259. Confitetur crimen, qui paciscitur (d).
260. Confusio jurium creditoris, et debitoris non evenit inter cohaeredes (e).
261. Confusione desinit esse creditor is, qui debitori suo haeres extiterit, sed si vendiderit haereditatem, emptor haereditatis vicem haeredis obtinet (f).
262. Conjunctio interdum pro disjunctione accipitur, et contra (g).

(a) *Extat in L. 1. ff. de confessis ubi sic.* — Confessus pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur.

Et in L. 56. ff. de re jud. ubi sic. — Post rem judicatam, vel confessionem in jure factam, nihil quaeritur post orationem Divi Marci, quia in jure confessi pro judicatis habentur.

Et in L. unic. C. de confessis, ubi sic. — Confessos in jure pro judicatis haberi placet: quare sine causa desideras recedi a confessione tua, cum et solvere cogeris (1).

Vide L. 9. §. 1. ff. de donat., et L. 6. ff. de confess.

(1) Concorda nelle confessioni giudiziali art. 1310. LL. CC.

(b) *Extat in L. 29. §. 1. ff. de donat. ubi sic.* — Quidam in jure interrogatus, nihil sibi debere tutoris haeredes respondit: eum actionem jure amisisse respondi: licet enim non transactionem, sed donationis haec verba esse quis accipiat: attamen eum qui in jure confessus est, suam confessionem infirmare non posse (2).

(2) Concorda col cit. art. 1310 LL. CC.

(c) *Arg. L. 4. et 5. pr. et §. 1. ff. de legat. 2. Vide Voet ad Pand. tit. de confess. n. 5* (3).

(3) Concorda col cit. art. 1310.

(d) *Extat in L. 5. ff. de his, qui notant. infam. ubi sic.* — Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur.

Vide L. 18. C. ex quib. caus. infam. irrog. L. ult. ff. de praevaricat. L. 4. 29. in princ. ff. de jure fisci.

(e) *Fluit ex L. 1. C. de haered. action. ubi sic.* — Pecuniam tibi a matre debitam fuisse dicis, ab haeredibus ejus, cohaeredibus tuis, pro parte tibi competente petere debes. Sed et res, si quae tibi ob idem debitum obligatae sunt, persequi non prohiberis. (4)

Et in L. 6. C. eod.

(4) Concorda con l' art. 795 LL. CC.

(f) *Extat in L. 2. §. 18. ff. de haer. vel act. vend. ubi sic.* — Cum quis debitori suo haeres extitit, confusione creditor esse desinit (5); sed si vendidit haereditatem, aequissimum videtur, emptorem haereditatis vicem haeredis obtinere; et idcirco teneri venditori haereditatis, sive cum moritur, testator debuit, quamvis post mortem debere desiit, adita a venditore haereditate; sive, quid in diem debeatur; sive sub conditione, et postea conditio extitisset; ita tamen, si ejus debiti adversus haeredem actio esse poterat, ne forte etiam ex his causis, ex quibus cum haerede actio non est, cum emptore agatur.

Vide L. 95. §. 2. ff. de solut. L. 9. in fin. ff. commun. praed. L. 2. C. h. t.

(5) Concorda con gli art. 1254. e 1162 LL. CC.

(g) *Extat in L. 29. ff. de verb. sign. ubi sic.*—Conjunctionem enim nonnumquam pro disjunctione accipi, Labeo ait: ut in illa stipulatione mihi, haeredique meo, te, haeredemque tuum.

Et in L. 53. ff. eod. ubi sic. — Saepe ita comparatum est, ut conjuncta pro disjunctis accipiantur; et disjuncta pro conjunctis, interdum soluta pro separatis.

fitque aut re, et verbis, aut verbis tantum (a).

263. Conjunctorum singuli totum habent, hi concursus partes faciunt (b).

264. Connexorum idem est judicium, et quod in uno disponitur, idem censetur dispositum in alio (c).

265. Consanguinitatis necessitudo conjungitur non epistolis, non nudis adseverationibus, nec ementita professione, sed natalibus (d).

266. Consensus universitatis fit per interventum majoris partis, id est per duas tertias partes (e).

267. Consensu fiunt obligationes in emptionibus, locationibus, societatibus, mandatis (f).

268. Consensui nihil tam contrarium, quam vis, et metus (g).

269. Consentire videtur, qui tacet (h).

270. Consentiens, et sciens non fraudatur (i).

271. Consentiens venditioni pignus dimittit, (k) sed non vendit (l).

(a) *Extat in L. 142. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Triplici modo conjunctio intelligitur. Aut enim re per se conjunctio contingit, aut re, et verbis, aut verbis tantum.

Vide L. 66. ff. de her. inst. L. 85. ff. de legat. 1. L. 80. 89. ff. de legat. 3.

Vide supra — Aphor. 13.

(b) *Extat in L. 80. ff. de legat. 3. ubi sic.* — Conjunctim haeredes institui, aut conjunctim legari, hoc est, totam haereditatem, et tota legata singulis data esse: partes autem concursu fieri.

Vide L. 16. 34. ff. de legat. 1. L. 3. ff. de usufr. accr.

(c) *Vide infra. — Aphor. 717.*

(d) *Extat in L. 13. C. de probat. ubi sic.* — Non epistolis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus, vel adoptionis solemnitate conjungitur....

Et in L. 14. C. eod. ubi sic. — Non nudis adseverationibus, nec ementita professione, licet utrique consentiant, sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solemni, filii civili jure patri constituuntur...

(e) *Extat in L. 160 ff. de reg. jur. §. 1. ubi sic.* — Refertur ad universos, quod publice fit per maiorem partem.

Fluit ex L. 3. 4. ff. quod cujusque univers. L. 19. ff. ad Municipal.

(f) *Extat in L. 2. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus (1), locationibus, conductionibus (2), societatibus (3) mandatis (4)....

Vide L. 52. §. 4. ff. h. t. Instit. de oblig. ex consens. L. 1. §. 3. ff. de pact. L. 1. in fin. L. 9. ff. de contrah. empt. L. 35. in fin. ff. de verb. oblig. L. 35. in fin. L. 1. 14. ff. locat. L. 4. 19. ff. pro soc. L. 1. in princ. ff. mand.

(1) Concorda con l'art. 1428. LL. CC.

(2) Concorda con l'art. 1560 delle LL.

(3) In contrario nell'art. 1706 delle LL. ove è necessaria la scrittura, quando l' oggetto della società eccede il valore di ducati 50.

(4) Concorda con l'art. 1856 delle LL.

(g) *Vide infra. — Aphor. 1262.*

(h) *Vide infra. — Aphor. 1593.*

(i) *Vide infra. — Aphor. 1255.*

(k) *Vide infra. — Aphor. 321.*

(l) *Extat in L. 160. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.

Vide L 165. ff. de reg. jur. L. 2. Cod. si advers. donat.

272. ad Consequentias non producendum, quod contra rationem juris receptum est (a).

273. Consilium non fraudolentum non obligat, nec necessitatem inducit (b).

274. Consilium in delictis eadem poena punitur (c).

275. Consilium non nocet facto non secuto (d).

276. Consilium suum nemo mutare potest in alterius injuriam (e).

277. Consilium dare videtur, qui suadet, et impellit, quive instruit consilio ad furtum faciendum (f).

278. Conservat fines mandati, qui facit aequipollens (g).

279. Consuetudo est altera lex (h).

280. Consuetudo est jus non scriptum (i).

281. Consuetudo firmatur ex rebus judicatis (k).

(a) *Vide infra. Aphor. — 1654.*

(b) *Extat in L. 47. ff. de reg. juris, ubi sic.* — Consilii non fraudolenti nulla obligatio est; caeterum si dolus, et calliditas intercessit, de dolo actio competit....

Fluit regula ex L. 113. in fine ff. mand. §. 6. Instit. de mand. L. 29. §. mando ff. de legat. 11. L. 2. §. 2. 10. et ult. ff. mand.

(c) *Vide Vinnium Instit. de mand. §. 7. n. 3.* (1)

(1) Concorda con l' art. 74. n. 2. leg. pen.

(d) *Extat in L. 53 in fin. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Nec consilium habuisse noceat, nisi, et factum secutum fuerit.

Vide L. 52. §. 19. ff. de furt. L. 18. ff. de poen.

(e) *Extat in L. 75. ff. de reg. jur. ubi sic.* Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.

Fluit regula ex L. 27. ff. de procur. L. 9. ff. de servit. L. 20. ff. de opt. L. 42. et 55. ff. de re jud. L. 11. C. de reb. cred. L. 5. Cod. de obl. et act. L. 4. C. de repud. vel abst. haer.

(f) *Extat in L. 50 §. 3. ff. de furtis, ubi sic.* — Consilium autem dare videtur, qui persuadet, et impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendum (2).

(2) Concorda con l' art. 74. leg. pen.

(g) *Argumento legis ultimae §. ult. ff. mandati.*

(h) *Extat in L. 32. §. 1. ff. de legib. ubi sic.* — Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur ec.

Et in L. 33. ff. eod. ubi sic. — Diuturna consuetudo pro jure, et lege in his, quae non ex scripto descendunt, observari solet.

Et in L. 35. ff. eod. ubi sic. Sed et ea, quae longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non minus, quam ea, quae scripta sunt jura, servantur.

Et in L. 3. in fin. C. quae sit longa consuet. ubi sic. — Leges quoque ipsas antiquitus probata, et servata tenaciter consuetudo imitatur, et retinet; et quod officiis, curiis, civitatibus, principiis, vel collegiis praestitutum fuisse cognoscitur, perpetuae legis vicem obtinere statuimus (3).

(3) Argomento dall'art. 1089 LL. CC. ove l'uso è anche obbligatorio. Vedi pure gli art. 1112 e 2582 dette LL. ove la consuetudine de' luoghi è riguardata.

(i) *Fluit ex dict. leg. 35 ff. de legibus. et ex L. 36. ff. eod. ubi sic.* — Immo magnae auctoritatis hoc jus habetur; quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.

Vide L. 2. C. quae sit longa consuet. et suprascriptam. L. 33. ff. de legib.

(k) *Fluit ex L. 1. C. quae sit longa consuet. ubi sic.* — Praeses provinciae probatis his, quae in oppido frequenter in eodem controversiarum genere servata sunt, causa cognita, statuet. Nam et consuetudo

282. Consuetudo, et res judicatae legem interpretantur (a).

283. Consuetudo attemperanda lege, et ratione (b).

284. Consuetudo non ratione introducta, sed errore, in aliis similibus non valet (c).

285. Consuetudo in juribus praediorum debet subintelligi (d).

286. Continentia causae dividenda non est (e).

287. Contractus ab initio sunt voluntatis; ex post facto sunt necessitatis (f).

288. Contractus tria habent, substantialia, naturalia, accidentalia (g).

289. Contractui dant legem partes (h).

290. Contractus legem apertius non dicenti fit interpretatio contraria (i).

---

praecedens, et ratio, quae consuetudinem suasit, custodienda est. Et ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revocabit Praeses provinciae.

(a) *Extat in L. 38. ff. de legib. ubi sic.* — Nam Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere.

Vide L. 34. ff. eod. L. 6. ff. quod quisqu. univer.

(b) *Fluit ex L. 2. C. quae sit long. consuetud. ubi sic.* Consuetudinis, ususque longaevi non vilis auctoritas est: verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem.

(c) *Vide infra—Aphor. 1637.*

(d) *Fluit ex L. 17. §. 1. ff. de aqua, et aq. pluv. ubi sic.* — Recte placuit, non alias per lapidem aquam duci posse, nisi hoc in servitute constituenda comprehensum sit: non enim consuetudinis est, ut qui aquam habeat, per lapidem statum ducat: illa autem, quae fere in consuetudine esse solent, ut per fistulas aqua ducatur, etiam si nihil sit comprehensum in servitute constituenda, fieri possunt, ita tamen, ut nullum damnum domino fundi ex his detur (1).

(1) Argomento dall' art. 561. LL. CC. ove la servitù deriva anche dalla situazione naturale de' luoghi.

(e) *Extat in L. 10. C. de judiciis, ubi sic.* — Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam dividit, et ex beneficii praerogativa id, quod in uno, eodemque judicio poterat terminari, apud diversos judices voluerit ventilari; poena ex officio judicis imminente ei, qui contra hanc supplicaverit sanctionem; atque alium super possessione, alium super principali quaestione judicem postulaverit. (2)

Vide L. 2. C. eod.

(2) Concorda con l'art. 265 L. proc. civ.

(f) *Vide supra — Aphor. 1.*

(g) *Vide Vinnium. Instit. §. 2. de obligat.* (3).

(3) Argomento dall' art. 1089. LL. CC. ove le convenzioni obbligano non solo a ciò, che vi si è espresso, ma benanche a tutte le conseguenze, che l'equità, l' uso, o la legge attribuiscono alla obbligazione secondo la sua natura.

(h) *Extat in L. 23. circ. med. de reg. jur. ubi sic.* — Nam hoc servabitur, quod initio convenit: legem enim contractus dedit: excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolus praestetur; hoc enim bonae fidei judicio contrarium est, et ita utimur. (4). . . .

Fluit reg. ex L. 52. ff. de verb. obl. et ex L. 1. §. 6. et L. 5. ff. commod.

(4) Concorda con l'art. 1088 LL. CC.

(i) *Extat in L. 39. ff. de pactis, ubi sic.* — Veteribus placet, pactionem obscuram, vel ambiguam, venditori (5), et qui locavit, nocere, in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.

Vide tamen L. 66. ff. de judiciis. (6).

(5) Concorda con l'art. 1448 LL. CC.

(6) Vedi l'art. 1115. LL. CC. ove nel dubbio la convenzione s' interpetra contra colui, che ha stipulato, ed a favor di quello, che ha contratta la obbligazione.

291. Contractus cujusque initium spectandum est, nec non causa (a), atque tempus (b).

292. Contractus bonam fidem spectant (c).

293. Contractus sequuntur quod actum est, vel quod usitatum, vel quod minimum (d).

294. Contractus, quos per scripturam fieri placuit, vim non habent, nisi in mundum redacti, a partibus subscripti, et per tabelliones conscripti (e).

295. Contractum naturae per pactum derogari potest (f).

(a) *Extat in L. 8. ff. mand. in princ. ubi sic.* — Si procuratorem dedero, nec instrumenta mihi causae reddat, qua actione mihi teneatur? Et Labeo putat, mandati eum teneri: nec esse probabilem sententiam existimantium, ex hac causa agi posse depositi; uniuscujusque enim contractus initium spectandum, et causam (1).

Vide L. 12. ff de S.C. Maced. fac. L. 10. §. 2. ff. h. t.

(1) Concorda con l'art. 1085. LL. CC.

(b) *Extat in L. 144. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.*—In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus (2).

Fluit reg. ex L. 78. ff. de verb. obl. in princ. Vide infra — Aph. 872.

(2) Concorda coll'art. 1104. 1200 LL. CC.

(c) *Extat in L. 4. C. de obl. et act. ubi sic.* — Bonam fidem in contractibus considerari aequum est (3).

Vide L. 31. in princ. ff. depos.

(3) Concorda con l'art. 1088 LL. CC.

(d) *Extat in L. 34. ff. de reg. juris ubi sic.* — Semper in stipulationibus, et in caeteris contractibus id sequimur, quod actum est; aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum est, redigenda summa est (4).

Fluit reg. ex L. 3. ff. de reb. cred. L. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. L. 41. in princ. L. 52. in princ. ff. de verb. oblig. L. 219. ff. de verb. sign. L. 141. C. quae res pignori. L. 1. 3. 4. C. plus valere quod agitur. L. 9. ff. de reg. jur.

(4) Concorda con l'art. 1109. 1116. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 17. Cod. de fide istrum. ubi sic.* — Contractus venditionum, vel permutationum, vel donationum, quas intimari non est necessarium: dationis etiam arrharum, vel alterius cujuscumque causae, quas tamen in scriptis fieri placuit: transactionem etiam, quas in instrumento recipi convenit, non aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundum recepta, subscriptionibusque partium confirmata; et si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, et postremo a partibus absoluta sint: ut nulli liceat prius, quam haec ita praecesserint, vel a scheda conscripta, licet literas unius partis, vel ambarum habeat, vel ab ipso mundo, quod needum est impletum, vel absolutum, aliquod jus sibi ex eodem contractu, vel transactione vindicare ec. (5) . . . .

(5) Vedi l'art. 1272 LL. CC. e l'art. 29 legge de'23 Novembre 1819, ove l'atto nullo, o non autentico per la incompetenza dell'ufiziale, o difetto di forma, vale come scrittura privata, quando sia stato sottoscritto dalle parti. Vedi anche l'art. 924 leg. di proc. civ. ove si può chieder copia di un atto imperfetto di un ufiziale pubblico.

(f) *Fluit ex L. 27. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nec ex praetorio, nec ex solemni jure, privatorum conventione quicquam immutandum est: quamvis obligationum causae pactione possint immutari, et ipso jure, et per pacti conventi exceptionem; quia actionum modus vel lege, vel per praetorem introductus privatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum incohatur actio inter eos convenit.

Fluit reg. ex L. 43. ff. de pactis. L. 23. ibi.

296. Contractuum conceptione quidquid palam verbis non exprimitur, pro omisso habetur (a), et, quae dubitationis tollendae causa inseruntur, jus commune non laedunt (b).

297. Contra factum proprium nemo venire potest (c).

298. Contrahens non debet esse ignarus conditionis alterius contrahentis (d).

299. Contrahentes tenentur de his, quae insunt contractui, etsi expresse non dicantur (e).

300. Contrahentium voluntas in conventionibus est servanda (f).

301. Contrahere liberum est, stare contractui necessarium (g).

302. Contrahi qui jubet, ipse contrahit (h).

303. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet (i).

(a) *Extat in L. 99. in princ. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Quidquid adstringendae obligationis est, id nisi palam verbis exprimitur, omissum intelligendum est, ac fere secundum promissorem interpretamur, quia stipulatori liberum fuit, verba late concipere. (1). . . .

Vide L. 38. §. 18. ff. eod. L. 26. ff. de reb. dub. L. 47. ff. de obl. et act. L. 39. ff. de pactis.

(1) Arg. dall'art. 1116. LL. CC.

(b) *Extat in L. 81. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, jus commune non laedunt. (2)

Fluit reg. ex L. 56. in princ. ff. mand.

(2) Argomento dall' art. 1117. LL. CC.

(c) *Fluit ex L. 25. ff. de adopt. ubi sic.* — Post mortem filiae suae, quae, ut materfamilias, quasi jure emancipata, vixerat, et testamento scriptis haeredibus decessit: adversus factum suum, quasi non jure eam, nec praesentibus testibus emancipasset, pater movere controversiam prohibetur. (3) . . . .

Vide L. 2. C. si advers. rem judic.

(3) Argomento dagli art. 1292. 1474. e 1337. LL. CC. ove osta il fatto proprio, che dipende dalla volontaria esecuzione di un obbligazione capace di annullamento, o dalla garentia del venditore, o per causa di danno.

(d) *Vide infra — Aphor. 1600.*

(e) *Fluit ex L. 11. §. 1. ff. de action. empt. vend. ubi sic.* — Ex empto actione is, qui emit, utitur. §. 1. Et in primis sciendum est, in hoc judicio id demum deduci, quod praestari convenit. Cum enim sit bonae fidei judicium, nihil magis bonae fidei congruit, quam id praestari, quod inter contrahentes actum est: quod si nihil convenit, tunc ea praestabuntur, quae naturaliter insunt hujus judicii potestate (4).

(4) Concorda con l'art. 1117. et 1089. LL.CC.

(f) *Extat in L. 219. ff. de verb. sign. ubi sic.* — In conventionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placuit (5). . . .

(5) Concorda con l'art. 1109 LL. CC.

(g) *Vide supra — Aphor. n. 1.*

(h) *Fluit ex L. 1. in princ. ff. Quod jussu ubi sic.* — Merito ex jussu domini in solidum adversus eum judicium datur. Nam quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet.

Vide §. ult. Instit. h. tit.

(i) *Extat in L. 29. ff. de legib. ubi sic.* — Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero, qui salvis verbis legis sententiam ejus circumvenit. (6)

Vide L. 5. C. h. tit.

(6) Argomento dall' art. 1304. LL. CC. n. 1. ove la legge dichiara nulli quegli atti, che presume fatti in frode delle sue disposizioni.

304. Contra non valentem agere impedimento juris non currit praescriptio (a).

305. Contrariis actibus liberamur, quibus obligati sumus (b).

306. Contrariorum contraria sunt consequentia (c).

307. Contraxisse ibi videtur, ubi quis soluturum se promisit (d).

308. Conventio, ubi nulla subest causa, obligationem non constituit (e).

309. Corporis humani praecipua pars est caput (f).

310. Correi solidales credendi actionem in solidum habent (g).

311. Correorum debendi factum unius nocet alteri, et interpellatio unius est interpellatio omnium (h).

312. Creditor, qui egit cum emptore haereditatis, jus non habet

---

(a) *Fluit ex L. 1. §. 2. Cod. de annal. except. ubi sic.* — Ne autem imperfecta sanctio videatur, cum in maternis quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere dispositum erat, ex quo sacris paternis absoluti sunt; in aliis autem, quae minime acquiri possunt hoc non fuerat specialiter constitutum: apertissima definitione sancimus, filiisfamilias in omnibus his casibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo actionem movere potuerint, id est, postquam manu paterna, vel ejus, in cujus potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minime adimplere lege obviante valebant? (1)

Vide L. 1. C. de bonis mater.

(1) Vedi gli art. 2158. a 2164. LL. CC. ove non corre la prescrizione contra i minori, contra la donna maritata, fra conjugi, salvi alcuni casi, nè contra un erede beneficiato, nè per crediti condizionali, o a tempo determinato, nè per causa di garentia, salvi taluni casi.

(b) *Extat in L. 153. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Fere, quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. (2) . . . .

Vide L. 35. et 100. ff. de reg. jur. L. 8. ff. de adquir. vel amit. poss. L. 80. ff. de solution.

(2) Concorda con l'art. 1088 LL. CC.

(c) *Vide Vinnium. Instit. de perpet. tempor. action. §. 1. n. 2.*

(d) *Extat in L. 21. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo, ut solveret, se obligavit.

Vide L. 19. §. 1. ff. de judic. L. 22. ff. de reb. cred. L. 3. ff. de reb. jud. auct.

(e) *Vide infra. — Aphor. 1316.*

(f) *Fluit ex L. 44. ff. de relig. et sumpt. funer. ubi sic.* — Cum in diversis locis sepultum est, uterque quidem locus religiosus non fit: quia una sepultura plura sepulchra efficere non potest: mihi autem videtur illum religiosum esse, ubi quod est principale, conditum est, id est, caput, cujus imago sit, inde cognoscimur.

(g) *Fluit ex L. 1. C. de duob. reis. stip. ubi sic.* — Si duo, pluresve rei cujusdam traditione conventionem in solidum inierint, cuicumque eorum, quamdiu res in eadem causa remanserit, si casus obtulerit, actio in solidum competit.

Vide L. 9. ff. de pactis. (3)

(3) Concorda con l'art. 1150 LL. CC.

(h) *Fluit ex L. 5. circ. med. Cod. de duob. rei stipul. ubi sic.* — Nobis pietate suggerente videtur esse humanum, semel in uno, eodemque contractu qualicumque interruptione, vel agnitione adhibita; omnes simul compelli ad persolvendum debitum, sive plures sint rei, sive unus; sive plures sint creditores, sive non

contra haeredem (a).

315. Creditor non potest, nisi juris rimediis, occupare rem sui debitoris, nec dominus rem possessoris (b).

314. Creditor pigneratitius dolum, culpam, custodiam, non casum praestat: item si deteriorem fecerit pignoris causam (c): imputat in debitum fructus, quos ex pignore percipere debuit (d).

315. Creditor potest vigilare ad suum consequendum (e).

316. Creditor, qui dimisit priorem creditorem, in ejus locum succedit (f).

---

amplius, quam unus: sancimusque in omnibus casibus, quos noster sermo complexus est, aliorum devotionem, vel agnitionem, vel ex libello ad monitionem alus debitoribus praejudicare, et aliis prodesse creditoribus. Sit itaque generalis devotio, et nemini liceat alienam devotionem sequi, cum ex una stirpe, unoque fonte unus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione apparuit (1).

Vide L. 4. C. eod.

(1) Concorda con l'art. 1158. et 1159. LL.CC.

(a) *Fluit ex L. 2. C. de pactis, ubi sic.* — Post venditionem haereditatis a te factam, si creditores contra emptores actiones suas movisse probare poteris, eosque eas spontanea voluntate suscepisse: exceptione taciti pacti, non inutiliter defenderis.

Vide L. 2. §. 9. ff. de haer. vel act. vend. L. 14. §. 9. ff. de Aedil. Ed. L. 5. C. de pactis. L. 1. in fin. C. per quas. pers.

(b) *Fluit ex L. 9. C. de obl. et act. ubi sic.* — Negantes debitores non oportet armata vi terreri, sed petitore quidem non implente suam intentionem, vel exceptione submoto, absolvi: convictos autem condemnari, ac juris remediis ad solutionem urgeri convenit (2).

Vide L. 13. ff. quod metus causa L. 7. et ult. ad L. Aquil. de vi priv. Instit. §. 1. de vi bonor. raptor.

(2) Concorda con l'art. 1948 LL. CC.
Vedi l'art. 1958 LL. CC. ove è proibito il patto, con cui il creditore per anticresi divenga proprietario dell'immobile senza il mezzo della legal espropriazione. Vedi pur l'art. 196 leg. de'29 Maggio 1817.

(c) *Fluit ex L. 13. §. ult. ff. de pign. act. ubi sic.* — Venit autem in hac actione et dolus, et culpa, ut in commodato venit, et custodia: vis major non venit.

Vide L. 19. C. de pign.

Et in L. 7. Cod. de pign. act. ubi sic. — Creditor, qui fundos, et domos pignori, vel hypothecae accepit, damnum in decidendis arboribus, domibusque destruendis ab eo datum, in rationem debiti deducere cogitur. Et si dolo, vel culpa rem suppositam deteriorem fecerit, eo quoque nomine pigneratitia actione tenebitur, ut talem restituat, qualis fuerat tempore obligationis.

Vide L. 3. C. eod. L. 38. §. 4. ff. de usur. (3)

(3) Concorda con l'art. 1950 LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 1. C. eod. ubi sic.* — Ex pignore percepti fructus imputantur in debitum, qui si sufficiunt ad totum debitum, solvitur actio, et redditur pignus. Si debitum excedunt, qui supererunt, reddantur, videlicet mota actione pigneratitia.

Et in L. 3. C. eod. ubi sic. — Creditor, qui praedium pignori sibi nexum detinuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet; et si agrum deteriorem constituit, eo quoque nomine pigneratitia actione obligatur. (4)

(4) Concorda con l'art. 1951. LL. CC.

(e) *Extat in L. 21. circ. princ. ff. de peculio, ubi sic.* — Sed et si quis, cum suspicaretur alium secum acturum, alio peculium avertat, dolo non caret: sed si alii solvit, non dubito de hoc, quin non teneatur: quoniam creditori solvitur, et licet creditori vigilare ad suum consequendum (5).

Vide L. 24 ff. quae in fraud. cred. L. ult. C. depos.

(5) Concorda con l'art. 1133. LL. CC.

(f) *Extat in L. 2. ff. de cess. bon. ubi*

517. Creditor est, qui habet actionem non elisam exceptione (a).

518. Creditor, qui res sibi obligatas vi rapit, in crimen incidit, et amittit creditum (b).

519. Creditor est, qui exceptione perpetua submoveri non potest, qui autem temporali, similis est creditori conditionali (c).

520. Creditor tenetur accipere partem debiti ei oblatam officio praetoris, et ex humanitate (d).

521. Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit (e).

522. Creditor, qui reddit pignus, non amittit creditum (f).

---

sic. — In personalibus actionibus, qui postea quidem contraxerunt; verum ut pecunia eorum ad priores creditores perveniat, in locum eorum succedunt.

Et in L. 1. C. de his qui in prior loc. ubi sic. — Non omnimodo succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit. Hoc enim tunc observatur: cum is, qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, ut idem pignus ei obligetur, et in locum ejus succedat (1).

Vide L. 21. Cod. de pignor. L. 3. C. quae res pign.

(1) Concorda con l'art. 1204 n. 1. LL. CC.

(a) *Extat in L. 42. §. 1. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem vel civilem habent, sic tamen, ne exceptione submoveatur, vel honorariam actionem, vel in factum.

Vide L. 10. ff. de verb. sign.

(b) *Extat in L. 3. C. vi bon. rapt. ubi sic.* — Res obligatas sibi creditorem vi rapientem, non rem licitam facere, sed crimen committere convenit, eumque etiam vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum, post simpli actione conveniri posse, non ambigitur.

Et in L. 5. Cod. ad Leg. Jul. de vi priv. ubi sic. — In possessionem fundi licet creditor per vim ingrediatur Juliae legis vis privatae reus deferri potest. (2)

Et in L. 7. ff. eod. ubi sic. — Creditores, si adversus debitores suos agant, per judicem id, quod deberi sibi putant, reposcere debent. Alioquin si in rem debitoris sui intraverint, id nullo concedente; Divus Marcus decrevit, jus crediti eos non habere . . . .

(2) Vedi l'art. 168. leg. pen. ove è punito col primo al 2. grado di prigionia chiunque nell'esercizio di un preteso diritto disturbi un altrui possesso ec.

(c) *Extat in L. 55. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Creditor autem is est, qui exceptione perpetua submoveri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

Vide L. 10. ff. eod. L. 42. ff. de obl. et act. in fin.

(d) *Fluit ex L. 21. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Quidam existimaverunt, neque eum, qui decem peteret, cogendum quinque accipere, et reliqua persequi; neque eum, qui fundum suum diceret, partem dumtaxat judicio persequi. Sed in utraque causa humanius facturus videtur Praetor, si actorem compulerit ad accipiendum id, quod offeratur, cum ad officium ejus pertineat lites diminuere (3).

Vide L. 8. in fin. ff. si pars haered. L. ult. ff. quib. mod. pign.

(3) Abrogato dall'art. 1197. LL. CC.

(e) *Extat in L. 158. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

Fluit regula ex L. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. L. 2. et ult. C. de remiss. pign.

(f) *Fluit ex L. 3. ff. de pactis, ubi sic.* — Postquam pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit, debitum peti posse dubium non est: nisi specialiter con-

523. Creditorum major pars existimatur pro modo debiti (a).

524. Creditorum appellatione accipiuntur tam qui pecuniam crediderunt, quam omnes, quibus ex qualibet causa potest quid deberi (b).

525. Crimine admisso agitur de crimine (c).

526. In Criminibus aetatis suffragio minores non juvantur: malorum enim mores infirmitas animi non excusat (d).

527. Crimine morte extincto nulla quaestio superest (e).

---

trarium actum esse probetur. (1)

Vide L. 2. ff. eod. L. 7. C. de remiss. pign. L. 2. C. eod. L. 2. C. de distract. pign.

(1) Concorda con l'art. 1240 LL. CC.

(a) *Fluit ex L. 9. §. 1. ff. de pactis, ubi sic.* — Cumulum debiti, et ad plures summas referemus, si uni forte minutae summae centum aureorum debeantur: alii vero una summa aureorum quinquaginta: nam in hunc casum spectabimus summas plures; quia illae excedunt in unam summam coadunatae. §. 2. Summae autem applicare debemus etiam usuras.

Et in L. 14. circ. princ. ff. dep. ubi sic. — Majorem autem partem non ex numero utique personarum, sed ex magnitudine portionum haereditariarum intelligendam, cautela idonea reddenda.

Vide L. 8. ff. de pactis.

(b) *Extat in L. 11. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt; sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur.

Et in L. 10. ff. eod. ubi sic. — Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel persecutione, vel jure civili sine ulla exceptionis perpetuae remotione, vel honorario, vel extraordinario, sive pure, sive in diem, vel sub conditione. Quod si natura debeatur non sunt loco creditorum. Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

Vide L. 1. ff. de reb. cred. L. 42. §. 1. ff. de obl. et act.

(c) *Fluit ex L. 1. C. ubi de criminib. agi oporteat. ubi sic.* — Quaestiones eorum criminum, quae legibus, aut extra ordinem coercentur, ubi commissa, vel incohata sunt, vel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est.

Vide L. 1. Cod. ubi Senat. L. 11. C. ad L. Iul. de adult. L. 7. in fin. ff. de accus. L. 7. ff. de custod. et exhib. reor.

(d) *Extat in L. 1. C. si adv. delict. ubi sic.* — In criminibus quidem aetatis suffragio minores non juvantur: etenim malorum mores infirmitas animi non excusat.

Fluit ex L. 23. ff. de furtis ubi sic. — Impuberem furtum facere posse, si jam doli capax sit Iulianus lib. XXII Digest. scripsit. Item posse cum impubere damni injuria agi, quia id furtum ab impubere fit, sed modum esse adhibendum ait; nam in infantes id non cadere: nos putamus, cum impubere culpae capace, Aquilia agi posse. Item verum est, quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facto teneri eum.

Et in L. 3. ff. de reg. juris. ubi sic. — Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse, et furandi, et injuriae faciendae (2).

(2) Concorda con gli art. 65. e 66. L. pen. eccettuati i fanciulli sino agli anni 9, e con l'art. 1264. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 20. ff. de accusat. in fin. ubi sic.* — Ex caeteris vero delictis, poena incipere ab haerede ita demum potest, si vivo reo accusatio mota est, licet non fuit condemnatio secuta.

Et in L. 5. C. si reus ubi sic. — Defunctis reis publicorum criminum, sive ipsi per se ea commiserunt, sive aliis mandaverunt, pendente accusatione, praeterquam si sibi mortem consciverint, bona successoribus eorum non denegari, notissimi juris est.

328. Cujus sunt effectus, ejus sunt partes (a).

329. Cujus est principale, ejus est accessorium (b).

330. Cujus in agendo actor servavit arbitrium, eum etiam contra se habere judicem non debet dedignari (c).

331. Cujus ope, auxilio, consilio furtum factum est, tenetur de furto (d).

332. Cui plus licet, non debet minus non licere (e).

333. Cui data est jurisdictio, omnia data videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potest (f).

334. Cui mandata est jurisdictio fungitur de mandata, non de sua jurisdictione (g).

335. Cui datur actio, ei multo magis exceptio datur (h).

336. Cui datum est tempus ad deliberandam adiisse videtur, nisi repudiet (i).

(a) *Extat in L. 148. ff. De r. j. ubi sic.* — Cujus effectus omnibus prodest, ejus et partes ad omnes pertinent.

(b) *Vide supra.* — *Aphor. 11.*

(c) *Extat in L. 1. ff. quod quisq. juris. ubi sic.* — Hoc Edictum summam habet aequitatem; et sine cujusquam indignatione justa. Quis enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? §. 1. qui magistratum, potestatemve habebit, si quid in aliquem novi juris statuerit; ipse, quandoque adversario postulante eodem jure uti debet. Si quis apud eum, qui magistratum, potestatemque habebit, aliquid novi juris obtinuerit; quandoque postea adversario ejus postulante, eodem jure adversus eum decernetur; scilicet, ut quod ipse quis in alterius persona aequum esse credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur.

Et in L. 14. in fine C. de sent. et interl. ubi sic — Cujus enim in agendo observat arbitrium eum habere, et contra se judicem in eodem negotio non dedignetur.

(d) *Extat in L. 6. ff. de condict. furtiva, ubi sic.* — Proinde etsi ope, consiliove alicujus furtum factum sit, condictione non tenebitur: etsi furti tenetur.

Et in L. 52. §. 19. ff. de furtis, ubi sic. — Neque verbo, neque scriptura quis furtum facit: hoc enim jure utimur, ut furtum sine contrectatione non fiat; quare et opem ferre, vel consilium dare tunc nocet, cum secuta contrectatio est. (1).

Vide L. 53. §. 2. ff. de verb. sign.

(1) Concorda con l'art. 74. L. pen.

(e) *Extat in L. 21. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

Et in L. 110. ff. eod. ubi sic. — In eo quod plus sit, semper inest et minus.

Fluit reg. arg. L. 43 ff. de min. L. 76. ff. de rei vind. L. 3. §. 1. ff. de in litem jurando.

(f) *Extat in L. 2. ff. de jurisdict. om. jud. ubi sic.* — Cui jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potuit.

Vide L. 5. in fin. ff. de offic. ejus, qui.

(g) *Extat in L. 16. ff. de jurisd. om. jud. ubi sic.* — Solet Praetor jurisdictionem mandare, et aut omnem mandat, aut speciem unam, et is, cui mandata jurisdictio est, fungetur vice ejus, qui mandavit, non sua.

(h) *Vide infra.* — *Aphor. 1512.*

(i) *Vide L. ult. C. de jure deliber* (2).

(2) Vedi l'art. 714. LL. CC. ove duranti i termini per far l'inventario, e per deliberare non vi è presunzione di accettazione contra l'erede.

337. Cui jus est donandi, eidem et vendendi, et concedendi jus est (a).
338. Culpa caret, qui scit, sed prohibere nequit (b).
339. Culpa, et dolus praestatur in mandato, commodato, vendito, pignori accepto, locato, tutela, dote, societate, et rerum communione (c).
340. Culpa lata dolo comparatur (d), et dolo proxima est (e).
341. Culpa est se immiscere alienis (f).

(a) *Extat in L. 163. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Cui est donandi, eidem et vendendi, et concedendi jus est.

Fluit reg. arg. L. 7. in fin. ff. de donat. L. 7. ff. de except. rei jud.

(b) *Extat in L. 50. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest.

Vide L. 109. ff. eod.

Fluit regula ex L. 33. in fin. ff. loc. L. 1. §. 18. L. 3. ff. SC. Silaniano.

(c) *Extat in L. 23. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Contractus quidam et dolum malum duntaxat recipiunt; quidam, et dolum, et culpam: dolum tantum, depositum, (1) et precarium: dolum, et culpam mandatum, (2) commodatum, (3) venditum, (4) pignori acceptum, (5) locatum, (6) item dotis datio, (7) tutelae negotia gesta, (8) (in his quidem, et diligentiam): societas, (9) et rerum communio, (10) dolum, et culpam recipit: sed haec ita nisi, si quid nominatim convenerit, vel plus, vel minus in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit: legem enim contractus dedit: excepto eo, quod Celsus putat non valere, si convenerit, ne dolus praestetur: hoc enim bonae fidei judicio contrarium est, et ita utimur.

Fluit regula ex L. 5. §. 2. ff. commod. L. 14. §. 3. ff. de furt. L. 1. §. 10. in fin. et §. ult. L. 2. L. 32 ff. depos. L. 3. §. 1. ff. nautae. L. 8. §. 3. ff. de precar. L. 8. §. 9. et 10. L. 60. in fin. L. 11. et 13. C. mand. L. 18. ff. commod. L. 35. §. 4. ff. de contrah. empt. L. 14. ff. de furt. §. ult. Inst. quib. mod re contrah. L. 1. §. 2. ff. depos. L. 25. §. 7. ff. loc. L. 28 C. de locato. L. 7. C. arbitr. tut. L. 3. §. 9. et L. 11. ff. de neg. gest. L. 20. Cod. eod. L. 27. ff. de adm. et peric. tut. L. 52. §. 2. ff. pro socio. §. ult. Inst. de societ. L. 16. §. 4. L. 25. §. 16 ff. fam. erc. L. 4. in fin. C. com. divid.

(1) Ed anche la colpa. Concorda con l'art. 1799 LL. CC.

(2) Concorda con l'art. 1864. LL. CC.

(3) Concorda con l'art. 1752. LL. CC.

(4) Vedi l'art. 1457. a 1495 LL. CC. sugli obblighi del venditore.

(5) Vedi l'art. 1950 e 1956. LL. CC. sugli obblighi del venditore.

(6) Vedi l'art. 1567. e 1578. LL. CC. sugli obblighi del fittajuolo.

(7) Concorda con l'art. 1375. LL. CC.

(8) Concorda con l'art. 373. LL. CC.

(9) Concorda con l'art. 1722 LL, CC.

(10) Vedi l'art. 782. LL. CC. ove il coerede donatario è tenuto ai danni derivanti da sua colpa, e negligenza, in tempo di collazione.

(d) *Fluit ex L. 32. ff. depositi ubi sic.* — Quod Nerva diceret, latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat; mihi verissimum videtur....

Et ex L. 226. ff. de verb. sign. ubi sic. — Magna negligentia culpa est: magna culpa dolus est.

(e) *Fluit ex L. 4. ff. de magistr. conven. ubi sic.* — Non similiter tenentur haeredes magistratuum, ut ipsi tenentur: nam nec haeres tutoris negligentiae nomine tenetur. Nam magistratus quidem in omne periculum succedit haeres ipsius dolo proximae culpae succedaneus est.

(f) *Extat in L. 36. ff. de reg. juris, ubi sic.* — Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.

Vide Gothofred. in hac lege, ubi sunt casus, et leges appositae.

342. Culpa est affectare, quae quis vel nescit, vel non potest (a).
343. Culpam talem praestant cohaeredes, qualem suis in rebus (b); de ea vero tantum dolo proxima haeres fideicommissarius tenetur (c).
344. Culpa lata est non intelligere, quod omnes intelligunt (d).
345. Culpa abest, si omnia facta sunt, quae diligentissimus quisque observaturus fuisset (e).
346. Culpa sua qui sentit damnum, sibi debet illud imputare, non aliis (f).
347. Culpa est magna negligentia: magna culpa dolus est (g).
348. Culpae adsignantur tum imperitia (h), cum nimia severitas (i).
349. Cum a lege quid prohibetur, prohibentur et omnia, quae sequuntur ex illo (k).
350. Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat (l).
351. Curator invitus nemo esse potest (m).
352. Curator a judice datus esse potest non creditor (n).

(a) *Extat in L. 8. ff. ad L. Aquil. §. 1. ubi sic.* — Mulionem quoque, si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, si eae alienum hominem obtriverint, vulgo dicitur culpae nomine teneri. Idem dicitur et si propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum si infirmitas culpae adnumeretur: cum affectare quisque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram.
Vide L. 36. de r. j. et §. 6. Instit. ad L. Aquil.

(b) *Extat in L. 25. §. 16. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Non tantum dolum, sed et culpam in re haereditaria praestare debet cohaeres: quoniam cum cohaerede non contrahimus, sed incidimus in eum: non tamen diligentiam praestare debet, qualem diligens paterfamilias: quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi, et ideo negotiorum gestorum ei actio non competit. Talem igitur diligentiam praestare debet, qualem in suis rebus. (1).

(1) Vedi l' art. 782. LL. CC.

(c) *Extat in L. 22. §. 3. ff. ad SC. Trebell. ubi sic.* — Sed enim si quis rogetur restituere haereditatem, et vel servi decesserint, vel aliae res perierint; placet non cogi eum reddere, quod non habet: culpae plane reddere rationem, sed ejus, quae dolo proxima est, et ita Neratius lib. 1. Responsorum scribit.

(d) *Extat in L. 223. ff. de verb. sign. in princ. ubi sic.* — Latae culpae finis est non intelligere id, quod omnes intelligunt.
Extat in L. 213. §. 2. ff. eod.
Vide L. 7. §. 2. ff. de adm. et peric. tut. Vide Cujac. 7. Observ. 8.

(e) *Arg. L. 11. ff. locati.*
(f) *Vide infra. — Aphor. 356.*
(g) *Vide infra. — Aphor. 1218.*
(h) *Vide infra. — Aphor. 828.*

(i) *Extat in L. 6. §. Ad leg. Aquil. ubi sic.* — Praeceptoris enim nimia saevitia culpae adsignatur.
Vide L. 5. §. ultim. in princ. et fin ff. eod. L. 17. §. 1. ff. de usufr. L. 13. §. 4. ff. locat. L. 16. §. 2. ff. de poen.

(k) *Extat in L. 5. circ. med. C. de legibus ubi sic.* — Sed et si quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse praecipimus.

(l) *Extat in L. 22. ff. de legib. ubi sic.* — Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat.
Vide Nov. 129. c. 4. et Nov. 154. c. 1.

(m) *Extat in L. 2. § 3 ff. de curat. bon. dando ubi sic.* — Quaeritur, an invitus curator fieri potest? Et Cassius scribit, neminem invitum cogendum fieri bonorum curatorem: quod verius est voluntarius itaque

DA

333. Damni actione non tenetur, qui damnum facit, ut suum teneatur (a)

334. Damni infecti aestimatione honestus modus, non immoderata luxuria servanda est (b), et ex rei veritate (c).

335. Damnosam si quis alteri fore suam imperitiam noverit, non debet suscipere opus (d).

336. Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi ipsi debet, non aliis imputare (e).

337. Damnum facit is, qui fecit, quod faciendi jus non habuit (f).

---

quaerendus est, nisi et magna necessitate, et Imperatoris arbitrio hoc procedat, ut et invitus crearetur.

Vide L. 4. C. de bonis auct. jud. et L. 8. § 1. ff. de procur.

(u) *Extat in L. 2. §. 4. ff. de cur. bon. dan. ubi sic.* — Nec omnimodo creditorem esse oportet eum, qui curator constituitur: sed possunt et non creditores.

Vide L. 9. §. 1. ff. quib. ex caus. in posses.

(a) *Extat in L. 3. §. 7. ff. de incendio ubi sic.* Quod ait Praetor de damno dato, ita demum locum habet, si dolo malo damnum datum sit: nam si dolus malus absit, cessat Edictum. Quemadmodum ergo procedit quod Labeo scribit, si defendendi mei causa vicini aedificium orto incendio dissipaverim, et meo nomine, et familiae, judicium in me daudum? cum enim defendendarum mearum aedium causa fecerim, utique dolo ea res: puto igitur non esse verum, quod Labeo scribit. An tamen lege Aquilia agi cum hoc possit? et non puto agendum, nec enim injuria hoc fecit, qui se tueri voluit, cum alias non posset, et ita Celsus scribit. (1)

(1) Vedi però l'art. 1336 LL. CC. e l'art. 168. L. pen. ove sempre è tenuto di colpa chiunque col fatto suo arreca danno ad altrui.

(b) *Extat in L. 40. in princ. ff. de damn. infect. ubi sic.*—Ex damni infecti stipulatione non oportet infinitam, vel immoderatam aestimationem fieri, ut puta ob tectoria, et ob picturas, licet enim in haec magna erogatio facta est: attamen ex damni infecti stipulatione moderatam aestimationem faciendam, quia honestus modus servandus est, non immoderata cujusque luxuria subsequenda (2).

Vide L. 37. et 38. ff. eod. L. 13. in fin. ff. de servit. praed. urb. L. 1. §. pen. ff. de aedelit. edicto. L. 15. ff. de curat. furiosor.

(2) Vedi l'art. 1105. LL. CC. ove i danni non si estendono, se non a ciò, ch'è una conseguenza immediata, e diretta dell' inadempimento della convenzione.

(c) *Extat in L. 6. ff. de aqua, at aquae pluviae §. 8. ubi sic.* — Æstimationem autem judex faciet ex rei veritate, hoc est ejus damni, quod apparuerit, datum.

(d) *Fluit ex L. 132. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Imperitia culpae adnumeratur.

(e) *Extat in L. 203. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire (3).

Vide L. 46. §. 5 ff. de procur. L. 9. in fin. L. 17. in fine ff. de noxalib. L. 44. §. 5. ff. fam. L. 15. ff. si quis omissa causa.

(3) Concorda con l'art. 1337 LL. CC.

(f) *Extat in L. 151. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.

558. Damnum facit qui jubet, non qui paret (a).
559. Damnum in petitione incertum judex certum judicare debet (b), et contra plures in partum singulos damnet (c).
560. Damnum necessarium in periculo non imputatur (d).
561. Damnum non aestimatur ex affectione, sed ex pretio (e).
562. Damnum culpa datum ab eo etiam, qui nocere noluit, pro injuria accipitur (f).
563. Damnum, quod per aggressuram latronum in possessionibus lo-

---

(a) *Extat in L. 169. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Is damnum dat, qui jubet dare; ejus vero nulla est culpa, vel parere necesse sit.

Fluit reg. L. 152. ff. de r. j. L. 1. ff. quod jussu. L. 37. ad L. Aquil. L. 5. C. de accusat. L. 1. §. 13. ff. quod vi, L. 167. ff. de r. j. §. 1. L. 11. §. 7. ff. quod vi.

(b) *Extat in L. unica. C. de sententiis, quae pro eo, quod interest, ubi sic* — Cum pro eo, quod interest dubitationes antiquae in infinitum productae sint: melius nobis visum est, hujusmodi prolixitatem, prout possibile est, in angustum coarctare. Sancimus itaque in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, velut in venditionibus, et locationibus, et omnibus contractibus hoc, quod interest, dupli quantitatem minime excedere. In aliis autem casibus, qui incerti esse videntur, judices, qui causas dirimendas suscipiunt per suam subtilitatem requirere, ut hoc, quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur, et non ex quibusdam machinationibus, et immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat; cum sciamus esse natura congruum, eas tantummodo poenas exigi, quae vel cum competenti moderamine proferuntur, vel a legibus certo fine conclusae statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia et ex eo veteres id, quod interest, statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquae prolixitatis hujus constitutionis recitatio. (1)

Vide Instit. de act. §. 32.

(1) Concorda con l'art. 221 L. pr. civ.

(c) *Extat in L. 6. §. 1. ff. de aqua, et aquae pluviae ubi sic.* — Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat, vel si plurium fundo noceatur; placuit, eoque jure utimur, ut sive plurium fundus sit, singuli in partem experiantur, et condemnatio in partem fiat, sive cum pluribus agatur; singuli in partem conveniantur, et in partem fiat condemnatio.

(d) *Fluit ex L. 29. §. 3. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Item Labeo scribit, si cum viventorum novis impulsa esset in funes anchorarum alterius, et nautae funes praecidissent, si nullo alio modo, nisi praecisis funibus explicare se potuit, nullam actionem dandam. Idemque Labeo, et Proculus, et circa retia piscatorum, in quae navis piscatorum inciderat, aestimarunt (2).

Vide L. 15. 16. §. 8. ff. de public. L. 3. §. pen. ff. de incend.

(2) Concorda con l'art. 1102. LL. CC.

(e) *Extat in L. 33. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Si servum meum occidisti, non affectiones aestimandas esse puto, (veluti si filium tuum naturalem quis occiderit, quem tu magno emptum velles), sed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum, non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fungi....

Vide L. 62. in fin. L. 63. ff. ad L. Falcid. L. 10. §. 1. ff. de div. temp. praescript.

(f) *Extat in L. 5. §. 1. circ. fidem. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* —. Igitur injuriam hic damnum accipiemus culpa datum, etiam ab eo qui, nocere noluit (3).

Vide L. 25. ff. de injur.

(3) Concorda con l'art. 1337. LL. CC. nel senso, che risponde del danno chi lo abbia arrecato ad altrui per sola sua negligenza, o imprudenza; val dire anche senz'animo di nuocere

catis rei conductoris illatum est, a domino earumdem possessionum non resarcitur (a).

364. Dare pignori fructus rei est (b). Dare aliud est, aliud reddere (c).

365. Data non videntur, quae tempore, quo dantur, accipientis non fiunt (d).

366. Datum ob causam non inhonestam non repetitur causa secuta (e).

367. Datum ob causam, causa non secuta, repetitur (f) item a turpiter accipiente etiam causa secuta (g): secus si utriusque dantis, et accipientis sit turpitudo (h). Condicitur, quod quis habet ex injusta causa (i).

(a) *Extat in L. 12. Cod. locat. ubi sic.* — Damnum, quod per aggressuram latronum in possessionibus locatis rei tuae illatum esse proponis, a domina earundem possessionum, quam nullius criminis ream facere te dicis, resarciri tibi nulla ratione desideras.
Vide etiam L. 1. Cod. eod.

(b) *Extat in L. 72. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Fructus rei est vel pignori dare licere.
Vide L. ult. ff. de usuris.

(c) *Extat in L. 1. §. 33. in fine ff. depositi ubi sic.* — Aliud est enim reddere, aliud quasi de suo dare.

(d) *Extat in L. 177. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non videntur data, quae eo tempore, quo dantur dantur, accipientis non fiunt. (1)
Vide L. ult. ff. de condict. causa data L. 75. in fine ff. de verb. obl. §. 14. inst. de act.

(1) Vedi l' art. 1092. LL. CC. ove la cosa da consegnarsi resta a pericolo del creditore appena consentito sul contratto, anche pria della tradizione, purchè non sia in mora il debitore.

(e) *Extat in L. 1. ff. de condict. causa data, ubi sic.* — Si ob rem non inhonestam data sit pecunia, ut filius emanciparetur, vel servus manumitteretur, vel a lite discedatur, causa secuta repetitio cessat.
Vide L. ult. ff. eod. L. penult. et ultim. ff. de condict. ob causam. L. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit.

(f) *Extat in L. 1. ff. de condict. ob turpem ec. §. 1. ubi sic.* — Ob rem igitur honestam datum ita repeti potest, si res, propter quam datum est, secuta non est.
Vide L. 23. L. 52. L. 65. §. 4. ff. de condict. indeb.

(g) *Extat in det. L. 1. ff. de condict. ob turpem §. 2. ubi sic.* — Quod si turpis causa accipientis fuerit, etiamsi res secuta sit, repeti potest. (2)
Vide L. 4. C. eod.

(2) Vedi gli art. 1188, e 1839 LL. CC. ove la ripetizione ha luogo quando il pagamento fatto non sia dovuto, e non ha luogo, quando sia stato fatto per la causa illecita del giuoco volontariamente eseguita.

(h) *Extat in L. 3. ff. de condict. ob turpem. ec. ubi sic.* — Ubi autem, et dantis, et accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus; veluti si pecunia detur, ut male judicetur.
Vide L. 4. §. 3. L. 8. in fin. ff. eod. L. 2. C. eod. L. 5. §. 1. ff. de calumniator. L. 9. ff. de doli mali, et metus except. L. 1. et Aut. seq. C de poen. jud. qui male jud.
Extat quoque in L. 8. ff. de condict. ab turpem. ubi sic. — Si ob turpem causam promiseris Titio, quamvis, si petat, exceptione doli mali, vel in factum summovere eum possis; tamen, si solveris, non posse repetere: quoniam sublata proxima causa stipulationis, quae propter exceptionem inanis esset, pristina causa, id est, turpitudo superesset: porro autem si et dantis, et accipientis turpis causa sit, possessorem potiorem esse; et ideo repetitionem cessare, tametsi ex stipulatione solutum est.

(i) *Extat in L. 6. ff. de condict. ob turpem. ubi sic* — Perpetuo Scabinus pro-

Non condicitur datum ob causam, si causa secuta non sit sine culpa accipientis, sed fortituto casu (a).

368. Datum advocato non repetitur ab ejus haeredibus eo mortuo, si causam non egerit (b).

369. Debitor est, a quo invito exigitnr (c).

370. Debitor non fraudat creditores, si non adquirit, secus si minuit patrimonium (d).

371. Debitor esse desinit is, qui exceptione submoveri potest a creditore (e).

372. Debitor certae speciei ob rei interitum ante diem, et sine culpa, liberatur, secus post moram (f).

373. Debitori non fit cessio jurium (g).

374. Debitor in mora, quanti res valuit, tenetur (h).

---

bavit veterum opinionem existimantium, id, quod ex injusta causa apud aliquem sit, posse condicere, in qua sententia etiam Celsus est.

(a) *Extat in L. 10. Cod. de condict. ob causam, ubi sic.* — Pecuniam a te datam, si haec causa, pro qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta, minime repeti posse certum est.

Vide L. 8. C. h. tit. L. 5. C. de condict. causa data.

(b) *Extat in L. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit. ubi sic.* — Divus Severus ab haeredibus Advocati, mortuo eo, prohibuit mercedem repeti, quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret.

Vide L 4. ff. de off. adsessor.

(c) *Extat in L. 108. de verb. sign. ubi sic.* — Debitor intelligatur is, a quo invito exigi pecunia potest.

(d) *Extat in L. 134. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non fraudantur creditores, cum quid non adquiritur a debitore: sed cum quid de bonis diminuitur.

Excipe L. 25. §. 8. ff. de haered. pet. L. 2. §. 5. ff. de haer. vel act. vend. L. 64. §. 7. soluto matrim. L. 1. §. 12. si quis omissa causa.

Fluit regula ex L. 68. in fin. ff. pro socio. L. 5. §. 13. ff. de donat. int. vir. et ux. L. 1. §. 23. ff. de collat. L. 6. ff. quae in fraudem cred.

(e) *Extat in L. 66. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Marcellus: definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab aequitate naturali abhorrentem.

Vide L. 118. ff. de v. sign.

(f) *Fluit ex L. 33. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Si Stichus certo die dari promissus, ante diem moriatur; non teuetur promissor. (1)

Vide L. 23. 37. 82. 91. ff. eod. L. 8. ff. de pericul.

Fluit ex L. 107. ff. de solut. ubi sic. — Verborum obligatio, aut naturaliter resolvitur, aut civiliter. Naturaliter, veluti solutione, aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa promissoris in rebus humanis esse desiit . . .

Vide L. 92. ff. eod. L. 5. ff. de reb. cred.

(1) Vedi gli art. 1135 e 1198. LL. CC. ove se pendente la condizione sospensiva la cosa è perita senza colpa del debitore, l'obbligazione è estinta; se è deteriorata per sua colpa, e per sua mora a consegnarla non vien liberato, ed il creditore ha la scelta o di sciogliere l'obbligazione o di esigere la cosa nello stato, in cui si trova insieme coi danni, ed interessi.

(g) *Sententia in jurisprudentia vulgaris.*

(h) *Fluit ex L. 23. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Si ex legati causa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas; non aliter post mortem ejus tenearis mihi, quam si per te steterit, quominus vivo eo eum mihi dares: quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum. (2)

Vide L. 5. ff. si cert. pet.

(2) Vedi i citati art. 1135 e 1198. LL. CC.

375. Debitor solvens potius alteri, quam vero creditori, non liberatur (a).
376. Debitum commemoratum in titulo ex alia causa non habet vim obligationis (b). Item si in testamento memoratur a testatore (c).
377. Debitum causa naturalis obligationis non repetitur (d).
378. Deceptis jura subveniunt non decipientibus (e).

(a) *Extat in L. 12. Cod. de solut. ubi sic.* — Invito vel ignorante creditore, qui solvit alii, se non liberat obligatione. Quod si hoc, vel mandante, vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem consequitur, quam si eidem creditori solvisset (1).

(1) Concorda con l'art. 1192. LL. CC.

(b) *Extat in L. 31. ff. de prob. ubi sic.* Commemorationem in chirographo pecuniarum, quae ex alia causa debere dicuntur, factam, vim obligationis non habere.

Vide L. 13. C. de non numerata pecunia ubi sic. — Generaliter sancimus. Ut, si quid scriptis cautum fuerit, pro quibuscunque pecuniis ex antecedente causa descendentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, non jam ei licentia sit causae probationem stipulatorem exigere, cum suis confessionibus adquiescere debeat; nisi certe ipse e contrario per apertissima rerum argumenta scriptis inserta, religionem judicis possit instruere, quod in alium quemquam modum, et non in eum, quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere.

Idem in Novella 119. cap. 3. ubi sic. — Et hoc insuper jubemus; ut si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi aliud documentum, cujus memoria in secundo facta est; proferatur: aut alia secundum leges probatio exhibeatur: quia et quantitas, cujus memoria facta est, pro veritate debetur: hoc enim etiam in veteribus legibus invenitur. (2)

(2) Vedi l'art. 1274. LL. CC. ove l'atto autentico, o privato fa pruova tra le parti anche delle cose comprese nell' assertiva, quando l'enunciativa ha un diretto rapporto colla dispositiva; l'enunciative estranee possono servire per principio di pruova.

(c) *Extat in L. 6. C. de probat. ubi sic.* — Rationes defuncti, quae in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitae quantitatis solas sufficere non posse, saepe rescriptum est. Ejusdem juris est, et si in ultima voluntate defunctus certam pecuniae quantitatem, aut etiam res certas sibi deberi significaverit.

Idem dicit Novella 48. cap. 1. §. 1. L. 27. ff. de probat.

(d) *Extat in L. 10. ff. de oblig. et act. ubi sic.* — Naturales obligationes non eo solo aestimantur, si actio aliqua earum nomine competit; verum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit. (3)

Vide L. 13. et 19. ff. eod. L. 3. ff. quod quisq. jur.

(3) Concorda con l'art. 1188. LL. CC.

(e) *Extat in L. 30. ff ad SC. Vellej. ubi sic.* — Si decipiendi animo, vel cum sciret, se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei Sen. Cons. non datur: actionem enim, quae in dolum mulieris competit, amplissimus ordo non excludit.

Vide L. 2. §. 3. L. 23. ff. eod. L. 110. in fin. ff. de r. j.

379. Deceptis sine culpa sua succurrendum (a).
380. Deceptus non videtur usus fuisse jure communi (b).
381. Decisiones, seu res judicatae admittuntur in rebus a jure non decisis, et vim legis habent (c).
382. De duobus malis minimum est eligendum (d).
383. Defensio ex natura contra aggressorem (e).
384. Deficiente ratione legis deficit lex (f).
385. Definitiones in jure periculosae (g).
386. Delegari non potest debitor invitus, ejus etiam inviti nomen potest vendi (h).
387. Delegatio est mutatio debitoris a reo facta (i).

(a) *Extat in L. 7. §. 1. ff. de in integr. restitut. ubi sic.* — Nec intra has solum species consistet hujus generis auxilium: etenim deceptis sine culpa sua, maxime si fraus ab adversario intervenerit, succurri oportet, cum etiam de dolo malo actio competere soleat: et boni Praetoris est potius restituere litem: ut et ratio, et aequitas postulabit: quam actionem famosam constituere: ad quam tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non poterit.

Vide L. 16. ff. de minor XXV. ann.

(b) *Arg. L. 5. ff. de in integr. rest. ubi sic.* — Nemo videtur exclusus, quem praetor in integrum se restituturum polliceatur.

(c) *Fluit ex L. 38. ff. de legib. ubi sic.* — Nam Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere (1).

(1) Vedi l'art. 3. LL. CC. e l'art. 197. leg. de' 29 Maggio 1817. ove è proibito ai giudici di giudicare per via di regolamento.

(d) *Fluit ex leg. 200. ff. de r. j. ubi sic.* — Quoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

Vide Cicer. de off. 3.

(e) *Fluit ex §. 2. Instit. de leg. Aquilia, ubi sic.* — Injuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit. Itaque qui latronem insidiatorem occidit non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest (2).

Vide L. 4. 5. 45. ff. ad leg. Aquil. Vinnium Instit. — de leg. Aquil. n. 1.

(2) Concorda cogli art. 373 et 374 leg. pen.

(f) *Arg. L. 32. ff. de pactis. ubi sic.* — Quod dictum est: si cum reo pactum sit, ut non petatur, fidejussori quoque competere exceptionem: propter rei personam placuit, ne mandati judicio conveniatur. Igitur si mandati actio nulla sit (forte si donandi animo fidejusserit) dicendum est, non prodesse exceptionem fidejussori.

(g) *Extat in L. 202. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Omnis definitio in jure civili periculosa est: parum est enim, ut non subverti possit.

(h) *Extat in L. 1. Cod. de novat. ubi sic.* — Delegatio debiti, nisi consentiente, et stipulanti promittente debitore, jure perfici non potest. Nominis autem venditio, et ignorante, vel invito eo, adversus quem actiones mandantur, contrahi solet.

Et in L. 6. Cod. eod. ubi sic. — Nec creditori quisquam invitus delegari potest. (1)

Vide L. 8. in fin. C. de obligat. L. 3. C. de haer. vel act. vend.

(1) Vedi l'art. 1229. e 1231. LL. CC. ove non si esige consenso della persona, che il debitore da in delegazione.

(i) *Extat in L. 11. ff. de novat. ubi sic.* — Delegatio est vice sua alium reum dare creditori, vel cui jusserit (2).

(2) Concorda con l'art. 1231. LL. CC.

388. Delegatione facta jure novationis liberatur debitor, licet creditor desinat exigere a delegato (a).

389. Delegatus non potest delegare (b).

390. Delegans solvit reum (c).

391. Deliberandi jus transmittitur ad haeredes (d).

392. Deliberandi tempore filius interim alimenta habere debet ex haereditate (e).

393. Deliberandi exacto tempore quis adiisse videtur, nisi repudiaverit (f).

(a) *Extat in L. 3. Cod. de novat. in fine. ubi sic.* — Quod si delegatione facta jure novationis tu liberatus es, frustra vereris, ne eo, quod quasi a cliente suo non faciat exactionem, ad te periculum redundet: cum per verborum obligationem voluntate novationis interposita, a debito liberatus sis. (1)

Vide L. ult. ff. de leg. commiss. L. 96. §. 2. ff. de solut.

(1) Concorda con l'art. 1225. n. 2. LL. CC.

(b) *Extat in L. 5. ff. de jurisdict. ubi sic.* — More majorum ita comparatum est, ut is demum jurisdictionem mandare possit, qui eam suo jure, non alieno beneficio haberet.

Et in L. 5. Cod. de judiciis. ubi sic. — A judice judex delegatus judicis dandi potestatem non habet: cum ipse judiciario munere fungatur, nisi a Principe judex datus fuerit.

(c) *Vide infra — Aphor. 1809.*

(d) *Extat in L. 19. cir. med. Cod. de jure delib. ubi sic.* — Ideoque sancimus, si quis vel ex testamento, vel ab intestato vocatus deliberationem meruerit: vel si hoc quidem non fecerit, non tamen successioni renunciaverit, ut ex hac causa deliberare videatur; sed nec aliquid gesserit, quod aditionem, vel pro haerede gestionem inducat; praedictum arbitrium in successionem suam transmittat: ita tamen, ut unius anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa. Et si quidem is, qui sciens haereditatem, vel ab intestato, vel ex testamento sibi esse delatam, deliberatione minime petita, intra annale tempus decesserit, hoc jus ad suam successionem intra annale tempus extendat. Si enim ipse, postquam testamentum fuerit insinuatum, vel ab intestato, vel ex testamento, vel aliter ei cognitum sit, haeredem eum vocatum fuisse, annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo vel adeundam, vel renunciandam haereditatem manifestaverit, is cum successione sua ab hujusmodi beneficio excludatur. Sin autem instante annali tempore decesserit; reliquum tempus pro adeunda haereditate suis successoribus sine aliqua dubietate relinquat, non completo, nec haeredibus ejus alius regressus in haereditatem habendam servabitur. (2)

(2) Vedi l'art. 698 LL. CC. ove se colui, a favor del quale si è aperta una successione, è morto senz'averla accettata, o ripudiata espressamente, o tacitamente, i suoi eredi possono per dritto proprio accettarla, o ripudiarla.

(e) *Extat in L. 9. ff. de jure delib. ubi sic.* — Filius, dum deliberat, alimenta habere debet ex haereditate.

Vide L. 7. §. 3. ff. eod. L. 51. ff. de pet. haer. L. ult. in fin. C. de ordin. cognit.

(f) *Fluit ex L. 22. §. 14. Cod. de jur. delib. ubi sic.* — Sin autem hoc aliquis fecerit, et inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem inventarium cum omni subtilitate facere) non liceat ei post tempus praestitutum, sin non recusaverit, haereditatem, sed adire maluerit, nostrae legis uti beneficio: sed in solidum secundum antiqua jura omnibus creditoribus teneatur. (3)

Vide Nov. 1. c. 2. §. 1. L. 16. Cod. de jur. delib. L. 69. ff. de acquir. vel amitt. haer.

(3) Vedi l'art. 714. LL. CC. ove pendenti i termini a deliberare, l'erede non può esser costretto ad accettar l'eredità, nè si può pronunciar condanna contro di lui.

394. Delicta paria mutua compensatione tolluntur (a).
395. Delicti alieni poenam nemo sentire debet (b).
396. Delicti loco agitur (c).
397. Delicti patris macula filio non infligitur (d).
398. Delictum non excusat aetas (e).
399. Delictum patris filio nocere non debet (f).
400. Delictum sine dolo non fit (g).
401. Delictum plurium singulos in solidum obligat (h).
402. Delinquere casu, aut consulto distinguendum (i): item causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, et eventu (k).

(a) *Vide infra. — Aphor. 1391.*

(b) *Extat in L. 22. Cod. de poenis, ubi sic.* — Sancimus ibi esse poenam, ubi et noxa est. Propinquos, notos, familiares procul a calumnia submovebimus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim affinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Hoc singulis quibusque judicibus inhiberetur.

Vide L. 74 ff. de reg. jur. L. 24. C. de donat. inter vir. et uxor. (1)

(1) Vedi l'art. 1. leg. pen. ove la pena è personale, eccetto il caso nell'art. 1378. LL. CC. ove per quasi delitto ciascuno è tenuto anche pel fatto delle persone, delle quali deve rispondere.

(c) *Extat in L. ult. ff. de accusat. ubi sic.* — Alterius provinciae reus apud eos accusatur, et damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur: quod etiam in militibus esse observandum optimi Principes generaliter rescripserunt. (2).

Vide etiam L. 11. ff. de cust. et exhib. reor. L. 1. C. ubi de crimin. Nov. 134. c. 5.

(2) Concorda con l'art. 22. leg. proc. penal.

(d) *Extat in L. 26. ff. de poenis, ubi sic.* — Crimen, vel poena paterna nullam maculam filio infligere potest. Namque unusquisque ex suo admisso sorti subjicitur: nec alieni criminis successor constituitur. (3) ...

Vide L. 2. §. 2. in fin. §. 7. ff. de decurion. L. 7. in fin. ff. de Senator. L. 8. in fin. ff. de in jus voc. L. 34. in fin. ff. de rit. nupt. C. ne filius pro patre.

(3) Concorda generalmente con l'art. 1. leg. pen.

(e) *Extat in L. 7. C. de poenis, ubi sic.* — Impunitas delicti propter aetatem non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest.

Vide L. 6. ff. ad L. Cor. de Sicar. L. 16. §. 3. in fin. ff. de poenis. L. 23. §. 2. ff. de Ædil Edict. L. 23. ff. de furtis. L. 111. ff. de reg. jur. Vide supra — Aphor. 326.

(f) *Vide supra. — Aphor 395.*

(g) *Vide Domat. Legum Delectus. Tit. de usurpat. n. 18.* (4)

(4) Vedi l'art. 468. leg. pen. ove le circostanze attenuanti del dolo ne' delitti fan discendere a pena più mite.

(h) *Extat in L. 21. §. 9. ff. de furtis. ubi sic* — Si duo pluresve unum tignum furati sunt, quod singuli tollere non potuerint, dicendum est, omnes eos furti in solidum teneri; quamvis id contrectare, nec tollere solus posset, et ita utimur: neque enim potest dicere, pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei universos: sic fiet, singulos furti teneri.

Vide L. 51. ff. ad leg. Aquil. in fin. L. 7. in fin. ff de jurisd. L. 6. in princ. ff. arb. furtim caesar. (5)

(5) Vedi l'art. 51. leg. pen.; il contrario nell'art. 389. dette leg.

(i) *Extat in L. 11. §. 2. ff de poenis ubi sic.* — Delinquitur autem proposito, aut impetu, aut casu. Proposito delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem, cum per ebrietatem ad manus, aut ferrum venitur. Casu vero, (6) cum in venando telum in feram missum, hominem interfecit.

Vide L. 13. ff. eod.

(6) Vedi l'art. 375. leg. pen.

(k) *Extat in L. 16. ff. de poenis. ubi sic.* — Aut facta puniuntur, ut furta, cae-

403. Dementia statum non mutat (a).
404. De modicis non est curandum (b).
305. Demonstratio plerumque vice nominis fungitur (c).
406. Demonstratio factam rem, conditio futuram ostendit (d).
407. Demonstratio falsa non perimit legatum (e), et falsum in adsumptione demonstrationi certae non nocet (f).
408. Depositarii haeres in solidum de ejus dolo tenetur (g).
409. Depositarius praestat diligentiam qualem suis in rebus (h); immo magnam diligentiam (i): praestatque usuras, si res depositas in ejus usum

---

desque; aut dicta, ut convicia, et infidae advocationes; aut scripta, ut falsa, et famosi libelli; aut consilia, ut conjurationes, et latronum conscientia; quosque alios suadendo juvisse, scaeleris est instar. § 1. Sed haec quatuor genera consideranda sunt septem modis causa, persona, loco, tempore qualitate, quantitate, et eventu . . . .

Vide infra — Aphor. 1122.

(a) *Extat in L. 20. ff. de statu hom. ubi sic.* — Qui furere caepit, et statum, et dignitatem, in qua fuit, et magistratum, et potestatem videtur retinere: sicut rei suae dominium retinet. (1)

Vide L. 8. ff. de his qui sui. L. 8. §. 1. ff. de tutor. dat.

(1) L'interdetto è uguagliato al minore per la persona, e pei beni art. 432. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 4. ff. de in integr. restit. ubi sic.* — Scio illud a quibusdam observatum, ne propter satis minimam rem, vel summam, si majori rei, vel summae praejudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

Vide L. 9. in fin. ff. de dolo malo. L. 54. ff. de contrah. empt. L. 21 ff de except.

(c) *Extat in L. 34. in princ. ff. de condit. et demonstr. ubi sic.* — Nominatim alicui legatur ita, *Lucio Titio*; an per demonstrationem corporis, vel artificii, vel officii, vel necessitudinis, vel adfinitatis, nihil interest: nam demonstratio plerumque vice nominis fungitur; nec interest, falsa, an vera sit, si certum sit, quem testator demonstraverit (2).

Vide L. 90. ff. de leg. 3 L. 6. in fin. ff. de rei vind. L. 6. ff. de reb. cred. L. 33. in prin. ff. de condit. et demonstr.

(2) Vedi la nota all' Aforismo 571.

(d) *Extat in dict. L. 34. ff. de condit. et dem. §. 1. ubi sic.* — Inter demonstrationem, et conditionem hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, conditio futuram. (3)

(3) Vedi l'art. 1121. LL. CC. ove è definita la obbligazione condizionale quella, che si fa dipendere da un avvenimento futuro, ed incerto.

(e) *Vide infra. — Aphor. 630.*

(f) *Extat in L. 48. §. 3. ff. de haer. instit. ubi sic.* — Si in patre, vel patria, vel alia simili adsumptione falsum scriptum est; dum de eo, qui demonstratus sit, constet, institutio valet.

Vide L. 58. in fin. ff. eod. L. 4. C. de testam.

(g) *Extat in L. 7. §. 1. ff. depositi, ubi sic.* — Datur actio depositi in haeredem ex dolo defuncti in solidum. Quamquam enim alias ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte, quae ad nos pervenit, tamen hic dolus ex contractu, reique persecutione descendit; ideoque in solidum unus haeres tenetur; plures vero pro ea parte, qua quisque haeres est.

Vide L. 49. ff. de obl. et act. L. 18. ff. depos.

(h) *Fluit ex L. 32. ff. depos. ubi sic.* — Quod Nerva diceret, latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat: mihi verissimum videtur. Nam et si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in deposito praestat, fraude non caret: nec enim salva fide minorem iis, quam suis rebus diligentiam praestabit (4).

(4) Concorda con l'art. 1799. LL. CC.

(i) *Fluit ex L. 1. §. 5. ff. de obl. et act. ubi sic* — Is quoque, apud quem rem

converterit (a).

410. Depositae rei proprietas apud deponentem remanet (b).

411. Derogatur legi, cum pars detrahitur (c).

412. Derogatur generi per speciem (d).

413. Destructo principali, destruitur et accessorium (e).

414. Desuetudine lex abrogatur (f).

415. Determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pari forma determinare (g).

416. Detrahendum, quod extra bonorum quantitatem est (h).

417. Dictum unius testis, dictum nullius (i).

---

aliquam deponimus, re nobis tenetur; qui et ipse de ea re, quam acceperit, restituenda tenetur. (5) Sed is etiam, si negligenter rem custoditam amiserit, securus est, quia enim non sua gratia accipit, sed ejus, a quo accipit; in eo solo tenetur, si quid dolo perierit: negligentiae vero nomine ideo non tenetur, quia qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet: magnam tamen negligentiam placuit in doli crimine cadere. (6)

Vide §. *3. Instit. hoc tit. L. 20. ff. depos. L. 23. ff. de reg. jur. L. 32. ff. depos. L. 226. ff. de verb. sign.*

(5) Concorda con l'art. 1804. LL. CC.

(6) Vedi l'art. 1800 LL. CC. pe'casi di maggior diligenza, cui è tenuto il depositario.

(a) *Extat in L. 3. Cod. dep. ubi sic.* — Si depositi experiaris, non immerito etiam usuras tibi restitui flagitabis: cum tibi debeat gratulari, quod furti eum actione non facias obnoxium. Si quidem, qui rem depositam invito domino sciens, prudensque in usus suos converterit, etiam furti delicto succedit. (1)

Vide L. 4. L. 28. in fin. L. 25. §. 1. L. 29. ff. eod.

(1) Vedi l'art. 1802. LL. CC. con cui è vietato al depositario di far uso della cosa depositata.

(b) *Extat in L. 17. §. 1. ff. depositi, ubi sic.* — Rei depositae proprietas apud deponentem manet; sed et possessio; nisi apud sequestrem deposita est: nam tum demum sequester possidet: id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat. (2)

Vide L. 2. §. 1. ff. pro haered. L. 39. ff. de adquir. vel. amitt. possess.

(2) Vedi gli art. 1787. e 1794. LL. CC. con i quali nel contratto di deposito si suppone un proprietario della cosa che si deposita, ed un terzo che gliela deve restituire.

(c) *Vide infra. — Aphor. 1083.*

(d) *Vide infra. — Aphor. 718.*

(e) *Fluit ex L. 1. ff. de pecul. legat. ubi sic.* — Servo legato cum peculio, et alienato, vel manumisso, vel mortuo; legatum etiam peculii estinguitur.

Extat in L. 2. ff. eod. ubi sic. — Nam quae accessionum locum obtineut, extinguuntur, cum principales res peremptae fuerint (3).

Vide L. 19. in fin. ff. de dolo malo L. 129. in fine. L. 178. ff. de reg. jur. Instit. de legat. §. *17.*

(3) Concorda con l'art. 1180. LL. CC.

(f) *Extat in L. 32. in fin. ff. de legib. ubi sic.* — Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

Obstat. L. 2. C. quae sit longa consuet.

(g) *Vide summarium legis. 4. C. de impuber. in Accursio.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 117.*

(i) *Extat in L. 9. Cod. de testib.* §. *1. ubi sic.* — Simili modo sanximus, ut unius testimonium nemo judicum in quacumque causa facile patiatur admitti. Et nunc manifeste sancimus, ut unius omnino testis responsio non audiatur, etiamsi praeclarae Curiae honore praefulgeat.

Vide L. 20. ff. de quaestionib.

418. Die termini non adjecto in obligatione, praesenti die debetur (a).
419. Dies termini non computatur in termino (b).
420. Dies computatur pro viginti quatuor horis a media nocte ad mediam noctem sequentis diei (c).
421. Dies certe extiturus adjectus in obligationibus conditionem non facit; secus si incertus sit dies (d).
422. Dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis (e).
423. Die certa promissum, vel statim dari potest, totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur (f).
424. Difficile idem est ac morale impossibile (g).

(a) *Extat in L. 14. ff. de reg. juris. ubi sic.* — In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur; praesenti die debetur.

Fluit regula ex leg. 41. §. 1. ff. de verb. obl. ubi sic. — Quotiens autem in obligationibus dies non ponitur, praesenti die pecunia debetur: nisi si locus adjectus spatium temporis inducat; quo illo possit perveniri (1) . . . .

Vide etiam §. 2. Instit. de verb. oblig. L. 21. ff. quando dies legat.

(1) Vedi l'art. 1772. LL. CC. col quale può il giudice accordar un termine.

(b) *Fluit ex L. 101. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubi lex duorum mensium fecit mensionem, et qui sexagesimo et primo die venerit, audiendus est. Ita enim et Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit.

Et ex leg. 1. ff. si quis cautionib. ubi sic. — Vicena millia passuum in singulos dies dinumerari Praetor jubet, praeter eum diem, quo cautum promittitur, et in quam sistere judicium oportet: nam sane talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est. (2)

(2) Concorda con l'art. 1109. L. di proc. civ.

(c) *Extat in L. 8. ff. de feriis. ubi sic.* — More romano dies a media nocte incipit, et sequentis noctis media parte finitur. Itaque quidquid in his viginti quatuor horis id est duobus dimidiatis noctibus, et luce media actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset.

(d) *Fluit ex L. 46. ff. de leg. et fideic. 11. ubi sic.* — Si scripsisset, qui legabat, quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego; nec adjecit, praesens, in diemve, non dubitarem, quantum ad verborum significationem attineret, quin ea pecunia comprehensa non esset, cujus dies, moriente eo, qui testamentum fecisset, nondum venisset. Adjiciendo autem haec verba, praesens, in diemve, aperte mihi videtur ostendisse, eam quoque pecuniam legare voluisse.

Extat autem e contrario in L. 78. ff. de condit. et demonstr. ubi sic. — Dies incertus conditionem in testamento facit. (3)

De quo vide etiam L. 30. §. 4. in fin. ff. de legat. 1. L. 1. §. 2. ff. de condit. et demon. L. 4. in princ. L. 21. in princ. L. 22. in princ. ff. quando dies legat.

(3) Vedi gli art. 1121 1129. e 1130 LL. CC. ove la condizione deve dipendere da un avvenimento incerto, e futuro, e si ha per mancata, quando sia certo, che l'avvenimento non succeda.

(e) *Extat in L. 1. § 2. in fin. ff. de edendo, ubi sic.* — Nam dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis: rationes tamen cum die, et consule edi debent: quoniam accepta, et data non alias possunt apparere, nisi dies, et consul fuerit editus.

(f) *Extat in L. 70. ff. de solut. ubi sic.* — Quod certa die promissum est, vel statim dari potest: totum enim medium tempus ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur. (4)

Vide L. 38. §. 16. ff. de verb. obl. L. 137. §. 2. ff. eod.

(4) Vedi l'art. 1140. LL. CC. ove il termine si presume sempre stipulato a favore del debitore, se dalla stipulazione, o dalle circostanze non risulti essersi stipulato ugualmente a favor del creditore.

(g) *Fluit ex L. 137. §. 6. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Cum quis sub hac condi-

425. Differentia est inter conditionem, et demonstrationem (a).
426. Dignior ad se trahit minus dignum (b)
427. Dignitas domicilium non mutat, sed adjicit (c).
428. Dignitas major in sexu virili (d).
429. Dignitas, et honor non ascendit (e).
430. Dignitas est feminae a marito, filiae a patre (f).
431. Dignitas collata juris publici est (g).
432. Dignitas a patre profecta filio non aufertur per crimen patris (h)

---

tione stipulatus sit, si rem sacram, aut religiosam Titius vendiderit, vel forum, aut Basilicam, et hujusmodi res, quae publicis usibus in perpetuum relictae sint, ubi omnino conditio jure impleri non potest, vel id facere ei non liceat, nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea conditio, quae natura impossibilis est, inserta esset. Nec ad rem pertinet, quod jus mutari potest, et id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri; non enim secundum futuri temporis jus, sed secundum praesentis, aestimari debet stipulatio.

(a) *Extat in L. 34. §. 1. ff. de condit. et demons. ubi sic.* — Inter demonstrationem, et conditionem hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, conditio futuram.

(b) *Argum. leg. 10. ff. de statu hom. ubi sic.* — Quaeritur hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto ejus sexus aestimandum, qui in eo praevalet.

Vide L. 15. in fin. ff de test. L. 6. §. ult. ff. de liber. et posthum.

(c) *Extat in L. 11. ff. de Senat. ubi sic.* — Senatores, licet in urbe domicilium habere videantur; tamen et ibi, unde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur: quia dignitas, domicilii adjectionem potius dedisse, quam permutasse videtur (1).

Vide L. 2 Cod. ubi Senator. L. 23. ff. ad municipal.

(1) Concorda con l'art. 111. LL.CC. Altrimenti nell'art. 112. dette LL. ove l'accettazione degl'impieghi a vita porta la translazione del domicilio nel luogo, in cui l'impiego si esercita.

(d) *Extat in L. 1. ff. de Senator. ubi sic.* — Consulari faeminae utique consularem virum praeferendum, nemo ambigit. Sed vir praefectorius an consulari faeminae praeferatur, videndum. Putem praeferri: quia major dignitas est in sexu virili (2).

Vide Nov. 62. §. 2.

(2) Argomento dall' art. 906. LL. CC. ove i testimoni in un testamento debbono esser maschi.

(e) *Fluit ex dicta L. 1. de Senator. §. 1. ubi sic.* — Consulares autem faeminas dicimus consularium uxores: adjicit Saturninus, etiam matres; quod nec usquam relatum est, nec unquam receptum.

Vide Nov. 105. c. 2. in princ.

(f) *Extat in L. 8. ff. de Senator. ubi sic.* — Faeminae nuptae clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur. Clarissimarum faeminarum nomine senatorum filiae, nisi quae viros clarissimos sortitae sunt, non habentur. Faeminis enim dignitatem classimam mariti tribuunt: (3) parentes vero donec plebei nuptiis fuerint copulatae. Tamdiu igitur clarissima faemina erit, quamdiu senatori nupta est, vel clarissimo; aut separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nupsit.

Vide L. 5. ff. de curat. furios. L. 100. ff. de verb. sign. L. 13. C. de dignit. L. 1. C. eod. L. ult. C. de incolis. L. ult. §. 3. ff. ad municipalem.

(3) Argomento dall' art. 22. LL. CC. ove una nazionale maritandosi con uno straniero segue la condizione del marito.

(g) *Argum. leg. 20. ff. de officio praesidis ubi sic.* —, Legatus Caesaris, id est praeses, vel corrector provinciae, abdicando se, non amittit imperium.

Vide L. ult. C. de defensor. civit.

(h) *Extat in L. 34. §. 3. ff. de ritu nupt. ubi sic.* — Filiam senatoris nuptias libertini secutam, patris casus non faciat uxorem; nam quaesita dignitas liberis, pro-

433. Dilatio temporis non potest prius habere finem, quam principium (a).
434. Dilatio propter causam conceditur (b).
435. Dilatio favorem debitoris respicit, ideo qui aliquo anno dare promittit, quolibet anni die solvere potest (c).
436. Dilationis arbitrium judices absolute non habent (d).
437. Diligens custodia etiam vincire permittit (e).
438. Dissolvuntur res eodem modo, quo colligantur (f).
439. Divinare nemo tenetur (g).
440. Divisio non fit de rebus male quaesitis (h).

---

pter crimen patris auferenda non est. (1)
Vide L. 26. ff. de poenis.

(1) Argom. dall'art. 1. leg. pen. ove la pena è personale.

(a) *Argum. leg. 81. §. 9. ff. de legat. 1. ubi sic.* Cum statuliber sub conditione legatus est, et pendente conditione legati, conditio statutae libertatis deficit: legatum utile fit: nam sicut statuta libertas tunc perimit legatum, cum vires accipit, ita legatum quoque non ante perimi potest, quam dies cesserit ejus.

(b) *Fluit ex leg. 36. ff. de judic. in princ. ubi sic.* — Interdum ex justis causis, et ex certis personis sustinendae sunt cognitiones; veluti si instrumenta litis apud eos esse dicantur, qui reipubblicae causa aberunt; idque divi fratres in haec verba rescripserunt: humanum est propter fortuitos casus dilationem accipi; veluti quod pater litigator, filium, vel filiam, vel uxor virum, vel filius parentem amisit, et in similibus causis cognitionem ad aliquem modum sustineri (1).
Vide Nov. 115. c. 5. §. 1. vers. sancimus.

(1) Concorda con l'art. 1197. LL. CC. eccettuati i casi negli art. 1141. delle LL. e 218 leg. pr. civ.

(c) *Extat in L. 70. ff. de solut. supra exscript. n. 423.*
Et in L. 50. ff. de obl. et act. ubi sic. — Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est, quolibet ejus anni die dandi (2).
Vide L. 137. §. 2. ff. de verb. obl. L. 17. ff. de reg. jur.

(2) Vedi l'art. 1140. LL. CC. ove il termine si presume sempre stipulato a favor del debitore, quando non vi sia patto in contrario.

(d) *Extat in L. 1. circ. med. C. de dilation. ubi sic.* — Quod ita constitutum judicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sit concessum intelligant dandae dilationis arbitrium, sed eamdem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitaverit, et necessitas desideratae instructionis exegerit, non facile amplius, quam semel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam. (3)
Vide L. 7. L. ult. ff. de feriis.

(3) Vedi il cit. art. 1197. LL. CC. ove possono i giudici secondo le circostanze accordar dilazione al pagamento. Vedi però l'eccezioni negli articoli 1141, e 218. leg. pr. civ.

(e) *Extat in L. 1. §. 7. ff. de fugitivis, ubi sic.* — Diligens custodia etiam vincire permittit.

(f) *Vide infra. — Aphor. 1260* (4).

(4) Argomento dall'art. 1088. LL. CC.

(g) *Extat in L. 31. in fine. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Quod si nullum iter erit, dolum dumtaxat praestare debet, nec immittat in eum, quum viderit transeuntem: nam culpa ab eo exigenda non est, cum divinare nemo potuerit, an per eum locum aliquis transiturus sit.
Vide L. 29. §. 2. ff. mand. L. 4. §. 23. ff. de dol. mal. et met. except.

(h) *Extat in L. 4. §. 2. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Sed et si quid ex peculatu, vel ex sacrilegio adquisitum erit, vel vi, aut latrocinio, aut adgressura, hoc non dividetur.

441. Divisione facienda servitus alteri fundorum imponi potest (a).

442. Divisione facienda non conferuntur erogata studiorum causa (b): in omni autem divisione praeteriti temporis fructus veniunt (c).

443. Divisio constat tum rebus, et praestationibus, quae sunt personales actiones (d), tum etiam cautionibus portionum (e).

444. Divisione impossibili fit adjudicatio uni tantum (f).

445. Divisio facta inter cohaeredes absenti cohaeredi non nocet (g).

446. Divisio pro emptione est (h).

(a) *Extat in L. 22. §. 3. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Sed etiam, cum adjudicat, poterit imponere aliquam servitutem, ut alium alii servum faciat ex iis, quos adjudicat: sed si pure alii adjudicaverit fundum, alium adjudicando, amplius servitutem imponere non poterit (1).

Vide L. 7. §. 1. L. 18. ff. comm. divid.

(1) Vedi l'art. 751. LL. CC. ove s'inculca di evitarsi per quanto sia possibile di smembrare i fondi nella formazione delle quote de'condividenti.

(b) *Extat in L. 50. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Quae pater filio emancipato studiorum causa peregre agendi subministravit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portionis, quae ex defuncti bonis ad eumdem filium pertinuit, computari aequitas non patitur. (2)

(2) Concorda coll'art. 771. LL. CC.

(c) *Extat in L. 56. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Non solum in finium regundorum, sed et familiae aerciscundae judicio, praeteriti quoque temporis fructus veniunt (3).

Vide L. 44. §. 3. ff. eod. L. 9. L. 17. C. eod. L. 4. §. 2. ff. fin. reg. L. 4. §. 3. ff. comm. divid.

(3) Vedi l'art. 775. LL. CC. ove i frutti, e gl' interessi delle cose soggette a collazione si debbono soltanto dal giorno, in cui si è aperta la successione.

(d) *Extat in L. 22. §. 4. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Familiae erciscundae judicium ex duobus constat, id est, rebus, atque praestationibus, quae sunt personales actiones. (4)

Vide L. 4. §. 3. ff. commod. divid.

(4) Concorda con l'art. 752. LL. CC.

(e) *Extat in L. 25. §. 20. 21. fam. ercisc. ubi sic.* — §. 20. — Iudex familiae erciscundae nihil debet indivisum relinquere — §. 21. Item curare debet, ut de evictione caveatur his, quibus adjudicat. (5)

Vide L. 14. C. eod. L. 5. in fin. ff. de verb. obl.

(5) Concorda con l'art. 804. LL. CC.

(f) *Extat in L. 55. ff. fam. ercisc. ubi sic* — Si familiae erciscundae, vel communi dividundo judicium agatur, et divisio tam difficilis sit, ut pene impossibilis esse videatur, potest judex in unius personam totam condemnationem conferre, et adjudicare omnes res (6).

Vide L. 22. §. 1. ff eod.

(6) Vedi l'art. 746. LL. CC. ove in questo caso si fa la vendita sub hasta.

(g) *Extat in L. 17. Cod. fam. ercisc. ubi sic.* — Coheredibus divisionem inter se facientibus, juri absentis, et ignorantis minime derogari, ac pro indiviso portionem eam, quae initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus eum retinere, certissimum est. Unde portionem tuam cum redditibus arbitrio familiae erciscundae percipere potes, ex facta inter coheredes divisione nullum praejudicium timens. (7)

Vide L. 2. §. 4. L. 43. ff. fam. ercisc. L. 8. prin. ff. commun. divid.

(7) Concorda con l'art. 759. in fine LL.CC. altrimenti se la divisione si fosse fatta giudizialmente cit. art. in princ. ed art. 736. 738. 757. dette LL.

(h) *Extat in L. 1. Cod. communia utriusq. jud. ubi sic.* — Divisionem praediorum vicem emptionis obtinere placuit. (8)

Vide L. 20. §. 3. ff. fam. ercisc.

(8) Vedi l' art. 803. LL. CC. ove il coerede diviso si reputa solo, ed immediato successore de' beni della sua quota.

447. Divisio bonorum est permutatio, et est condividentis periculo nomen, quod per divisionem ei obtingit (a).
448. Divisorium judicium locum habet, licet unus ex condominis petat (b).
449. Divisorio judicio unusquisque condividentium est actor, et reus (c).
450. Dixisse non videtur, quod quis mente non agitaverit (d).
451. Doli clausola ad non expressa pertinet (e).
452. Doli exceptio repellit vindicantem rem, quam quis vendidit (f).
453. Dolo non facit, qui suum recipit, et suo jure utitur (g).
454. Dolo caret, qui errore petit (h).
455. Dolo facit, qui petit, quod mox restituturus est (i).

(a) *Extat in L. 77. §. 18. ff. de legat. II. ubi sic.* — Haereditatem post mortem suam rogati restituere nominum periculo, quae per divisionem obtigerunt, inter coheredes interpositis delegationibus, non adstringuntur: non magis, quam praediorum, cum permutatio rerum discernens communionem interveniet.

Vide L. 4. ff. de haer. vel act. vend. L. 74. §. 3. ff. de evict. (1).

(1) Vedi l' art. 806. LL. CC. ove il coerede dopo 5 anni dalla divisione più non garantisce al coerede assegnatario di una rendita la solvibilità del debitore della medesima, nè vi è luogo a garentia, quando l'insolvibilità sopravvenga all' ultimata divisione.

(b) *Extat in L. 8. in princ. ff. commun. divid. ubi sic.* — Etsi non omnes, qui rem communem habent, sed certi ex his dividere desiderant, hoc judicium inter eos accipi potest.

Extat in L. 43. ff. fam. ercisc ubi sic. — Arbitrium familiae ereiscundae vel unus petere potest: nam provocare apud judicem vel unum haeredem posse, palam est. Igitur et praesentibus caeteris, et invitis poterit vel unus arbitrum poscere (2).

Vide L. 2. §. penult. ff. eod.

(2) Concorda coll'art. 734. e 735. LL. CC.

(c) *Vide Supra. — Aphor. 35.*

(d) *Extat in L. 7 in fin. ff. de supellectili legato, ubi sic.* — Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari solet; nam vocis ministerio utimur: caeterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit....

(e) *Argum. legis. 110. ff. de verb. obl.*

(f) *Extat in L. 17. ff. de evictionibus, ubi sic.* — Vindicantem venditorem rem, quam ipse vendidit, exceptione doli posse submoveri, nemini dubium est, quamvis alio jure dominium quaesierit: improbe enim rem a se distractam evincere conatur. Eligere autem venditor potest, utrum rem velit retinere, intentione per exceptionem elisa an potius, re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi.

Vide L. 72. ff. de rei vind. L. 1. in princ. ff. de except. rei vend. L. 10 ff. de distract. pign. L. 4. §. 32. ff. de doli mali except. L. 1. et 2. ne fiscus.

(g) *Extat in L. 129. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.

Fluit regula ex L 6. § 6. et 7. L. 24. ff. quae in fraud. credit.

Extat etiam in L. 35. ff. de reg. juris. ubi sic. — Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

Haec regula fluit ex L 26. ff. de damn. inf. L. 1. §. 12. ff. de aqua. L. 3. §. 7. ff. de incend. L. 9. §. 1. ff. de condict. causa data. L. 51. ff. pro socio.

(h) *Extat in L. 177. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo videtur dolo exsequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere

Fluit regula ex L. 2 §. 5. ff. de doli mali except.

(i) *Extat in L. 8 ff. de doli mali, et met. except. in princ. ubi sic* — Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

Vide L. 2. §. 5. ff. eod.

Extat quoque in L. 173. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic. — Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

456. Dolo caret, qui imperio magistratus paruit (a).
457. Dolorem justum difficillimum est temperari (b).
458. Dolosa persuasio non minus malum est, quam violenta coactio (c).
459. Dolosi contractus haeredes in solidum obligant (d).
460. Dolum non praestandi pactum non valet (e).
461. Dolus cum dolo compensatur (f).
462. Dolus tutoris pupillo non nocet (g).

(a) *Exta. in L. 167. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse est.

Fluit regula ex L. 7. §. 4. ff. de jurisd. L. 7. §. 2. in fin. ff. de minor. L. ult. in fin. ff. de leg. commiss. L. 4. in princ. ff. de aqua L. 13. §. 2. ff. de injur.

(b) *Extat in L. 38. §. 8. ff. ad leg. Jul. de adult. ubi sic.* — Imperator Marcus Autoninus, et Commodus filius rescripserunt; si maritus uxorem in adulterio deprehensam, impetu tractu doloris interfecerit; non utique legis Corneliae de Sicariis poenam excipiet. Nam et D. Pius in haec verba rescripsit Apollonio. Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest: cum sit difficillimum, justum dolorem temperare; et quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit: sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi, si qui honestior, in insulam relegari.

(c) *Extat in L. 1. §. 3. ff. de servo corrupto ubi sic.* — Persuadere autem est plus, quam compelli, atque cogi sibi parere. Sed persuadere τῶν μέσων ἐστὶν id est ex mediis (scilicet verbis) est: nam et bonum consilium quis dando potest persuadere, et malum; et ideo Praetor adjecit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret; neque enim delinquit, nisi qui tale aliquid servo persuadet, ex quo eum faciat deteriorem....

(d) *Extat in L. 152. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In contractibus, in quibus doli praestatio, vel bona fides inest, haeres in solidum tenetur.

Item in L. 157. §. 2. ff. eod. ubi sic. — In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur hoc est, unusquisque pro ea parte, qua haeres est.

Fluit regula ex L. 7. §. 1. ff. depositi.

(e) *Extat in L. 23. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt; quidam, et dolum, et culpam. . . . . Sed haec ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit; legem enim contractus dedit: excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenit, ne dolus praestetur; hoc enim bonae fidei judicio contrarium, et ita utimur....

Fluit regula ex L. 27. §. ff. de pact. L. 17 in princ. ff. commod. L. 1. §. 7. ff. depositi.

(f) *Extat in L. 3. §. 3. ff. de eo, per quem factum erit, ubi sic.* — Si et stipulator dolo promissoris, et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit, quominus ad judicium veniret: neutri eorum praetor succurrere debebit; ab utraque parte dolo compensando.

Vide L. 36. ff. de dolo malo L. 57. ff. de contr. empt. L. 39. in fin. ff. soluto. matrim. L. 1. §. 2. ff. ne quis eum.

(g) *Extat in L. 198. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Neque in interdicto, neque in caeteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.

Fluit reg. ex L. 3. et 4. ff. quando ex fact. tutor.

463. Dolus probandus est (a).

464. Dolus, et lata culpa in omnibus contractibus praestantur (b).

465. Dolus est, vel obscure loqui, vel obscure dissimulare (c).

466. Dolus malus fit calliditate, et fallacia, et quoties circumveniendi alterius causa aliud agitur, et aliud agi simulatur (d).

467. Dolus praestatur ab eo, qui sine suo commodo, sed alieno quid agit; culpa vero ab eo, qui suo, et alieno (e).

468. Dolus ex facto apparet (f).

469. Dolus auctoris in causa lucrativa possessori nocet (g): non nocet bonae fidei possessori (h).

470. Dolus re ipsa praestatur (i).

(a) *Extat in L. 6. Cod. de dolo malo, ubi sic.* — Dolus ex judiciis perspicuis probari convenit (1).

Vide L. 6. ff. de prob. L. 2. §. 2 ff. de doli mal. except. L. 18. §. 1. ff. de probat.

(1) Concorda con l'art. 1070 LL. CC. in fine.

(b) *Vide supra. — Aphor. 339.*

(c) *Extat in L. 43. §. 2. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Dolum malum a se abesse praestare venditor debet, qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam qui insidiose, obscure dissimulat.

(d) *Extat in L. 7. §. 9. ff. de pactis ubi sic.* — Dolo malo ait Praetor pactum se non servaturum. Dolus malus fit calliditate, et fallacia; et ut ait Pedius, dolo malo pactum fit, quotiens circumscribendi alterius causa, aliud agitur, et aliud agi simulatur. (2).

Vide L. 1. §. 2. ff. de dolo.

(2) Vedi l'art. 1070 LL. CC. ove il dolo deve risultare da rigiri evidentemente tali, che senza di essi l'altra parte non avrebbe contrattato.

(e) *Extat in L. 108. §. 12. ff de legat. 1. ubi sic.* — Cum quid tibi legatum, fidei tuae commissum sit, ut mihi restituas: siquidem nihil praeterea ex testamento capias, dolum malum duntaxat in exigendo eo legato, alioquin etiam culpam te mihi praestare debere, existimavit: sicut in contractibus fidei bonae servatur, ut si quidem utriusque contrahentis commodum versetur, etiam culpam; sin unius solius, dolus malus tantummodo praestetur.

Vide L. 5. §. 2. ff. commod.

(f) *Extat in L 1. §. 2. ff. de doli mal except ubi sic.* — Sed an dolo quid factum sit, ex facto intelligitur (3).

(3) Concorda con l'art. 1070. LL. CC. in fine.

(g) *Extat in L. 4. §. 29 ff. de doli mali except. ubi sic.* — Si quis autem ex causa legati vindicet, aut is, cui ex causa donationis res praestita est, vindicet, an de dolo exceptionem patiatur ex causa ejus, in cujus locum successerit? Et magis putat Pomponius summovendum, et ego puto, exceptione eos esse repellendos cum lucrativam causam sint nacti. Aliud autem est enim emere, aliud ex his causis succedere.

Et in §. 31. ff. ejusdem legis. ubi sic. — Auctoris autem dolus (sicut diximus) emptori non objicitur. Sed hoc in emptore solo servabimus: item in eo, qui permutaverit, vel in solutum accepit; item in similibus, qui vicem emptorum continent. . . . . Proinde ex quacunque alia causa, quae prope lucrativam habet adquisitionem, quaesiisse quis videatur, patietur exceptionem doli ex persona ejus, in cujus locum successit.

(h) *Extat in dicto §. 31. in fin ff. de doli mali except. ubi sic.* — Sufficit enim, si is, qui pretium dedit, vel vice pretii; cum sit bona fide emptor, ut non patiatur doli exceptionem ex persona auctoris; utique si ipse dolo caret. Caeterum si ipse dolo non careat, pervenietur ad doli exceptionem, et patietur de dolo suo exceptionem.

(i) *Extat in L. 36. in fin. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Idem est, et si nullus do-

471. Domicilium re, et facto transferri debet (a).
472. Domicilium militis est ubi meret, si nihil in patria possideat (b).
473. Domicilium, et domus est, ubi summa rerum est (c).
474. Domicilium facit incola (d): item facit dignitas (e).
475. Dominium non aufertur nisi in poenam (f).
476. Dominium rei legatae transit sine traditione (g).
477. Dominium rei venditae non transmittur ad emptorem nisi soluto, aut satisdato pretio (h).

---

lus intercessit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet; cum enim quis petat ex ea stipulatione, hoc ipse dolo facit, quod petit.

Vide L. 2. §. 3. et. 5. ff. de doli mali except.

(a) *Extat in L. 20. ff. ad Municipal. ubi sic.* — Domicilium re, et facto transfertur, non nuda contestatione; sicut in his exigitur, qui negant se posse ad munera, ut incolas, vocari (1).

Vide L. 3. L. 4. ff. quod. cujuscunque universit. L. 3 ff de decret. ab ordine L. 1. 46. C. de decurion L. 160 §. 1. ff. de r. j. L. 2. §. 5. in fin. C. de jurejur. propter calumn.

(1) Concorda con l'art. 108. LL. CC.

(b) *Extat in L. 23. §. 1. ff. ad Municipal. ubi sic.* — Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret, si nihil in patria possideat. (2)

(2) Vedi gli art. 111. e 112. LL. CC. ove il cittadino chiamato a pubblico impiego rivocabile conserva il suo primiero domicilio, se non vi è sua contraria dichiarazione. Gl' impieghi poi a vita portano l'immediata traslazione del domicilio nel luogo, ove si esercita l'impiego.

(c) *Extat in L. 203. circ. med. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Sed de ea re constitutum esse, eam domum unicuique nostrum debere existimari, ubi quisque sedes, et tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset.

Et in L. 7. C. de incolis, ubi sic. — Cives quidem origo, manumissio, allectio, vel adoptio, incolas vero (sicut et Divus Adrianus Edicto suo manifestissime declaravit) domicilium facit. Et in eodem loco singulos habere domicilium, non ambigitur, ubi quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit; unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet: unde cum profectus est, peregrinari videtur: quod si rediit, peregrinari jam destitit. (3)

Vide L. 1. §. 2. ff. de agnosc. lib. L. 5. §. 2. ff. de injur. L. 27. §. 1. ff. ad Municipal.

(3) Concorda con l'art. 107. LL. CC.

(d) *Extat in exscripta L. 7. C. de incolis.* — *Aphor. 473.*

(e) *Extat in L. 8. C. de incolis ubi sic.* — Senatores in sacratissima urbe domicilium dignitatis habere videntur. (4).

Vide L. 2. ff. ubi Senat. L. 22. §. penult. ff. ad Municipal.

Vide tamen supra — Aphor. 427.

(4) Concorda con l'art. 112. LL. CC.

(f) *Argum. legis 11. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Id, quod nostrum est, ad alium transferri non potest.

Vide gloss. ad dict. leg. — Vinnium Institut. de rer. div. §. 41. n. 1.

(g) *Vide infra. — Aphor. 1053.*

(h) *Extat in L. 19. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Quod vendidi non aliter fit accipientis, quam si aut pretium solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori sine ulla satisfactione (5).

Vide L. 53. ff. eod. — Instit. §. 41. de rer. divis. L. 38. §. 2. ff. de liber. caus.

(5) Abrogato dall'art. 1428 LL. CC. Vedi però l'art. 1458. ove il venditore non è tenuto alla tradizione della cosa, se il compratore non ne paghi il prezzo, ed il venditore non gli abbia accordato dilazione al pagamento.

478. Dominium transfertur tale, quale apud transferentem erat (a).

479. Dominium a possessione saepe fluit (b) et possessio praesumptionem facit proprietatis (c).

480. Dominium rerum transfertur per traditionem, et juxtam causam simul (d). Non transfertur nudis pactis sine traditione (e).

481. Dominium fundi traditi pertinet ad primum ex duobus emptoribus successivis (f).

482. Dominus directus jus habet praelationis in alienatione dominii utilis (g).

(a) *Extat in L. 20. in princ. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Traditio nihil amplius transferre debet, vel potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuit, id tradendo transfert: si non habuit, ad eum, qui accipit, nihil transfert. §. 1. Quotiens autem dominium transfertur, ad eum, qui accipit, tale transfertur, quale fuit apud eum, qui tradit (1).

Vide L. 67. ff. de contrah. emptione. L. 3. in fin ff. de pignor. L. 54. et 120. ff. de reg. jur.

(1) Concorda con l'art. 2076 e 1460 LL. CC. e con l'art. 70. legge de' 28 Dicembre 1828.

(b) *Extat in L. 1. ff. de adquir. vel. amitt. possess. §. 1. ubi sic.* — Dominiumque rerum ex naturali possessione coepisse Nerva filius ait: ejusque rei vestigium remanere de his, quae terra, mari, caeloque capiuntur: nam haec protinus eorum fiunt, qui primi possessionem eorum apprehenderint . . . .

(c) *Vide Domat. Leg. Civ. hoc. tit* (2).

(2) Concorda con l'art. 2136. LL. CC.

(d) *Extat in L. 31. in princ. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Nunquam nuda traditio transfert dominium; sed ita; si venditio, aut aliqua juxta causa praecesserit, propter quam traditio sequeretur.

Vide L. 9. §. 3. ff. eod L. 3. §. 10. ff. de don. inter. vir. et ux.

(e) *Extat in L. 20. C. de pactis, ubi sic.* — Traditionibus, et usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. (3)

Vide L. 2. C. de crimin. stell. L. 7. in fin. ff. pro empt. L. 9. C. de donat. inter. vir. et ux L. 31. pr. ff de adquir. rer dom. L. 15. C. de rei vindic. L. 3. ff de usurp. et usucop. L. 1. ff. de pigner. act. L. 10. C. de pactis.

(3) Vedi gli art. 862. e 1428. LL. CC. ove col solo consenso, ed anche senza la tradizione si trasmette la proprietà al donatario, ed al compratore.

(f) *Extat in L. 15. C. de rei vindic. ubi sic.*—Quotiens duobus in solidum praedium jure distrahitur; manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem (4). . . .

Vide L. 72. ff. hoc tit. L. 9. §. 4. ff. de public. in rem. act. L. 14. ff. qui potior. L. 31. in fin. ff. de act empti, et vendit. L. 6. C. de haered. vend.

(4) Concorda con l' art. 2081. LL. CC.

(g) *Extat in L. 3. C. de jure emphyteutico ubi sic.* — Cum dubitabatur, utrum emphyteuta debeat cum domini volontate suas meliorationes, quae graeco vocabulo. ἐμπονήματα dicuntur, alienare, vel jus emphyteuticum in alium transferre, an ejus expectare consensum? Sancimus, si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas observari. Sin autem nullo modo hujusmodi pactio interposita est, vel forte instrumentum emphyteuseos deperditum est: minime licere emphytentae sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, vel jus emphyteuticum transferre. Sed ne hac occasione accepta, domini minime concedant emphyteutas suos accipere pretia meliorationum, quae invenerunt, sed eos deludant, et ex hoc commodum emphyteutae depereat; di-

483. Dominus directus idem privilegium habet super fructibus fundi emphytheuticarii, quod dominus utilis (a).

484. Domum suam unusquisque reficere potest, dummodo non officiat invito alteri, in quo jus non habet (b).

485. Domus tutissimum refugium est cuique (c).

486. Domo empta, cum partes ignorarent combustam esse, nihil venisse videtur, quamvis area maneat; et pecunia soluta condici potest (d).

---

sponimus attestationem domino transmitti; et praedicere, quantum pretium ab alio revera accipi potest. Et si quidem dominus hoc dare maluerit, et tantam praestare quantitatem, quantam ipse revera emphyteuta ab alio recipere potest, ipsum dominum omnimodo haec comparare. Sin autem duorum mensium spatium fuerit emensum, et dominus hoc facere noluerit: licentia emphyteutae detur, ubi voluerit, et sine consensu domini meliorationes suas vendere: his tamen personis, (*) quae non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad hujusmodi venire emptionem. Necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum praefatum modum vendito sit, accipere emphyteutam: vel si jus emphyteuticum ad personas non probibitas, sed concessas idoneas ad solvendum emphyteuticum canonem transferre empbyteuta maluerit: non contradicere, sed novum empbyteutam in possessionem suscipere, non per procuratorem, ipsos dominos per se, vel literas suas, vel si hoc non potuerint, vel noluerint; per dispositionem in hac quidem civitate apud virum clarissimum Magistrum censuum, vel praesentibus tabulariis per attestationem, in provinciis autem per Praesides, vel defensores celebrandam. Et ne avaritia tanti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagiteut; quod usque ad praesens tempus perpetrari cognovimus, non amplius eis liceat pro subscriptione sua, vel depositione, nisi quinquagesimam partem pretii, vel aestimationis loci, qui ad aliam personam transfertur, accipere. Sin autem novum emphyteutam, vel emptorem meliorationis suscipere minime dominus maluerit, et attestatione facta, intra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutae etiam non consentientibus dominis ad alios suum jus, vel emphyteumata transferre. Sin autem aliter fuerit versatus, quam nostra constitutio disposuit, jure emphyteutico cadat. (5)

(*) Vide L. 135. §. 3. ff. de v. o.

(5) Concorda con l'art. 1691. e seq. LL. CC.

(a) *Vide Fabr. Cod. hoc. tit.*

(b) *Extat in L 61 ff. de reg. jur. ubi sic.* — Dumum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet.

(c) *Extat in L. 103. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Nemo de domo sua extrahi debet.

Excipe L. 31. C. de decur. Nov. 134. c. 5.

Extat quoque in L. 18. ff. de in jus vocando, ubi sic. — Plerique putaverunt nullum de domo sua in jus vocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium, atque receptaculum sit; eumque, qui inde in jus vocaret, vim inferre videre (1).

(1) Argom. dall'art. 864. L. di pr. civ. ove è vietato l'arresto nella casa di abitazione del debitore.

(d) *Extat in L. 57. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Dumum emi, cum eam, et ego, et venditor combustam ignoremus, Nerva, Sabinus, Cassius nihil venisse, quamvis area maneat: pecuniam solutam condici posse ajunt. Sed si pars domus maneret, Neratius ait, in hac quaestione multum interesse, quanta pars domus incendio consumpta permaneat, ut si quidem amplior domus pars exusta est, non compellatur emptor perficere emptionem; sed etiam, quod forte solutum ab eo est, repetet. Sin vero vel dimidia pars, vel minor, quam dimidia exusta fuerit; tunc coarctandus est emptor venditionem adimplere, aextimatione viri boni arbitratu habita, ut quod ex pretio propter incendium decrescere fuerit in-

487. Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur (a).
488. Donasse videtur, qui consulto solvit (b).
489. Donata non confert, qui ab haereditate se abstinet (c).
490. Donatam rem omittens non donat ei, ad quem res perventura est (d).
491. Donatarius accipiens fit dominus (e).
492. Donatarius non tenetur de aere alieno, sed haeres (f).

---

ventum, ab hujus praestatione liberetur. §. 1. Sin autem venditor quidem sciebat domum esse exustam, emptor autem ignorabat, nullam venditionem stare; si tota domus ante venditionem exusta sit: si vero quantacumque pars aedificii remaneat, et stare venditionem, et venditorem emptori, quod interest, restituere. §. 2. Simili quoque modo ex diverso tractari oportet, ubi emptor quidem sciebat, venditor autem ignorabat. Et hic enim oportet, et venditionem stare, et omne pretium ab emptore venditori, si non depensum est, solvi: vel, si solutum sit, non repeti. §. 3. Quod si uterque sciebat, et emptor, et venditor, domum esse exustam totam vel ex parte, nihil actum fuisse; dolo inter utramque partem compensando; et judicio, quod ex bona fide descendit, dolo ex utraque parte veniente, stare non concedente. (1)

Vide L. 41. in fin. ff. eod. L. ult. §. 3. in fin. ff. de eo per quem factum.

(1) Vedi gli art. 1489. e seguenti LL. CC. circa i vizi della cosa venduta noti, o ignoti ai contraenti.

(a) *Extat in L. 82. ff. de reg. juris ubi sic.* — Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur. (2)

Fluit regula ex L. 29. ff de donat. in princ. ubi sic. — Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur.

Vide L. 67. §. 1. ff. de legat. 2. L. 18. in fin. ff. de adim. vel transf. legat. L. 47. ff. de oper. liber. L. 6. C. de revoc. donat.

(2) Vedi l'art. 813. LL. CC. ove la donazione è una disposizione di beni a titolo gratuito.

(b) *Extat in L. 53. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cujus per errorem dati repetitio est, cujus consulto dati donatio est (3).

Fluit regula ex L. 1. in fin. L. 26. §. 3. et L. 9. C. de condict. indeb. L. 7. § 2. ff. pro emptore.

(3) Argomento in contrario senso dall' art. 1331. LL. CC. ove il solo errore dà ragion alla ripetizione di un debito pagato.

(c) *Extat in L 25. C. fam. ercisc. ubi sic.* — Ex causa donationis, vel aliunde tibi quaesita, si avi successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes (4).

Vide L. 18. Cod. eod. L. 13. Cod. de collat.

(4) Concorda con l'art. 764. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 5. §. 13. ff. de donat. inter. vir. et ux. ubi sic.* — Si maritus haeres institutus repudiet haereditatem donationis causa, Iulianus scripsit lib. XVII. Digestorum donationem valere: neque enim pauperior fit, qui non adquirat, sed qui de patrimonio suo deposuit. Repudiatio autem mariti mulieri prodest, si vel substituta sit mulier, vel etiam ab intestato haeres futura. §. 14. — Simili modo, et si legatum repudiet, placet nobis, valere donationem, si mulier substituta sit in legato, vel etiam si propones eam haeredem institutam.

Vide L. 1. C. ad leg. Falc. L. 9. §. 5. ff. de juris, et fact ignor.

(e) *Argum. L. 19. §. 3. ff. de donat.* (5)

(5) Concorda con l'art. 862. LL. CC.

(f) *Extat in L. 15. C. de donat. ubi sic.* — Æeris alieni, quod ex haereditaria causa venit, non ejus, qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est. Si itaque nemini obligata praedia per donationem consecuta es, supervacuam geris solicitudinem, ne vel haeredes dona-

493. Donatae rei fructus non sunt in donatione (a).
494. Donatae rei usurae propter moram non debentur (b).
495. Donatio inter virum, et uxorem non valet (c).
496. Donatio cui fieri non potest, nec per interpositas personas fieri potest (d).
497. Donatio valet etiam si deficiat causa donandi; non vero conditio (e).
498. Donatio non valet post contractum capitale crimen, nisi condemnatio secuta sit (f).

---

tricis, vel ejus creditores te jure possit convenire.

Et in L. 24. C. eod. ubi sic. — Si patri tuo haeres non extitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse jura tua laedi, manifestissimi juris est.

Vide L. 14. C. de rei vind. L. 1. §. 16. ff. ad SC. Trebell. L. ult. C. de haered. act. L. ult. in fin. ff. de contrah. empt. Vide tamen L. 149. ff. de r. j. (6).

(6) Concorda per argomento in senso inverso dall'art. 795 LL. CC. ove il solo successor a titolo universale concorre al pagamento de'debiti. E dall'art. 869. delle LL. ove è necessario aggiungersi nella donazione un espressa condizione di pagarsi dal donatario determinati debiti.

(a) *Extat in L. 9. §. 1. ff. de donat. ubi sic.* — Ex rebus donatis fructus perceptus in rationem donationis non computatur. Si vero non fundum, sed fructus perceptionem tibi donem: fructus percepti venient in computationem donationis (1).

(1) Vedi l'art. 845. LL. CC. ove nel caso della riduzione di una donazione il donatario non restituirà i frutti percepiti prima della morte del donante.

(b) *Argum. L. 22. §. 2. ff. de legat. 3.* (2).

(2) Vedi il cit. art. 845. LL. CC.

(c) *Extat in L. 1. ff. de donat. inter. vir. et uxor. ubi sic.* — Moribus apud nos receptum est, ne inter virum, et uxorem donationes valerent. Hoc autem receptum est, ne mutuato amore invicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate (3).

Vide L. 3. L. 31. §. 7. ff. eod. Novell. 74. c. 4. in fin.

(3) Vedi l'art. 1050. LL. CC. ove la donazione fra conjugi vale; ma è rivocabile.

(d) *Extat in L. 5. §. 2. ff. de donat. inter. vir. et uxor. ubi sic.* — Generaliter tenendum est, quod inter ipsos, aut qui ad eos pertinent, aut per interpositas personas, donationis causa, agatur, non valere: (4) quod si aliarum extrinsecus rerum, personarumve causa commixta sit, si separari non potest, nec donationem impediri, si separari possit, caetera valere; id, quod donatum sit, non valere.

Vide L. 3. §. 6. ff. eod.

(4) Concorda con l'art. 1053 LL. CC.

(e) *Extat in L. 2. §. 7. ff. de donat. ubi sic.*—Titio decem donavi ea conditione, ut inde Stichum sibi emeret. Quaero cum homo, antequam emeretur, mortuus sit; an aliqua actione decem recipiam? Respondit facti magis, quam juris quaestio est: nam si decem Titio in hoc dedi, ut Stichum emeret, aliter non daturus, mortuo Sticho, condictione repetam: si vero alias quoque donaturus Titio decem, quia interim Stichum emere proposuerat, dixerim, in hoc me dare, ut Stichum emeret: causa magis donationis, quam conditio dandae pecuniae, existimari debebit; et mortuo Sticho, pecunia apud Titium remanebit.

Extat etiam in L. 3. ff. eod. ubi sic. — Et generaliter hoc in donationibus definiendum est: multum interesse, causa donandi fuit, an conditio: si causa fuit, cessare repetitionem: si conditio, repetioni locum fore. (5)

(5) Arg. dall'art. 878 LL. CC. ove la rivocazione può aver luogo soltanto per causa dell'inadempimento delle condizioni, colle quali è stata fatta, o per causa d'ingratitudine, o per la sopravvegnenza de'figli.

(f) *Extat in L. 15. ff. de donat. ubi sic.* — Post contractum capitale crimen do-

499. Donatio remuneratoria non est donatio, sed officiorum merces. Remunerare non est donare, sed solvere (a).

500. Donatio revocatur supervenientibus filiis (b), et ob ingratitudinem (c).

501. Donationes mortis causa exaequatae sunt legatis (d). Morte con-

---

nationes factae non valent, ex constitutione Divorum Severi, et Autonini, nisi condemnatio secuta sit. (6)

(6) Concorda con l'art. 26. LL. CC.

(a) *Extat in L. 19. §. 1. ff. de donat. ubi sic.* — Labeo scribit, extra causam donationum esse talium officiorum mercedes; ut puta, si tibi adfuero; si satis pro te dedero: si qualibet in re, opera, vel gratia mea usus fueris.

Et in L. 34. §. 1. ff. eod. ubi sic. — Si quis aliquem a latrunculis, vel hostibus eripuit, et aliquid pro eo ab ipso accipiat: haec donatio irrevocabilis est: non merces eximii laboris appellanda est: quod contemplatione salutis certo modo aestuari non placuit. (1)

(1) Arg. dall'art. 825 LL. CC. ove sono rispettate le donazioni rimuneratorie anche agl'incapaci di ricevere.

(b) *Extat in L. 8. C. de revoc. donat. ubi sic.* — Si unquam libertis patronus filios non habens bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos: totum quicquid largitus fuerat, revertatur in ejusdem donatoris arbitrio, ac ditione mansurum (2).

Vide L. 2. et 5. C. de inoff. donat. L. 6. §. 1. C. de instit, et substit. L. 102. ff. de condit. et demon. L. 87. §. 3. ff. de legat. 2. Novella 9, et 89. c. 3.

(2) Concorda con l'art. 878 LL. CC.

(c) *Extat in L. 9. Cod. de revoc. don. ubi sic.* — Donationes circa filium, filiamve, nepotem, neptemve, vel pronepotem, proneptemve emancipatos celebratas pater, vel avus, vel proavus revocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsam venire pietatem, et ex causis, quae legibus continentur, fuisse constabit ingratam (3).

(3) Vedi il cit. art. 878 LL. CC., ed art. 880. delle LL.

Extat quoque in L. 10. Cod. eod. ubi sic. — Generaliter sancimus, omnes donationes lege confectas, firmas, illabatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inveniatur, ita ut injurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel jacturae molem ex insidiis suis ingerat, quae non levem sensum substantiae donatoris imponat, vel vitae periculum aliquod ei intulerit, vel quasdam conventiones, sive in scriptis donationis impositas, sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere voluerit. Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in judicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbatae, etiam donationes in eos factas everti concedimus; ne sit cuiquam licentia, et alienas res capere, et frugalitatem irridere donatoris, et ipsum iterum donatorem, suasque res perdere: et praelatis malis ab ingrato donationis acceptore offici. Hoc tamen usque ad primas personas tantummodo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris successoribus hujusmodi querimoniarum primordium instituere. Etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuerit, silentium ejus maneat semper; et non posteritate ejus suscitari concedatur, vel adversus eum, qui ingratus esse dicitur, versus ejus successores (4).

Vide Instit. §. 2. Instit de donat. L. 34. §. 1. ff. de revoc. donat.

(4) Cit. art. 880. LL. CC.

(d) *Extat in L. 37. ff. de mort. caus. donat. ubi sic.* — Illud generaliter meminisse oportebit, donationes mortis causa factas, legatis comparatas; quodcunque igitur in legatis juris est, id in mortis causa donationibus erit accipiendum.

Vide L. 15. in fin. et L. 17. in fin. ff. eod. L. 1. §. 1. in fin. ff. si quid in fraud. patroni.

firmantur (a): invicem factae a simul decedentibus ad neutros eorum haeredes transeunt (b); et tempus mortis, non donationis intuendum (c).

502. Donationes perfectae conditiones postea non capiunt (d).

503. Donationis praesumptio est, si inter creditorem, et debitorem concurrant ratio sanguinis, longi temporis taciturnitas, et saepius calcolata ratio (e).

504. Donator tenetur de dolo (f).

505. Donator damnatus in id, quod facere potest, tenetur (g): non item in donatore dotis extraneo (h).

506. Donatur, quod donatario adquiri potest (i), nec donatum adsequi invitus donatarius compellitur (k).

507. Dos soluta filiofamilias, et ejus patri, restituitur a patre (l).

(a) *Extat in L. 32. ff. de mor. caus. donat. ubi sic.* — Non videtur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mors insequatur.

Vide L. 34. in fin. ff. h. tit. L. 4. §. 1. ff. de doli mali et met. except.

(b) *Extat in L. 26 ff. de mort. caus. donat. ubi sic.* — Si, qui invicem sibi mortis causa donaverunt, pariter decesserunt, neutrius haeres repetet, quia neuter alteri supervixit. Idem juris est, si pariter maritus, et uxor sibi donaverunt.

Vide L. 29. ff. de donat. inter virum, et uxor. §. 14.

(c) *Extat in L. 22. ff. de mort. caus. donat. ubi sic.* — In mortis causa donationibus non tempus donationis, sed mortis intuendum est, an quis capere possit.

(d) *Argum. leg. 22. ff. de donat.*

(e) *Vide infra. — Aphor. 1539.*

(f) *Extat in L. 18. in fin. §. 3 ff. de donat. ubi sic.* — Labeo ait, si quis mihi rem alienam donaverit, inque eam sumptus magnos fecero, et sic evincatur, nullam mihi actionem contra donatorem competere; plane de dolo posse me adversus eum habere actionem, si dolo fecit.

Vide L. 22. ff. de v. o. L. 2. C. de evict.

(g) *Extat in L. 28. ff. de regulis juris. ubi sic.* — Divus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos.

Fluit regula ex lege 12. ff. de donation. ubi sic. — Qui ex donatione se obligavit, ex rescripto Divi Pii, in quantum facere potest, convenitur. Sed enim id, quod creditoribus debetur, erit detrahendum: haec vero, de quibus ex eadem causa quis obstrictus est, non debebit detrahere.

Vide L. 33. in fin. ff. de jur. dot. L. 19. §. 1. L. 30. ff. de re jud. §. 38. Instit. de action.

(h) *Argum. legis 14. in fin. ff. quae in fraudem creditor.*

(i) *Fluit ex L. 9. §. 3. ff. de donat. ubi sic.* — Donari non potest, nisi quod ejus fit; cui donatur.

(k) *Extat in L. 16. Cod. de jur deliber. ubi sic.* — Nec emere, nec donatum adsequi, nec damnosam quisquam haereditatem adire compellitur.

Vide L. 69. ff. de reg. jur. Aphor. 571.

(l) *Extat in L. 22. §. 12. ff. solut. matrim. ubi sic.* — Transgrediamur nunc ad hunc articulum, ut quaeramus, adversus quos competit de dote actio? Et adversus ipsum maritum competere, palam est: sive ipsi dos data sit, sive alii ex voluntate mariti, vel subjecto juri ejus, vel non subjecto. Sed si filius-familias sit maritus, et dos socero data sit, adversus socerum agetur. Plane si filio data sit, si quidem jus soceri, adhuc absoluti socer tenebitur. Quod si filio data sit, non jussu patris, et Sabinus, et Cassius responderunt, nihilominus cum patre agi opertere; videri enim ad eum pervenisse dotem, penes quem est peculium. Sufficit autem ad id damnari eum,

508. Dos non est causa lucrativa (a).

509. Dos constante matrimonio in bonis mariti est (b).

510. Dos ex dignitate, facultate, et numero liberorum aestimanda (c).

511. Dos ab avo profecta nepti, eo mortuo, ad patrem etiam non haeredem revertitur, si contemplatione patris dos data sit ab avo (d): secus sine tali contemplatione (e).

512. Dotales videntur esse res, quae ex pecunia dotali comparatae sunt (f).

---

quod est in peculio, vel si quid in rem patris versum est. Sin autem socero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, nisi patris haeres extiterit.

Vide L. 10. C. hoc. tit. L. 25. in prin. ff. sol. matrim.

(a) *Extat in L. 19. in princ. ff. de obl. et action. ubi sic.* — Ex promissione dotis non videtur lucrativa causa esse; sed quodammodo creditor, aut emptor intelligitur, qui dotem petit ec. (1).

Arg. L. 47. in princ. ff. mand. L. 2. Cod. hoc. tit. L. 8. §. 13. ff. quib. mod. pign.

(1) Argom. dall'art. 194. LL. CC. ove la donazione della figlia dipende da un obbligazione legittima degli ascendenti.

(b) *Extat in L. 1. ff. de jure dotium. ubi sic.* — Dotis causa perpetua est, et cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut semper apud maritum sit.

Et in L. 21. §. 4. ff. ad Municip. ubi sic. — Idem respondit, constante matrimonio dotem in bonis mariti esse: sed si ad munera municipalia a certo modo substantiae vocentur, dotem non debere computari (2).

(2) La dote è ne'beni del marito in quanto all'amministrazione art. 1362 LL.CC. vi è anche in quanto alla proprietà ne'casi degli art. 1364. 1377. e 1378. dette LL.

(c) *Extat in L. 43. ff. de legat. III. ubi sic.* — Si filiae pater dotem arbitratu tutorum dari jussisset; Tubero perinde hoc habendum ait, ac si viri boni arbitratu legatum sit. Labeo quaerit, quemadmodum apparet, quantam dotem cujusque filiae boni viri arbitratu constitui oportet? Ait, id non esse difficile ex dignitate, ex facultatibus, ex numero liberorum testamentum facientis aestimare.

Item est in L. 60. et 69. §. 4. ff. de jure dot.

(d) *Extat in L. 6 ff. de collat. bonor. ubi sic.* — Dotem, quam dedit avus paternus, an post mortem avi mortua in matrimonio filia, patri reddi oporteat, quaeritur? Occurrit aequitas rei, ut quod pater meus propter me filiae meae nomine dedit, proinde fit, atque ipse dederim: quippe officium avi circa neptem ex officio patris erga filium pendet; et quia pater filiae, ideo avus propter filium nepti dotem dare debet. Quid si filius a patre exhaeredatus est? Existimo non absurde etiam in exhaeredato filio idem posse defendi: nec infavorabilis sententia est, ut hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.

Vide Voet ff. lib. 24. tit. 3. n. 8.

(e) *Et in L. 79. ff. de jure dotium ubi sic.* — Avus neptis nomine filio natae genero dotem dedit, et moritur. Negat Servius dotem ad patrem reverti: et ego cum Servio sentio, quia non potest videri ab eo profecta, quia nihil ex his sui habuisset.

(f) *Extat in L. 54. ff. de jur. dot. ubi sic.* — Res, quae ex dotali pecunia comparatae sunt, dotales esse videntur. (3)

Vide L. 26. ff. eod. L. 22. in fin. ff. solut. matrim. L. 12. Cod. de jur. dot. L. 7. C. de serv. pign. dat. manum.

(3) Concorda con l'art. 1366 LL. CC. purchè però vi è la condizione dell'impiego.

513. Dotalis fundus est inalienabilis (a); nec servitutes imponere ibi, aut amittere potest maritus (b). Haeredi quoque mulieris actio competit revocandae alienationis (c).

514. Dotare filias officium est parentum (d).

515. Dotatas mulieres, non indotatas remanere interest reipublicae (e).

516. Dotem numeratam scriptura dotalis instrumenti non facit (f), id est dos dumtaxat confessa, sed non numerata effectualiter, repeti non potest.

517. Dotem non confert filia abstinens ab haereditate (g).

518. Dotem minuunt impensae (h) et fructus (i).

(a) *Extat in L. 3. ff. de fundo dotali*, §. *1. ubi sic.* — Toties autem non potest alienari fundus, quoties mulieri actio de dote competit, aut omnimodo competitura est. (1)

Idem est in L. unic. §. *14. C. de rei ux. act. ubi nec hypothecae subjici potest dotalis fundus.*

(1) Concorda con l'art. 1367 LL. CC. salve l'eccezioni negli articoli seguenti.

(b) *Extat in L. 5. ff. de fundo dot. ubi sic.* — Julianus lib. XVI. Digestorum scripsit, neque servitutes fundo debitas posse maritum amittere; neque et alias imponere.

Vide L. 6. et 7. ff. eod.

(c) *Extat in L. 13. §. 3. ff. de fundo dotal. ubi sic.* — Haeredi quoque mulieris idem auxilium praestabitur, quod mulieri praestabatur (2).

Vide L. 1. C. de privil. dot.

(2) Concorda con l'art. 1373. LL. CC.

(d) *Vide infra. — Aphor. 1352.*

(e) *Extat in L. 2. ff. de jure dot. ubi sic.* — Reipublicae interest mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt (3).

Vide L. 18. ff. de reb. auct. jud. possid. L. 1. ff. solut matrim.

(3) Ragion finale del disposto nell'art. 194. LL. CC.

(f) *Extat in L. 1. Cod. de dote cauta ubi sic.* — Dotem numeratio, non scriptura dotalis instrumenti facit: et ideo non ignoras, ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem a te re ipsa datam probatura es. (4).

Vide L. 1. ff. de donat. ante nupt.

(4) Vedi l'art. 1382 LL. CC. ove dopo 10 anni dalla scadenza de' termini stabiliti pel pagamento della dote il marito è tenuto a restituirla anche non ricevuta, salva l'insolvibilità dietro la escussione.

(g) *Extat in L 9. ff. de dotis collat. ubi sic.* — Fuit quaestionis, an, si sua haeres filia patri cum fratribus, contenta dote abstineat se bonis, compellatur eam conferre? Et Divus Marcus rescripsit, non compelli abstinentem se ab haereditate patris: ergo non tantum data apud maritum remanebit, sed et promissa exigetur etiam a fratribus, et est aeris alieni loco: abscessit enim a bonis patris (5).

Vide L. 8. ff. eod.

(5) Vedi l'art. 764. LL. CC. ove l'erede, che rinuncia all'eredità può ritener le donazioni tra vivi sino alla concorrenza della disponibile.

(h) *Extat in L. 56. §. 3. ff. de jur. dot. ubi sic.* — Quod dicitur, necessarias impensas ipso jure dotem minuere, non eo pertinet, ut si forte fundus in dote sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse, sed, nisi impensa reddatur, aut pars fundi, aut totus retineatur. Sed si tantum in fundum dotalem impensum sit per partes, quanti fundus est, desinere eum dotalem esse Scaevola noster dicebat nisi mulier sponte marito intra annum impensas obtulerit. Si pecunia, et fundus in dote sint, et necessariae impensae in fundum factae, Nerva ait, dotem pecuniarum minui . . . .

Vide L. 18. ff. de fundo dot. in princ.

(i) *Extat in L. 42. ff. solut. matrim.* §. *1. ubi sic.* — Fructus ex praediis, quae

519. Doti in dubium est favendum (a).
520. Dotis promissio tacitam accipit futuri matrimonii conditionem (b).
521. Dotis causa perpetua est (c).
522. Dotis solvendae tempus a nuptiis currit (d).
523. Dubia vox libertatis pro libertate interpetranda (e).
524. Duo non possunt uni esse haeredes eodem tempore pro solido (f).
525. Duo specialia non possunt concurrere in eodem subjecto (g): nec duae causae lucrativae (h).
526. Duo eamdem rem in solidum possidere nequeunt (i).

---

in dotem data videbantur, bona fide perceptos, et mulieris oneribus causam liberalem absumptos, quamvis servam fuisse postea constiterit, peti non posse placuit.

Vide etiam L. 7. et 8. ff. eod.

(a) *Extat in L. 85. in princip. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In ambiguis pro dotibus respondere melius est.

Fluit haec regula ex L. 70. ff. de jure dot. ubi sic. — In ambiguis pro dotibus respondere melius est.

Vide L. 9. §. 1. ff. eod. L. 1. ff. sol. matrim (1).

(1) Argom. dall'art. 1382. LL. CC. espresso nella nota all' afor. 516.

(b) *Extat in L. 21. ff. de jur. dot ubi sic.* — Stipulationem, quae propter causam dotis fiat, constat habere in se conditionem hanc, si nuptiae fuerint secutae; et ita demum ex ea agi posse, quamvis non fit expressa conditio, si nuptiae, constat....

Et in L. 68. ff. eod. ubi sic. — Dotis promissio non ideo minus valebit, quod ignorante initio patre, nuptiae non fuerint, si postea consenserit cum omnis dotis promissio futuri matrimonii tacitam conditionem accipiat. (2)....

Vide etiam L. 10. 17. ff. eod.

(2) Vedi l' art. 1348 a 1351. LL. CC. ove tutte le convenzioni matrimoniali debbono preceder il matrimonio. Vedi anche l' art. 1361 delle LL. ove il giorno del matrimonio fa partorir interessi sulla dote promessa.

(c) *Extat in L. 1. ff. de jure dot. ubi sic.* — Dotis causa perpetua est, et cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut semper apud maritum sit.

(d) *Fluit ex L. 48. ff. in princ. de jur. dot. ubi sic.* — Tali facta stipulatione decem in anno proximo dotis nomine dare spondes? Quaesitum est, annus ex quo tempore esset numerandus, utrum ex die stipulationis factae, an ex eo die, quo dos esse potuisset, id est, nuptiarum? Et responsum est, ex die nuptiarum annum esse numerandum; et si aliter observaremus, si intra annum nuptiae factae non sint, videri possit dos ex ea obligatione deberi. (3)

(3) Argom. dall'art. 1361. LL. CC. ove gl'interessi della dote promessa decorrono dal dì del matrimonio.

(e) *Extat in L. 20. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quotiens dubia interpetratio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.

Et in L. 179 ff. eod. ubi sic. — In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati.

Fluit haec regula ex L. ult. §. 1. ff. de vulg. et pupill. subst. L. 3. in fin. ff. de his, quae in testam. delent.

Vide infra — Aphor. 110.

(f) *Vide infra. — Aphor. 730.*

(g) *Arg. leg. 1. Cod. de dotis promiss. Vide summarium dictae legis. in Accursio.*

(h) *Vide supra Aphor. 186.*

(i) *Extat in L. 3. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. possess. ubi sic.* — Ex contrario

327. Duobus simul mortuis, nullus supervixisse videtur, si non appareat quis prior antea spiritum emiserit (a).

328. Duobus petitoribus extantibus, si alter victus adquieverit, alterius petitioni non praejudicatur (b).

---

plures eamdem rem in solidum possidere non possunt.

Vide etiam L. 5. §. ult. ff. commod. L. 19. in princ. ff. de praecar. immo vide L. 15. §. 18. ff. de damn. infect. L. 3. in princ. ff. uti possid. L. 15. §. 4. ff. de precar.

(a) *Extat in L. 18. ff. de reb. dubiis, ubi sic.* — Sed et in illo quaeritur, si pariter pupillus, et qui ei substitutus erat, frater necessarius, decesserit: an frater fratri existat haeres, an contra? vel, si duo invicem necessarii substituti sunt, et una perierint: an haeredes extitisse videantur? vel alter alteri, hoc est, si invicem haereditatem rogati fuerint restituere? In quibus casibus si pariter decesserint, nec appareat, quis ante spiritum emisit; non videtur alter alteri supervixisse.

Vide etiam L. 16. et 17. ff. eod. (1)

(1) Vedi gli art. 641 a 643. LL. CC. ove si ritiene sopravvissuto, chi ha maggior età, e vigor di sesso.

(b) *Extat in L. 63. ff. de re jud. in princ. ubi sic.* — Item si ex duobus petitoribus alter victus adquieverit, alteris petitioni non praejudicatur, idque ita rescriptum est. (2)

(2) Argom. dall'art. 597. L. pr. civ. ove l'annullamento di una decisione giova soltanto a chi ha prodotto il ricorso, meno che l'interesse del ricorrente fosse necessario, e dipendente da quello del non ricorrente.



EA

529. Ea, quae raro accidunt non computantur in negotiis agendis (a).

530. Ea, quae semel utiliter constituta sunt, durant, licet extiterit ille casus, a quo incipere non potuerunt (b).

531. Ea, quae contra leges fiunt, pro infectis habentur (c).

532. Ea, quae frequenter accidunt, a lege aptantur (d).

533. Ea, quae fieri prohibentur, si fuerunt facta non solum inutilia, sed etiam pro infectis, habentur (e).

534. Ea, quae fiunt vi, vel metu, per exceptionem regulariter irritantur (f).

535. Ea, quibus naturalis ratio, aut dubitatio juris obstat, justis decretis temperanda sunt (g).

536. Ea, quae aperte comprehensa vitium adferunt non expressa non nocent (h).

(a) *Extat in L. 64. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ea, quae raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.

Fluit haec regula ex L. 4. 5. et 6. ff. de legib. L. 3. in fin. ff. si pars haeredit. Nov. 94. c. 2. — Vide tamen L. 12. C. de legit. haer. §. 22. Inst. de rer. div.

(b) *Extat in L. 85. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non est novum, ut quae semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.

Fluit haec regula ex L. 8. circa med. prin. ff. de his, qui sui, vel alien. L. 1. §. 5. vers. casum ff. de postul. L. 18. in princ. ff. qui testam. facere poss. §. 1 Instit. quib. non est perm. facer. test. L. 1. §. 3. ff. de bonor. poss. sec. tab. Vide tamen L. 16. ff. ad leg. Aquil.

(c) *Extat in L. 14. §. 1. in fin. C. de Sacros. Eccl. ubi sic.* — Praedia autem, et in his omnibus constituta, ab ipsis clericis, et temporalibus Oeconomis cum fructibus, seu pensionibus, vel accessionibus totius medii temporis vindicentur, ut tamquam penitus a nullo empta, vel vendita teneantur: quia ea, quae contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt. (1).

Et in L. 5. Cod. de legibus circ. med. ubi sic. — Hoc est, ut ea, quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur.

(1) Concorda con l'art. 1304 n. 1. LL. CC.

(d) *Vide supra — Aphor 42.*

(e) *Vide supra — Aphor. 531.*

(f) *Fluit ex L. 1. in princ. ff. Quod metus caus. ubi sic.* — Ait Praetor, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo ec. . . .

Et ex L. 9. § 3. in fin. ubi sic. — Ex qua constitutione colligitur, ut sive perfecta, sive imperfecta res sit, et actio, et exceptio detur. (2)

(2) Concorda con gli art. 1065 e 1066. LL. CC.

(g) *Extat in L. 85. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quotiens aequitas, desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda (3).

(3) Vedi l'art. 1089. LL. CC. ove l'equità ha luogo nella esecuzione delle convenzioni.

(h) *Extat. in L. 77. ff. de rer. juris. ubi sic.* — Actus legitimi, qui recipiunt

537. Ea, quae ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae imputantur (a).

538. Ea, quae ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt (b).

539. Ea, quae communiter omnibus prosunt, praeponenda sunt iis, quae specialiter quibusdam utilia sunt (c).

540. Ea, quae coeuntium fiunt, continuo communicantur (d).

541. Eadem causa emptoris, quae venditoris (e).

542. Edendum est totum instrumentum, aut ejus pars, quae ad rem pertinet (f).

543. Edere jubendum a judice ex causa, et officio suo (g).

---

diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, haereditatis aditio, servi optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem. Nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quae aperte vitium adferunt: nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit: quae si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciat actum.

Vide L. 12. ff. de acceptil.

(a) *Extat in L. 1. Cod. ad leg. Cornel. de Sicar. ubi sic.* — Frater vester rectius fecerit, si se Praesidi provinciae obtulerit. Qui si probaverit non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii poena, secundum disciplinam militarem sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Caeterum ea, quae ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae imputantur. (1)

Vide L. 5. Cod. eod.

(1) Vedi l' art. 62. leg. pen. ove il reato prodotto per una forza irresistibile non è punibile.

(b) *Extat in §. 17. Instit. de rer. div. ubi sic.* — Item ea, quae ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt; adeo quidem, ut et liberi homines in servitutem nostram deducantur: qui tamen si evaserint nostram potestatem, et ad suos reversi fuerint, pristinum statum recipiunt.

Vide etiam L. 5. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. L. 20 §. 1. ff. de captiv. L. 31. ff. de jur. fisci. L. 13. ff. ad leg. Jul. de pecul.

(c) *Vide Auth. Res, quae Cod. Comm. de legat. in fin. Vide Aphor. 652.*

(d) *Extat in L. 1. §. 1. ff. pro socio ubi sic.* — In societate omnium bonorum, omnes res, quae coeuntium fiunt, continuo communicantur.

(e) *Extat in L. 156. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum, et defendendum, quae fuit auctoris. (2)

Haec regula fluit ex L. 2. in princ. ff. de haered. vel act. vend. L. 20. ff. de adquir. rer. dom. L. 2. §. penult. ff. pro emptor. L. 15. C. de haered. vel act. vend. L. 28. C. de eviction.

(2) Concorda con l'art. 2076. LL. CC. e coll'art. 70. leg. de 29. dicembre 1829.

(f) *Extat in L. 1. §. 4. ff. de edendo. ubi sic.* — Edere non videtur, qui stipulationem totam non edit.

Et in L. 10. §. 2 ff. eod. ubi sic. — Edi autem ratio ita intelligitur, si a capite edatur, nam ratio, ni inspiciatur, intelligi non potest: scilicet, ut non totum cuique codicem rationum, totasque membranas inspiciendi, describendique potestas fiat; sed ut ea sola pars rationum, quae ad instruendum aliquem pertineat, inspiciatur, et describatur. (3)

Vide L. 1. ff. de fid. instrum.

(3) Concorda con l'art. 159. leg. pr. civ.

(g) *Extat in L. 1. C. de edendo. ubi sic.* — Ipse dispice, quemadmodum pecuniam, quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes. Nam quod desideras, ut ratio-

544. Edere sibi alterius rationes nemini jus est (a).
545. Edere non debet is, qui sibi edi postulet (b).
546. Editum instrumentum facit contra producentem; seu » quod produco, non reprobo (c).
547. Ejus est legem interpetrari, cujus est condere (d).
548. Ejus est nolle, qui potest et velle (e).
549. Ejus est periculum, cujus est commodum (f).
550. Electio est debitoris, cum in alternativis non explicatur optio favore creditoris (g).
551. Electae jurisdictioni renuuciare possumus ante aditam jurisdictionem (h).

---

nes suas adversaria tua exhibeat; id ex causa ad judicis officium pertinere solet.

Et in L. 2. C. eod. ubi sic. — Is, apud quem res agitur, acta publica, tam civilia, quam criminalia exhiberi inspicienda ad investigandam veritatis fidem jubebit. (4)

(4) Vedi l'art. 190 leg. proc. civ.ove se il Tribunale crederà non bene istruita una contestazione, potrà ordinar un istruzione per iscritto.

(a) *Fluit ex L. 19. ff. ad exhib. ubi sic.*— Ad exhibendum possunt agere omnes, quorum interest: sed quidam consulnit, an possit efficere haec actio, ut rationes adversarii sibi exhiberentur, quas exhiberi magni ejus interesset? Respondit, non oportere jus civile calumniari, neque verba captari, sed, qua mente quid diceretur, animadvertere convenire....

(b) *Vide supra. — Aphor. 8.*

(c) *Vulgaris aphorismus.*

(d) *Extat in L. 12. §. 1. circ. med. Cod. de legib. ubi sic.* — Definimus autem omnem Imperatorum legum interpetrationem sive in precibus, sive in judiciis, sive alio quocumque modo factam, ratam, et indubitatam haberi: si enim in praesenti leges coudere soli Imperatori concessum est, et leges interpetrari solo dignum imperio esse oportet. (1) ....

Vide §. 4. Instit. d. tit. L. 9. ff. eod. tit.

(1) Concorda con l' art. 3. n. 4. leg. de' 24 marzo 1817. ove appartiene alla sovrana decisione lo spiegare i principî, i motivi, ed il vero spirito delle sovrane risoluzioni.

(e) *Extat in L. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ejus est non nolle, qui potest velle.

Fluit haec regula ex L. 17. §. 7. ff. de Ædil. Edict. L. 4. et 13. in princ. ff. de adquir. vel. omitt. haered L. 101. in princ. ff. de condit, et demonstr. L. 37. 102. §. 1. ff. de r. j.

Vide tamen L. 8. ff. de bonor possess.

(f) *Fluit ex L. 13. §. 1. ff. commod. ubi sic.* — Si quem quaestum fecit is, qui experiendum quid accepit, veluti si jumenta fueriut, eaque locata sint, id ipsum praestabit, qui experiundum dedit: neque enim ante eam rem quaestui cuique esse oportet, prius quam periculo ejus sit.

Vide L. 20. ff. de praescript. verb. in princ.

(g) *Extat in L. 20. in fin. ff. de jure dotium. ubi sic.* — Nam et cum illa, aut illa res promittitur, rei electio est, utram praestet. (2).

Vide L. 112. et 138. ff. de v. o. L. 34. §. 6. ff. de jurejur. L.5. §.1. ff. depos. L. 34. §. 6. ff. de contr. empt. L. 7. §. 5. ff. de donat. int. vir et ux. L. 6. §. 1. ff de jure patr. L. 10. C. de condict. indeb.

(2) Concorda con l'art. 1143. LL. CC.

(h) *Extat in L. 18. ff. de jurisdict. ubi sic.* — Si convenerit, ut alius Praetor, quam cujus jurisdictio esset, jus diceret: et priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit: procul dubio nemo compelletur ejusmodi conventioni stare.

Extat in L. 29. C. de pactis, qua dicitur privilegio fori a lege, vel a Principe indulto posse renunciari.

552. Electus inter eligentes facit partem (a).

553. Emancipare potest avus vel solum filium, vel solum nepotem, vel utrumque (b).

554. Emancipati non rediguntur inviti in patriam potestatem (c).

555. Emancipatus habetur pro emancipato, si sic vixit (d); et nomen filii amittit (e).

556. Emphytheuta quasi dominus est (f): at si totus fundus pereat, domino directo perit, sin vero damnum particulare contingat, id cedit emphytheutae (g).

(a) *Fluit ex L. 4 ff. quod cujuscunque univers. ubi sic.* — Plane, ut duae partes Decurionum adfuerint, is quoque, quem decernent, numerari potest (1).

Vide tamen L. 4. ff. de tutor et curat. dat.

(1) Vedi l' art. 340 LL. CC. ove un membro del consiglio di famiglia può esser nominato tutore.

(b) *Extat in L. 28. ff. de adopt. ubi sic.* — Liberum arbitrium est ei, qui filium, et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem vero in potestatem retinere, vel ex diverso, filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere; vel omnes sui juris efficere. Eadem et de pronepote dicta esse intelligimus (2).

Vide §. 7. Instit. quib. mod. jus patr. pot.

(2) Abrogato dall'art. 400. LL. CC. con cui il padre, od in sua mancanza la madre soltanto può emancipare il figlio dopo gli anni 15.

(c) *Extat in L. 11. ff de his qui sui, ubi sic.* — Inviti filii naturales, vel emancipati, non rediguntur in patriam potestatem (3).

Vide Novella 89. cap. 11. in princ. L. 12. ff. de adopt. excipe L. unic. C. de ingr. lib.

(3) Vedi l'art. 409. LL. CC. ove il minore, cui sia stata rivocata l'emancipazione per la causa esposta negli art. precedenti, rientra sotto la tutela.

(d) *Extat in L. 3. ff. de SC. Maced. in princ. ubi sic.* — Si quis patremfamilias esse credit non vana simplicitate deceptus, nec juris ignorantia, sed quia publice paterfamilias plerisque videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur, cessabit Senatusconsultum.

Vide etiam L. 25. ff. de adopt. (4)

(4) Concorda con l'art. 288. LL. CC.

(e) *Extat in L. 6. ff. de Senator. in princ. ubi sic.* — Senatoris filius est is, quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen in familia ejus manet: emancipatus vero nomen filii emancipatione amittit.

(f) *Fluit ex L. 1. Si ager vectig. §. 1. ubi sic.* — Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt a municipibus, quamvis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis in rem actionem adversus quemvis possessorem: sed et adversus ipsos municipes (5).

(5) Concorda con l'art. 1686. LL. CC. ove son conceduti all'enfiteuta tutt'i diritti domenicali, e l'azion di rivindicar il dominio.

(g) *Fluit ex L. 1. C. de jur. emphyt. circ. med. ubi sic.* — Ita, ut si interdum ea, quae fortuitis casibus eveniunt, pactorum non fuerint conventione concepta; si quidem tanta emerserit clades, quae prorsus etiam ipsius rei, quae per emphytheusim data est, faciat interitum; hoc non emphytheuticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. Sin vero particulare, vel aliud leve contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus laedatur substantia; hoc emphytheuticarius suis partibus non dubitet adscribendum (6).

(6) Concorda con l'art. 1688. LL. CC.

557. Emphytheusis alienationi praefertur dominus directus (a).
558. Emphytheusis est species alienationis (b).
559. Ab Emptione venditione, caeterisque obligationibus recedi potest consensu eorum, qui inter se obligati sunt (c).
560. Emptor lite mota de dominio non teuetur solvere pretium, nisi praestita cautione (d).
561. Emptoris eadem causa, quae venditoris (e).
562. Equus natus ex equa mea praegnante ab equo tuo meus est (f).
563. Errans non videtur velle, nec consentire (g).
564. Errans communiter non est in dolo (h).
565. Errantis nulla voluntas (i), nullus consensns, nullus contractus (k).

(a) *Vide supra. — Aphor. 482.*

(b) *Fluit ex L. 7. C. de reb. alien. non alien. ubi sic.* — Sancimus sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi. Similique modo et servitutes minime imponi, nec emphyteuseos contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiserit.

Vide tamen L. 1. C. de jur. emphyt. in princ.

(c) *Extat in L. 58. in princ. ff. de pactis. ubi sic.* — Ab emptione, venditione, locatione, conductione, caeterisque similibus obligationibus, quin integris omnibus consensu eorum, qui inter se obligati sint, recedi possit, dubium non est. (1) . . . .

Vide etiam L. 1. C. quando liceat ab empt. disc. L. 12. C. de contrah. empt. L. 5. C. de obl. et act.

(1) Concorda con l'art. 1088. LL. CC.

(d) *Extat in L. 18. §. 1. ff. de peric. et comm. rei vend. ubi sic.* — Ante pretium solutum dominii quaestione mota, pretium emptor solvere non cogetur, nisi fidejussores idonei a venditore ejus evictionis offeratur.

Idem est in L. 24. Cod. de evict.

(e) *Vide supra. — Aphor. n. 541.*

(f) *Extat in L. 5. §. 2. ff. de rei vindic. ubi sic.* — Idem (*Pomponius*) scribit si equam meam equus tuus praegnantem fecerit, non esse tuum, sed meum, quod natum est.

Vide L. 52. §. 20. ff. de furt.

(g) *Extat in L. 116. ff. de reg. jur. §. 3. ubi sic.* — Non videntur, qui errant, consentire (2).

Fluit regula ex L. 15 ff. de jurisd. L. 2. in princ. ff. de judic. L. 20. ff. de aqua ec. L.57 ff. de obl. et act. L. 9. C. de jur. et fact. ignor.

(2) Concorda con gli art.1063, e 1064 LL.CC.

(h) *Vide Tiraquellum de poenis temperandis causa 1.*

(i) *Extat in L. 20. ff. de aqua, ubi sic.* — Sed hoc ita, si non per errorem, aut imperitiam deceptus fuerit: nulla enim voluntas errantis est (3).

(3) Vedi i cit. art. 1063, e 1064. LL. CC.

(k) *Extat in L 57. ff. de obl. et act. ubi sic.* — In omnibus negotiis contrahendis, sive bona fide sint, sive non sint, si error aliquis intervenit, ut aliud sentiat, (*puta*) qui emit, aut qui conducit, aliud, qui cum his contrahit: nihil valet, quod acti sit. Et idem in societate quoque coeunda respondendum est, ut si dissentiant, aliud alio existimante, nihil valet ea societas, quae in consensu consistit (4).

(4) Vedi i cit. art. 1063. e 1064. LL. CC.

566. Error communis non facit jus (a).
567. Error calculi non nocet (b).
568. Error scriptus a tabulario non nocet partibus (c).
569. Errore introducta non trahuntur ad consequentias (d).
570. Error juris non facit malae fidei possessorem, secus lite contestata (e).
571. Error in nomine proprio nihil facit, dum de corpore constat (f).

(a) *Fluit ex* §. *141. ff. de reg. jur. in princ. ubi sic.* — Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias.

Haec regula jacet in L. 14. ff. de legib. ubi sic. — Quod vero contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias.

Fluit quoque ex L. 15. ff. eod. ubi sic. — In his, quae contra rationem juris constituta sunt, non possumus sequi regulam juris.

Et ex L. 39. ff. eod. ubi sic. — Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet.

(b) *Extat in L. unic. C. de err. calc. ubi sic.* — Errorem calculi sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non adferre praejudicium saepe constitutum est: unde ratioues etiam saepe computatas denuo tractari posse, si res judicatae non sunt, vel transactio non intervenit, explorati juris est. Sed et si per errorem calculi, velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti: condictio liberationis tibi competit (1).

Vide infra. — Aphor. 573.

(1) Concorda con l'art. 1930 LL. CC.

(c) *Extat in L. 92. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Si librarius in trascribendis stipulationis verbis errasset; nihil nocere, quominus et reus, et fidejussor teneatur. (2).

Fluit haec regula ex L. 8. ff. de statu hom. L. 2. C. de error. advoc. L. 1. C. plus valere quod agitur. L. 7. 24. C. de testam.

(2) Vedi gli art. 24. 25. 26. 47. 49. 49. leg. del di 23 novembre 1819 circa. gli errori, omissioni di formalita, ed altro negli atti avanti notajo.

(d) *Vide supra. — Aphor. 566.*

(e) *Extat in L. 25. §. 6. ff. de haered. petit. ubi sic.* — Scire ad se non pertinere utrum is tantummodo videtur, qui factum scit: an et is, qui in jure erravit: putavit enim recte factum testamentum, cum inutile erat: vel cum eum alius praecederet adgnatus, sibi potius deferri? Et non puto tunc esse praedonem, qui dolo caret, quamvis in jure erret.

Et in §. *7. eod. ubi sic.* — Si ante litem contestatam, inquit, fecerint. Hoc ideo adjectum, quoniam post litem contestatam omnes incipiunt malae fidei possessores esse, quinimo post controversiam motam . . .

(f) *Extat in L. 9. §. 1. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Si in nomine dissentiamus, verum de corpore constet, nulla dubitatio est, quin valeat emptio, et venditio: nihil enim facit error nominis, cum de corpore constat. (3)

Et in L. 4. C. de testam. ubi sic. — Si in nomine, vel praenomine, seu cognomine, seu agnomine testator erraverit, nec tamen de quo senserit, incertum sit: error hujusmodi nihil officit veritati.

Et in L. 4. ff. de legat. 1. in princ. ubi sic. — Si quis in fundi vocabulo erravit, et Cornelianum pro Semproniano nominavit: debebitur Sempronianus; sed si in corpore erravit, non debebitur . . . .

Et in L. 32. ff. de verb. obl. ubi sic. — Si in nomine servi, quem stipularemur dari, erratum fuisset, cum de corpore constitisset; placet stipulationem valere.

Vide L. 22. ff. de verb. obl. L. 17. 33. 34. ff. de condit. et demonstr. L. 2. C. de falsa causa adject. leg.

(3) Vedi l'art. 1064. LL. CC. ove l'errore sulla persona non vizia l'atto, purchè la considerazione della persona non sia stata la causa principale della convenzione. L'errore sulla sostanza della medesima ne produce la nullità.

Vedi anche l'art. 1925. LL. CC. ove l'errore sulla persona, e sull'oggetto della controversia produce la nullità della transazione.

572. Error in nomine appellativo vitiat legatum (a); non vitiat in nomine, et cognomine legatarii, et haeredis, si de persona constet (b).

573. Error calculi in sententia corrigitur sine appellatione (c), nec praescribitur (d).

574. Error in jure non eodem loco, quo facti ignorantiá haberi debebit (e).

575. Eventu contrario si quis non esset postulaturus, non est audiendus postulans (f).

576. Evicta res non est in bonis (g).

577. Evicta re prestat venditor, quae accesserunt (h).

(a) *Argum. legis. 7. ff. de suppelect. legat.*

(b) *Extat in §. 29. Instit. de legatis. ubi sic.* — Si quidem in nomine, cognomine, praenomine (agnomine) legatarii testator erraverit: cum de personis constat, nihilominus valet legatum. Idemque in haeredibus servatur, et recte. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

Et in L. 4. C. de testam. ubi sic. — Si in nomine, vel praenomine, seu cognomine, seu agnomine testator erravit; nec tamen de quo senserit, incertum sit: error hujusmodi nihil officit veritati.

Vide L. 21. §. 1. ff. qui testam. facer poss.

(c) *Extat in L. 1. §. 1. ff. quae sententiae sine appell. ubi sic.* — Item si calculi error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est: veluti si judex ita pronunciaverit: cum constet, Titium Sejo ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie viginti quinque debere: idcirco Lucium Titium Sejo centum condemno: nam quoniam error computationis est, nec appellare necesse est, et citra provocationem corrigitur.

(d) *Fluit ex L. 8. ff. de admin. rerum ad civ. pertin. ubi sic.* — Calculi erroris retractatio etiam post decenni, aut vicenni tempora admittetur. §. 1. Sed si gratiose expunctae dicentur, non retractabuntur.

Vide vero L. 2. C. de re judic. ubi sic. — Res judicatae si sub praetextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis.

(e) *Extat in L. 2. ff. de jur. et facti ignor. ubi sic.* — In omni parte error in jure non eodem loco, quo facti ignorantia, haberi debebit, cum jus finitum et possit esse, et debeat: facti interpetratio plerumque etiam prudentissimos fallat (1).

(1) Concorda cogli art. 1924. e 1925. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 24. C. de solut. ubi sic.* Cum pro pecunia, quam mutuo acceperas, secundum placitum Evandro te fundum dedisse profitearis: ejus industriam, vel eventum meliorem tibi, non ipsi prodesse, contrarium non postulaturus, si minoris dixtrassisset, non juste petis.

(g) *Extat in L. 190. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod evincitur in bonis non est.

Fluit regula argum. L. 52. ff. de adquir. rer. dom. L. 49. vers. in bonis ff. de verb. sign. immo vide L. 15. §. 6. ff. qui satisd. coga.

(h) *Extat in L. 16. ff. de evict. in princip. ubi sic.* — Evicta re vendita, ex empto erit agendum de eo, quod accessit: quemadmodum ea, quae empto fundo nominatim accesserunt, si evicta sint, simplum praestatur.

Et in L. 9. C. de evict. circa med. ubi sic. — Sin autem evictum fuerit, a venditore, successoreve ejus consequeris, quanti tua interest: in quo continetur etiam eorum persecutio, quae in rem emptam a te, ut melior fieret, erogata sunt. (2)

Vide etiam L. 16. C. eod.

(2) Concorda con gli art. 1479. e 1480. LL. CC.

578. Evicta parte rei pro solido durat obligatio (a).

579. Evicta re venditor tenetur et praetium, et id quod interest praestare (b) et si sciens alienam rem vendiderit, omnino tenetur (c).

580. Evictio etiam non promissa a venditore praestatur (d).

581. De Evictione non tenetur venditor, si ex persona emptoris, vel ejus facto res evicta sit (e), nec tenetur de futuro casu (f).

582. De Evictione quem tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio (g).

583. Eum, qui certo loco aliquid dare promittit, alibi conveniri licet (h).

584. Ex bonis nostris esse differt ab esse in bonis nostris (i).

(a) *Extat in L. 46. ff. de solut. in pric. ubi sic.* — Si quis aliam rem pro alia volenti solverit, et evicta fuerit res; manet pristina obligatio; et si pro parte fuerit evicta: tamen pro solido obligatio durat: nam non accepisset re integra creditor, nisi pro solido ejus fieret (1).

Et in L. 1. ff. de evict ubi sic. — Sive tota res evincatur, sive pars, habet regressum emptor in venditorem; sed cum pars evincatur, si quidem pro indiviso evincatur, regressum habet pro quantitate evictae partis. Quod si certus locus sit evictus, non pro indiviso portio fundi, pro bonitate loci erit regressus: quid enim, si, quod fuit in agro pretiosissimum, hoc evictum est, aut quod fuit in agro vilissimum? Æstimabitur loci qualitas, et sic erit regressus.

(1) Concorda con gli art. 1482, e 1483. LL. CC.

(b) *Extat in L. 70. ff. de evict. ubi sic.* — Evicta re, ex empto actio non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id, quod interest, competit. Ergo, et si minor esse caepit, damnum emptoris erit. (2)

Vide L. 8. 60. 66. in fin. 67. ff. eod. L. 21. in fin. 29. in fin. C. eod. L. 43. circ. fin. ff. de act. empt. L. ult. C. de comm. rer. alienat.

(2) Concorda coll'art. 1476. LL. CC.

(c) *Extat in L. 45. §. 1. in fine ff. de actionibus empt. et vend. ubi sic.* — In omnibus tamen his casibus, si sciens quis alienum vendiderit, omnimodo teneri debet. (3)

(3) Concorda con l'art. 1481. LL. CC.

(d) *Extat in L. 6. C. de evict. ubi sic.* — Non dubitatur, et si specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actionem (4).

Vide L. 25. in fin. C. eod. L. 2. 19. ff. eod. L. ult. C. de comm. rer. alien. L. 12. C. de contr. empt.

(4) Concorda coll'art. 1472. LL. CC. Però si può per patto espresso abrogare, o derogare la garentia.

(e) *Argum. L. 17. ff. de evict. Vide infra. — Aphor. 1585.*

(f) *Extat in L. 11. ff. de evict. circa princ. ubi sic.* Paulus respondit futuros casus emptionis post contractam emptionem ad venditorem non pertinere (5).

(5) Concorda con l'art. 1493 a. com. LL. CC. e con gli art. 1485. e 1104. dette LL.

(g) *Vide infra. — Aphor. 1585.*

(h) *Extat in L. 1. ff. de eo, quod certo loco, ubi sic.* — Alio loco, quam in quem sibi dari quisque stipulatus esset, non videbatur agendi facultas competere: sed quia iniquum erat, si promissor ad eum locum, in quem daturum se promisisset, nunquam accederet, quod vel data opera faceret, vel quia aliis locis necessario distringeretur, non posse stipulatorem ad suum pervenire, ideo visum est, utilem actionem in eam rem comparare (6).

(6) Concorda virtualmente con l'art. 116. LL. CC. unito all'art. 151. L. pr. civ.

(i) *Fluit ex §. 2 Instit. de vi bonor. rapt. ubi sic.* — Sane in hac actione non utique expectatur, rem in bonis actoris es-

585. Exceptio firmat regulam (a).

586. Exceptio opposita non facit excipientem de actionis intentione confiteri (b).

587. Exceptio dilatoria in exordio litis proponi debet (c): peremptoria semper ante sententiam (d).

588. Exceptio tamdiu durat, quamdiu durat actio (e).

589. Exceptio doli repellit vindicantem rem, quam quis vendidit (f).

590. In Exceptione reus est actor (g).

591. Exceptiones plures proponi possunt (h): personales ad alios non transeunt (i): rei cohaerentes transeunt (k).

---

se; nam sive in bonis sit, sive non: si tamen ex bonis sit, locum haec actio habebit. ec....

Vide L. 52. ff. de adquir. rer. dom. L. 49. ff. de verb. sign.

Vide Vinnium in §. 2. Inst. de vi bon. rapt.

(a) *Vide glossam Accursii ad L. 1. ff. de reg. jur.*

(b) *Extat in L. 9. ff. de except. ubi sic.* — Non utique existimatur confiteri de intentione adversarius, quo cum agitur, quia exceptione utitur.

Vide L. 9. Cod. de except.

(c) *Extat in L. 19. C. de probat. ubi sic.* — Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari vero, postquam actor monstraverit, quod adseverat, oportet (1).

Vide L. 412. C. de except.

(1) Concorda con l'art. 280 L. pr. civ.

(d) *Extat in L. 8. C. de except. ubi sic.* — Praescriptionem peremptoriam, quam ante contestari sufficit, omissam, priusquam sententia feratur, objicere quandoque licet. (2)

Vide §. 9. Instit. de except. et L. 2. C. sent. rescindi non posse.

(2) Concorda in senso contrario con il citato art. 280. L. pr. civ.

(e) *Fluit ex L. 6. C. de except. ubi sic.* — Si pactum intercessit; in exceptione sine temporis praefinitione de dolo replicare potes.

(f) *Vide supra. — Aphor. 452.*

(g) *Extat in L. 1. ff. de except. ubi sic.* — Agere etiam is videtur, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione actor est. (3)

Vide L. 9. 19. in princ. ff. de probat.

(3) Vedi l'art. 171. L. pr. civ. ove il reo deve giustificar le sue difese.

(h) *Extat in L. 8. ff. de except. ubi sic.* — Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversae sunt (4).

Vide L. 5. ff. eod.

(4) Concorda con l'art. 280. L. pr. civ.

(i) *Extat in L. 7. ff. de except. in princ. ubi sic.* — Exceptiones, quae personae cujusque cohaerent, non transeunt ad alios. Veluti ea, quam socius habet exceptionem, quod facere possit, vel parens, patronusve, non competit fidejussori (5)....

§. 1. Rei autem cohaerentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt; ut rei judicatae, doli mali, jurisjurandi, quod metus causa factum est. (6)....

(5) Concorda con gli art. 1119. 1161, e 1908. LL. CC.

(6) Concorda con il cit. art. 1161. e con l'art. 1908 LL. CC.

(k) *Fluit ex L. 4. §. 27. ff. de doli mali, et met. except. ubi sic.* — De auctoris dolo exceptio emptori non objicitur. Si autem accessione auctoris utitur: aequissimum visum est, eum, qui ex persona auctoris utitur accessione, pati dolum auctoris, et peraeque traditur, rei quidem cohaerentem exceptionem etiam emptori no-

592. Exceptio de jure tertii non est audienda (a).
593. Excipere potest, qui et agere potest (b).
594. Excusatio omnis sua aequitate nititur (c).
595. Exemplis non est judicandum, sed legibus (d).
596. Existimatio falsa veritati non nocet (e).
597. Ex nudo pacto non oritur actio, sed exceptio (f).
598. Ex post facto convalescunt, quae ab initio non valuerunt (g).
599. Expressa nocent, non expressa non nocent (h).

---

cere: eam autem, quae ex delicto personae oriatur, nocere non oportere (1).

Vide L. 7. §. 1. ff. de except.

(1) Argom. dall' art. 1061. LL. CC.

(a) *Vulgaris aphorismus.* (2)

(2) Eccettuato il caso dell' art. 1119. LL. CC. ove i creditori possono esercitar tutt' i diritti, e tutte le azioni de'lor debitori.

(b) *Extat in L. 156. §. 1. de reg. jur. ubi sic.* — Cui damus actiones, eidem et exceptionem competere multo magis quis dixerit.

Vide L. 1. ff. de except. — Vide tamen L. 25. C. de loc. L. 1. C. si per vim. L. 7. C. ad L. Jul. de vi pub. L. 14. C. de agric.

(c) *Extat in L. 1. in princ. ff. de vacat, et excusat. ubi sic.* — Omnis excusatio sua aequitate nititur....

Vide L. 32. §. 2. ff. de procur. L. 9. ff. de doli mali, et met. except. L. 13. in fin. ff. de publ. jud.

(d) *Extat in L. 13. C. de sent. et interl. ubi sic.* — Nemo judex, vel arbiter existimet, neque consultationes, quas non rite judicatas esse putaverit, sequendum, et multo magis sententias Eminentissimorum Praefectorum, vel aliorum Procerum (non enim si quid non bene dirimatur, hoc et in aliorum judicum vitium extendi oportet, cum non exemplis, sed legibus judicandum sit) neque si cognitionales sint amplissimae Praefecturae, vel alicujus maximi Magistratus prolatae sententiae, sed omnes judices nostros veritatem, et legum, et justitiae sequi vestigia sancimus (3).

Vide L. 12. ff. de off. Praesid. §. ult. Instit. de satisdat.

(3) Concorda con l'art. 3. LL. CC.

(e) *Argum. legis. 4. §. 1. et 6. ff. de manumissionib.*

(f) *Extat in L. 7. §. 4. ff. de pactis. ubi sic.* — Sed cum nulla subest causa propter conventionem, hic constat non posse constitui obligationem. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem.

Et fluit ex L. 15. in fin. ff. de praesc. verb. L. 20. 21. C. de pact. L. 27. C. de locato. L. 2. §. 4. ff. de doli mal. et met. except.

(g) *Fluit ex L. 15. ff. de reb. dub. ubi sic.* — Quaedam sunt, in quibus res dubia est, sed ex postfacto retroducitur, et apparet, quid actum est....

Fluit etiam ex L. 85. §. 1. ff. de reg. juris. ubi sic. — Non est novum, ut quae semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.

Haec regula fluit ex L. 8. circ. pr. ff. de his. qui sui. L. 1. §. vers. casum ff. de postul. L. 18. in princ. ff. qui testam. facer. poss. §. 1. Instit. quibus non est permiss. fac. test. L. 1. §. 3. ff. de bon. poss. secund. tab. Vide tamen L. 16. ff. ad leg. Aquil.

(h) *Extat in L. 195. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Expressa nocent, non expressa non nocent.

Haec regula fluit ex L. 68. ff. de haered. instit. L. 65. §. 1. ff. de legat. 1. L. 52. ff. de condit. et demon. Vide tamen §. 3. in fin. Inst. quib. mod. toll. oblig. L. 99. in princ. ff. de verb. obl.

600. Pro Expressis habentur, quae sunt moris (a).
601. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum praestare debet (b).
602. Extensio de casu ad casum non fit (c).
603. Extincta re debita ante moram periculum est creditoris (d).
604. Extincta re post moram periculum est debitoris (e).

(a) *Extat in L. 31. §. 20. ff. de Ædil. Edicto. ubi sic.* — Quia assidua est duplae stipulatio, idcirco placuit, etiam ex empto agi posse, si duplam venditor mancipii non caveat: ea enim quae sunt moris, et consuetudinis, in bonae fidei judiciis debent venire (1).

(1) Concorda con l' art. 1089. e 1113. LL. CC.

(b) *Extat in L. 149. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum praestare debet (2).

Fluit haec regula ex L. 1. ff. de instit tor. L. 10. in princ. ff. si quis omissa caus. test. L. 13. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poss. L. 14. C. de rei vind.—Excipe. L. ult. §. 4. C. de jur. deliber. L. 15. C. de donat.

(2) Argom. dagli art. 791. e 794. LL.CC. ove i coeredi contribuiscono ai pesi, e debiti della eredità in proporzione di ciò, che prendono per rispettiva quota di beni.

(c) *Argum. legis 10. ff. de lib. et posth. ubi sic.* — Commodissime is, qui nondum natus est, ita haeres instituitur, sive vivo me, sive mortuo natus fuerit, haeres esto: aut etiam pure, neutrius temporis habita mentione, si alteruter casus omissus fuerit, eo casu, qui omissus sit, natus rumpit testamentum, quia hic filius nec sub conditione quidem scriptus haeres intelligitur, qui in hunc casum nascitur, qui non est testamento apprehensus (3).

(3) Argom. dall' art. 8. LL. CC. ove non è data estensione di casi nelle leggi di eccezione a regole generali, e che restringono il libero esercizio de' diritti del cittadino. Vedi l'eccezione nell'art. 1117. LL. CC. sulle convenzioni.

(d) *Extat ex L. 33 ff. de verb. obl. ubi sic.* — Si Stichus certo die dari promissus, ante diem moriatur: non tenetur promissor.

Et in L. 37. ff. eod. ubi sic. — Si certos nummos, puta qui in arca sint, stipulatus sim, et hi sine culpa promissoris, perierint: nihil nobis debetur. (4)

Vide etiam L. 8. in princ. ff. de peric. et com. rei vend. L. 107. ff. de solut.

(4) Concorda con gli art. 1092. 1100. e 1470. LL. CC.

(e) *Extat in L. 5. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Quod te mihi dare oporteat, si id postea perierit, quam per te factum erit, quominus id mihi dares, tuum fore id detrimentum constat. Sed cum quaeratur, an per te factum sit, animadverti debebit, non solum in potestate tua fuerit id, necne, aut dolo malo feceris, quo minus esset, vel fuerit, necne: sed etiam, si aliqua justa causa sit, propter quam intelligere deberes te dare oportere (5).

(5) Concorda con il cit. art. 1092. LL. CC.

FA

605. acit partem, qui non admittitur ad partem (a).

606. Facti quaestio est in potestate judicantis, non jus (b).

607. Factum habetur tale, si quis impedit, quominus fiat (c): non item cum superest aliquid agendum (d).

608. Factum infectum fieri nequit (e).

609. Factum negativum non probatur (f).

610. Factum in dubio non praesumitur (g).

611. Factum a judice, quoad ejus officium non pertinet; ratum non est (h).

(a) *Argum. L. 8. §. 9. ff. de inoff. testamento. — Vide Summarium hujus legis in Accursio.*

(b) *Extat in L. 15. in princ. ff. ad Municip. ubi sic.* — Ordine Decurionum ad tempus motus, et in ordinem regressus ad honorem exemplo relegati tanto tempore non admittitur, quanto dignitate caruit. Sed in utroque placuit examinari, quo crimine damnati sententiam ejusmodi meruerunt; durioribus etenim poenis affectos ignominia velut transacto negotio postea liberari: minoribus vero quam leges permittunt, subjectos nihilominus inter infames haberi: cum facti quidem quaestio sit in potestate judicantium, juris autem auctoritas non sit. (1)

Vide etiam L. 1. §. 4. in fin. ff. ad SC. Turpill. L. 131. §. 1. L. 244. ff. de verb. sign.

(1) Vedi gli esempi negli art. 290. 422. 1273. 1197. LL. CC. ed altrove.

(c) *Extat in L. 39. ff. de reg. juris. ubi sic.* — In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium morae sit, quominus fiat. (2)

Vide L. 161. ff. eod.

Fluit regula ex L. 23. in fin. ff de condit. instit. L. 24. ff. de condit. et demonstr.

(2) Concorda con l'art. 1131. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 11. in fine C. de his. quib. ut indign. ubi sic.* — Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit: nihil etenim actum esse credimus, dum aliquid addendum superest.

Vide L. 1. ff. de orig. jur.

(e) *Fluit ex L. 31. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Verum est neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit.

Haec regula fluit ex L. 12. §. 2. in princ. ff. de captiv. ubi sic. — Facti autem causae infectae nulla constitutione fieri possunt ec.

(f) *Extat in L. 2. ff. de probat. ubi sic.* — Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.

Et in L. 23. Cod. de prob. ubi sic. — Actor, quod adseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit.

Vide L. 10. ff. de non num. pecunia. Vide tamen L. 5. in fin. ff. h. t. L. 14. in fin. ff. de contrah. stip.

(g) *Argum. legis. 51. ff. pro socio.*

(h) *Extat in L. 170. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Factum a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est.

Haec regula fluit. ex L. 1. C. qui pro sua jurisd. L. ult. ff. de jurisd.

612. Factum alicujus alteri non nocet, sed sibi (a).

613. Factum ejus praestamus, a quo lucrum capimus (b).

614. Factum videtur vi, qua de re quis, cum prohibetur, fecit, (c).

615. Factum jussu judicis non videtur dolo malo factum (d).

616. Factum, quod in praestatione consistit, potius pro datione est (e).

617. Factum judicis supplet facto partis (f).

618. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo incohari non potuit, et e contrario (g).

619. Factum incaute pro non facto est, si legi potuit (h).

620. Factum suum nemo recte impugnat (i).

(a) *Extat in L. 74. ff. de r. jur. ubi sic.* — Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Et in L. 155. ff. eod. ubi sic. — Factum cuique suum, non adversario nocere debet. (1)

Fluit ex L. 198. ff. eod. ubi sic. — Neque in interdicto, neque in caeteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.

Fluit quoque ex L. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. L. 3. §. 1. ff. de tributor. act. L. 1. in princ. ff. si mulier ventr. nom. L. 5. §. 5. ff. de oper. nov. nunciat. L. 2. ff. quod. vi, aut clam. L. 33. §. 1. ff. de inoff. testam. L. 17. C. fam. ercisc. L. ult. C. de adquir. et retin. poss. L. 22. C. de poen. L. 155. ff. reg. jur.

(1) Arg. dall' art. 1118. LL. CC.

(b) *Vide supra. — Aphor. 601.*

(c) *Extat in L. 73. ff. de reg. jur. §. 2. ubi sic.* — Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cum prohibetur, fecit: clam, quod quisque, eum controversiam haberet, habituremve se putaret, fecit.

Fluit regula ex L. 1. §. 5. ff. quod vi, aut clam.

(d) *Extat in L. 167. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui jussu judicis aliquid fecit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet.

Fluit haec regula ex L. 7 §. 4 ff. de jurisd. L. 7. §. 2. in fin. ff. de minor. L. ult. ff. de lege commiss. L. 4. in princ. ff. de aqua. L. 13. §. 2. ff. de injur.

(e) *Fluit ex L. 75. §. 10 ff. de verb. obl ubi sic.* — Haec stipulatio, fundum Tusculanum dari, ostendit se certi esse: continetque, ut dominium omnimodo efficiatur stipulatoris quoquo modo.

Vide etiam L. 25. in fin. ff. de contrah. empt. L. 45. §. 1. ff. de legat. 1. L. 167. in princ. ff. de reg. jur.

(f) *Extat in L. 1. C. ut quae desunt. adv. ubi sic.* — Non dubitandum est judicem, si quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere, et proferre, quod sciat legibus, et juri publico convenire (2).

Et in L. 1. C. si in causa judicati. ubi sic. — Res ab causam judicati datas ejus jussu, cui jus jubendi fuit, pignoris jure teneri, ac distrahi posse, saepe rescriptum est. Nam in vicem justae obligationis succedit ex causa contractus auctoritas jubentis.

(2) Vedi l'art. 264. L. di pr. civ. ove il Tribunale deve di uffizio rimetter la causa al giudice competente, ancorchè dalle parti non sia stata dedotta la incompetenza.

(g) *Extat in L. 16. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Quia in eum casum res pervenit, a quo incipere non potest.

Vide etiam L. 11. ff. de servitut. — Vide contra in L. 85. ff. de reg. jur. supra. Aphor. 598.

(h) *Extat in L. 1. §. 1. ff. de his quae in testam. delent. ubi sic.* — Quod igitur incaute factum est, pro non facto est, si legi potuit. (3) . . . .

(3) Vedi l'art. 462. n. 6. leg. pen. ove la disaccortezza è punita.

(i) *Vide supra. — Aphor. 297.*

621. Factum correi correo nocet (a), sed praescriptionem interrumpit (b).

622. Factum interpretatur incontinenti, quum fiat aliquo moderato spatio (c).

623. Facultas probationis non angustatur (d).

624. Falcidia lex quartam partem haereditatis indisponibilem reddit (e).

625. Falcidia locum non habet in legatis ad pias causas (f).

626. Falcidia cessat, si testator prohibuerit ejus retentionem (g): item si haeres inventarium non fecerit (h).

(a) *Extat in L. 18. ff. de duob. reis. ubi sic.* — Ex duobus reis ejusdem Stichi promittendi facti, alterius factum alteri quoque nocet. (1)
Vide immo L. 32. §. 4. ff. de usur. et L. ult. C. de duob. reis.

(1) Concorda con l'art. 1158. LL. CC.

(b) *Extat in L. ult. C. de duob. reis circa med. ubi sic.* — Nobis pietate suggerente videtur esse humanum, semel in uno, eodemque contractu qualicumque interruptione, vel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad persolvendum debitum, sive plures sint rei, sive unus: sive plures sint creditores, sive non amplius, quam unus: sancimusque in omnibus casibus, quos noster sermo complexus est, aliorum devotionem, vel agnitionem, vel ex libello admonitionem aliis debitoribus praejudicare, et aliis prodesse creditoribus. (2) . . . .

(2) Concorda con l'art. 1159. LL. CC.

(c) *Vide Aphor. 852.*

(d) *Extat in L. 21. in fin. C. de haereticis ec. ubi sic.* — Caeterum testamentaria testimonia eorum, et quae in ultimis elogiis, vel in contractibus consistunt, propter utilitatem necessarii usus, eis (*id est haereticis, et manicheis*) sine ulla distinctione permittimus, ne probationum facultas angustetur (3).

(3) Concorda con l'art. 374. leg. p. civ. ove il Tribunale può accordar una proroga per l' esame testimoniale.

(e) *Fluit ex leg. 1. in princ. ff. ad leg. Falcid. ubi sic.* — Lex Falcidia lata est, quae primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem............Secundo capite modum legatorum constituit his verbis » Quicumque civis romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique viri romano pecuniam jure publico dare, legare volet, jus, potestasque esto: dum ita detur legatum, ne minus, quam partem quartam haereditatis eo testamento haeredes capiant.
Vide L. 18. et 73. in fin. ff. eod.

(f) *Extat in Nov. 131. Cap. 12. ubi sic.* — Si autem haeres, quae ad pias causas relicta sunt, non impleverit, dicens relictam sibi substantiam non sufficere ad ista: praecipimus omni Falcidia vacante, quicquid invenitur in tali substantia, proficere provisione sanctissimi locorum Episcopi ad causas, quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias reliquitur causas: jubemus intra sex menses ab insinuatione testamenti numerandos, hoc modis omnibus praeberi, quibus relictum est.
Vide Auth. Simil. C. ad leg. Falc. Nov. 131. Cap. 11. L. 49. C. de Episcop.

(g) *Extat in Nov. 1. Cap. 2. in fin. ubi sic.* — Si vero expressim (testator) designaverit, non velle haeredem retinere Falcidiam: necessarium est, testatoris valere sententiam; et aut volentem eum parere testatori, forsan etiam quaedam juste, et pie relinquenti, lucrum non in percipiendo, sed solummodo pie agendo habentem: et non videri sine lucro hujusmodi esse haereditatem; aut si parere noluerit, eum quidem recedere ad hujusmodi institutione, locum vero fieri, sicut dudum praediximus, substitutis, et cohaeredibus, et fideicommissariis, et legatariis, et servis, et iis, qui ab intestato sunt, et aliis secundum prius a nobis inventam in talibus viam.
N. B. Abrog. L. 15. §. 1. et fin. ff. ad leg. Falc.

(h) *Vide d. Nov. 1. Cap. 2. §. 1. et 2.*

627. Falcidiam non repetit, qui sciens omisit eam retinere solvendo (a).
628. Falcidia cessat favore libertatis (b).
629. Falsa demonstratio circa rem petitam vitiat judicium (c).
630. Falsa demonstratio non vitiat legatum, nec falsa causa (d).
631. Falsi poena tenentur testes perjurantes (e) testamentum corrum-

(a) *Extat in L. 9. Cod. ad Leg. Falc. ubi sic.* — Error facti, quartae ex causa fideicommissi non retentae repetitionem non impedit. Is autem; qui sciens se posse retinere; universum restituit, condictionem non habet: quin etiamsi jus ignoraverit, cessat repetitio.

Vide L. 1. et ultim. Cod. eod. L. 12. C. de fideicom. L. 20. ff. de donat.

(b) *Argumento legis. 6. ff. de fideicom. libertatibus.*

(c) *Fluit ex L. 5. §. 5. ff. de rei vindic. ubi sic.* — Si plures sint ejusdem nominis servi, puta plures Herodes, nec appareat, de quo actum sit: Pomponius dicit nullam fieri condemnationem.

(d) *Extat in L. 17. ff. de condit. et demon. ubi sic.* — Demonstratio falsa est, veluti si ita scriptum sit: servum Stichum, quem de Titio emi; fundum Tusculanum, qui mihi a Sejo donatus est. Nam si constat; de quo homine, de quo fundo senserit testator, ad rem non pertinet, si is, quem emisse significavit, donatus esset: aut quem donatum sibi esse significaverat, emerit. §. 1. Igitur et si ita servus legatus sit Stichum cocum, Stichum sutorem Titio lego; licet neque cocus, neque sutor sit, ad legatarium pertinebit, si de eo sensisse testatorem conveniat. Nam et si in persona legatarii designanda aliquid erratum fuerit, constat autem, cui legare voluerit; perinde valet legatum, ac si nullus error intervenerit. §. 2. Quod autem juris est in falsa demonstratione, hoc vel magis est in falsa causa, veluti ita, Titio fundum do, quia negotia mea curavit; item: fundum Titius filius meus praecipito, quia frater ejus ipse ex arca tot aureos sumpsit. Licet enim frater hujus pecuniam ex arca non sumpsit, utile legatum est. §. 3. At si conditionaliter concepta sit causa, veluti hoc modo, Titio, si negotia mea curavit, fundum do: Titius filius meus, si frater ejus centum ex arca sumpsit, fundum praecipito: ita utile erit legatum, si et ille negotia curavit, et hujus frater centum ex arca sumpsit. §. 4. Quod si cui in hoc legatum sit, ut ex eo aliquid faceret; veluti monumentum testatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel ex eo, ut partem alii restitueret; sub modo legatum videtur. (1)

Et in L. 33. ff. eod. in princ. ubi sic. Falsa demonstratio, neque legatario, neque fideicommissario nocet, neque haeredi instituto: veluti si fratrem dixerit, vel sororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud: et hoc ita juris civilis ratione, et constitutionibus Divorum Severi, et Antonini cautum est. §. 1. Sed si controversia sit de nomine inter plures, qui probaverit, sensisse de se defunctum, ille admittetur.

Et in L. 72. §. 6. ff. eod. ubi sic. — Falsam causam legato non obesse, verius est; quia ratio legandi legato non cohaeret: sed plerumque doli exceptio locum habebit, si probetur, alias legaturus non fuisset.

Et in leg. 2. C. de fal. caus. ubi sic. — Etiamsi veritas debiti non subest, falsa tamen demonstratio non perimit legatum, et ex testamento ejus quoque nomine competit actio.

Vide L. 3. et 5. C. eod. L. 10. ff. de auro, et arg. legat. L. 6. ff. de dote praeleg. §. 30. Inst. de legat.

(1) Altrimenti lo è ne' contratti: vedi la nota al n. 571. La falsa causa rende nulla la obbligazione art. 1085. LL. CC.

(e) *Extat in L. 1. ff. de leg. Corn. de falsis. ubi sic.* — Poena legis Corneliae irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa inspicienda, dolo malo curaverit. (2).

(2) Concorda in causa civile con l'art. 190 L. pen. ed in causa criminale con l'art. 188. 189. 193. 195. d. leg.

pentes (a), et celantes (b), nummos radientes (c), distrahentes idem duobus (d), imitantes alienum chirographum (e), proferentes adversantia sibi testimonia (f), praeferentes diem pignoris (g), falsans pondera, et mensuras (h).

632. Falsi lucrum a defuncto factum ad haeredem ejus non transit (i).

633. Falsi accusatio non fit contra parentes (k); nec contra instrumenta, de quibus antea suspectis transactum est (l).

(a) *Extat in L. 2. ff. eod. ubi sic.* — Qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit, quique testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit dolo malo; cujusve dolo malo id factum erit: legis Corneliae poena damnatur (1).

Vide L. 9. ff. eod. §. *3.*

(1) Concorda in genere con gli art. 287. e seg. leg. pen. e con l'art. 298. d. leg.

(b) *Extat in L. 14. C. ad leg. Corn. de Falsis ubi sic.* — Eum, qui celavit, vel amovit testamentum, committere crimen falsi, publice notum est.

Vide dict. L. 2. ff. de lege Corn. de fals.

(c) *Vide L. 8. et 9. ff. de leg. Corn. de fals. ubi hoc dicitur.*

Vide L. 3. C. de falsa monet. (2)

(2) Concorda con l'art. 263. leg. pen.

(d) *Extat in L. 21. in princ. ff. de leg. Cor. de falsis ubi sic.* — Qui duobus insolidum eamdem rem diversis contractibus vendidit, poena falsi coercetur, et hoc et Divus Adrianus constituit. (3).

(3) Vedi l'art. 2081. LL. CC. ove è soggetto allo stellionato chi vende un medesimo fondo a due persone.

(e) *Extat in L. 23. ff. de leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Quid sit falsum quaeritur? Et videtur id esse, si quis alienum chiroghaphum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel describat: non qui alias in computatione, vel in ratione mentiuntur. (4)

Vide Novell. 73. in princ.

(4) Concorda con l'art. 293. leg. pen.

(f) *Extat in L. 27. ff. de leg. Cor. de fals. in princ. ubi sic.* — Eos, qui diversa inter se testimonia praebuerunt, quasi falsum fecerint, et praescripto legis teneri pronunciat. (5)

(5) Vedi l'art. 188. Leg. pen.

(g) *Extat in L. 28. ff. de leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Si a debitore, praelato die, pignoris obligatio mentiatur: falsi crimini locus est.

(h) *Extat in L. 32. ff. de leg. Cor. de fals. in fin.* — Decretoque Divi Adriani praeceptum est in insulam eos relegari, qui pondera, aut mensuras falsassent.

Vide L. 6. §. fin ff. eod. (6).

(6) Concorda con l'art. 430. n.6. e 436. leg. pen.

(i) *Extat in L. 12. ff. de leg. Cor. de fals. ubi sic.* — Cum falsi reus ante crimen illatum, aut sententiam dictam, vita decedit, cessante Cornelia, quod scaelere quaesitum est, haeredi non relinqnitur.

Vide L. 6. ff. de publ. jud. L. 4. ff. h. tit.

(k) *Extat in L. 5. C. ad leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Falsi quidem crimen, vel aliud capitale movere vos matri vestrae, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium compendium non aufert ec. (7)....

Vide L. 1. §. 43. ff. de vi, et vi L. 11. §. 1. ff. de accusat.

(7) Questo favore è dato soltanto ne'reati contra la proprietà art. 455. leg. pen.

(l) *Extat in L. 7. Cod. ad leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Ipse significas, cum primum adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. Facta igitur transactione, difficile est, ut is, qui Provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accensare permittat. (8)

Vide L. 42. C. de transact. L. 2. C. de his, quae ut indign.

(8) Concorda per arg. dell'art. 1927. LL. CC.

634. Falsi actionem evadere nequit is, qui instrumentum falsum composuerit, et uti nolit (a).

635. Falsi veritas officio judicis variis probationibus inquirenda (b).

636. Falsi nominis, vel cognominis adseveratio poena falsi coercetur (c); sed nominis mutatio, sine fraude, non est illicita (d).

637. Falsum est, quod animo corrumpendae veritatis in alterius fraudem dolo malo fit (e).

638. Falsum fit in omni re, dum quid fit contra fidem veri (f).

639. Falsum testamentum dicere potest is, qui ignorans ipsum agnovit (g).

(a) *Extat in L. 8. Cod. ad leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Si falsos codicillos ab his, contra quos supplicas, factos esse contendis; non ideo accusationem evadere possunt, quod se illis negent uti; nam illis prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, et quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis in severitatem legis Corneliae inciderunt; non possunt defensionis ejus recusando, crimen evitare. (1)

Vide immo L. 19. in princ. ff. hoc. tit.

(1) Vedi gl' articoli 312. L. pr. civ. e 446 e 447. L. di pr. pen. ove cessa l'azion di falso in iscrittura privata, qualora chi l' ha prodotta in giudizio dichiari di non volersene servire.

(b) *Extat in L. 22. C. ad leg. Cor. de fals. ubi sic.* — Ubi falsi examen inciderit: tunc acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis. Nec accusatori tantum quaestio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: Sed inter utramque personam sit judex medius: nec ulla interlocutione divulget, quae sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, quae solum audiendi mandat officium, praebeat notionem: postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus etc. (2)

Vide L. 19. C. de rei vind. L. ult. Cod. de prob. L. 20. C. de fide instr. L. ult. C. hoc. tit.

(2) Concorda con gli articoli 327. L. pr. civ. e 450, e seguenti L. pr. pen.

(c) *Extat in L. 13. ff. de leg. Corn. de fals. in princ. ubi sic.* — Falsi nominis, vel cognominis adseveratio poena falsi coercetur

Vide L. unic. C. de mutat. nomin.

(d) *Extat in L. unic. Cod. de mutat. nom. ubi sic.* — Sicut in initio nominis, cognominis, praenominis recognoscendi singulos impositio libera est privatis: ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen vel pronomen, sive cognomen sine aliqua fraude licito jure si liber es, secundum ea, quae saepe statuta sunt, minime prohiberis; nullo ex hoc praejudicio futuro.

Vide L. 20. ff. C. ad leg. Cor. de fals.

(e) *Fluit ex L. 20. C. ad Leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Nec exemplum editionis precum aliter per errorem scriptum, cum nonnisi dolo malo falsum committentes crimini subjungentur, cognitionem dati judicis moratur (3).

(3) Concorda cogli articoli 288. 291. e 293. Leg. pen.

(f) *Fluit ex L. 16. §. 1. et 2. ff. de leg. Corn. de fals. ubi sic.* — §. *1.* Paulus respondit, legis Corneliae paena omnes teneri, qui etiam extra testamenta, caetera falsa signassent. §. 2. Sed et caeteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliave qua re sine consignatione falsum fecerunt; vel, ut verum non appareat, quid celaverunt, subripuerunt, subjecerunt, resignaverunt; eadem poena affici solere, dubium non esse. (4)

Vide L. 9. §. 3. ff. eod. L. 1. §. 4. ff. eod.

(4) Concorda co' cit. art. 288. 291. e 293. Leg. pen.

(g) *Fluit ex L. 3. C. ad leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Licet ex tabulis, quas sub

640. Falsum objiciens interim ad solvendum compellitur (a).
641. Falsum in adsumptione demonstrationi certae non nocet (b).
642. Familiae relictum a proximioribus in gradu transit ad sequentes (c).
643. Familiae appellatione liberi quoque continentur (d).
644. Familiae appellatione dicuntur plures personae uni subjectae (e).
645. Familiae finis, et caput est mulier (f).
646. Favorabiliores sunt ultimae voluntates contractibus (g).
647. Favorabiliores rei, quam actores (h).
648. Fictio debet tantum porrigi ad id, quod per rerum naturam non est impossibile (i).

---

nomine patris tui uxorem ejus, id est, novercam tuam, subrepto vero testamento falsas potulisse allegas, cum crimen admissum ignorares, legatum adscriptum tibi consecutus sis; tamen non impediens accusationem contra eam impletis solemnibus instituere.

Vide L. 14. C. de inoff. test. L. 5. ff. de his, quae ut indign.

(a) *Extat in L. 2. C. ad leg. Corn. de fals. ubi sic.* — Satis aperte Divorum Parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandae solutionis gratia, a debitore falsi crimen objicitur, nihilominus, salva executione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere (1).

Vide L. 31. ff. de re judic.

(1) Vedi l'art. 1273. LL. CC. ove appena ammessa l'accusa di falso penale vien sospesa l'esecuzione dell'atto arguito di falso; se però si tratti di falso incidente civile, i giudici secondo le circostanze potranno ordinar la sospenzione dell'atto.

(b) *Extat in L. 48. §. ult. ff. de haered. instituend. ubi sic.* — Si in patre, vel patria, vel alia simili adsumptione fatrum scriptum est: cum de eo, qui demonstratus sit, constet, institutio valet.

Vide L. 58. §. 1. ff. eod. L. 4. C. de testam.

(c) *Fluit ex L. 69. §. 3. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Fratre haerede instituto petiit ne domus alienaretur, sed ut in familia relinqueretur. Si non paruerit haeres voluntati, sed domum alienaverit, vel extero haerede instituto decesserit: omnes fideicommissum petent, qui in familia fuerunt. Quid ergo, si non sint ejusdem gradus? ita res temperari debet, ut proximus quisque primo loco videatur invitatus. Nec tamen ideo sequentium causa propter superiores in posterum laedi debet, sed ita proximus quisque admittendus est, si paratus sit cavere, se familiae domum restitutorum. Quod si cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata: nulla quidem eo nomine nascetur conditio; sed si domus ad exterum quandoque pervenerit, fideicommissi petitio familiae competit. Cautionem autem ratione doli mali exceptionis puto juste desiderari, quamvis nemo alius ulterior ex familia supersit.

Vide etiam L. 32. ff. eod. §. ultim.

(d) *Extat in L. 40. §. 2. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Familiae appellatione liberi quoque continentur.

Vide L. 1. 9. 5. §. 1. et 2. ff. eod. Adde L. 2. §. 14. ff. vi bon rapt.

(e) *Extat in L. 195. §. 4. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Item appellatur familia plurium personarum, quae ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi a fonte quodam memoriae . . . .

Vide L. 192. ff. eod.

(f) *Extat in d. L. 195. §. 5. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Mulier autem familiae suae et caput, et finis est.

Vida L. 1. §. 2. ff. de iure immun.

(g) *Fluit argum. L. 12. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In testamentis plenius voluntates testantium interpetrantur.

(h) *Vide infra. — Aphor. 1733.*

(i) *Vide gloss. Accur. ad L. 3. ff. pro socio.*

649. Fideicommissi conditionalis valet pactum (a).

650. Fideicommissum evanescit invicem substitutis consentientibus (b).

651. Fideicommissum familiae relictum peti potest ab iis, qui nominati sunt; post eos extinctos a caeteris ex familia (c) tempore mortis testatoris.

652. Fideicommissum, seu bona fideicommissi nec alienari, nec pignori dari possunt (d), excepta causa legitimae, et dotis (e).

653. Fidejussio accedens obligationi a lege prohibitae liberatur (f):

(a) *Fluit ex L. 1. C. de pactis ubi sic.* — Conditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conventione finitum est. Cum igitur verbis fideicommissi petitum a patre duo profiteoris, ut, si vita sine liberis decederet, haereditatem Licinio Frontoni restitueret: pactum eo tempore de sextante (Licinio Frontoni) dando, cum liberos Philiuus non sustulerit, interpositum, non idcirco potes iniquum videri, quod facta, sicut placuit, divisione diem suum, te filio ejus superstite, functus esset.

Vide L. 16. ff. eod. Vide tamen. L. ult. ff. eod. L. 45. §. 5. ff. de legat. 2.

(b) *Fluit ex L. 11. C. de transact. ubi sic.* — De fidecommisso a patre inter te, et fratrem tuum vicissim dato, si alter vestrum sine liberis excesserit vita, interposita transactio rata est: cum fratrum concordia remoto captandae mortis alterius voto improbabili retinetur: et non potest eo casu rescindi, tanquam circumventus sis: cum pacto tali consenseris: neque eam, cui subveniri solet, aetatem agere te proponas: nec, si ageres, iisdem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberis.

Vide L. 16. C. de pactis.

(c) *Extat in L. 32. §. 6. ff. de legat. 2. ubi sic.*—In fideicommisso, quod familiae relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti possunt, qui nominati sunt: aut post omnes eos extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo testator moreretur; et qui ex his primo gradu procreati sint: nisi specialiter defunctus ad alteriores voluntatem suam extenderit.

Vide L. 69. §. 3. ff. eod. supra Aphor. 642.

(d) *Extat in L. 3. §. 2. circ. princ. C. commun. de legat. ubi sic.* — Nemo itaque haeres ea, quae per legatum, vel pure, vel sub certo die relicta sunt, vel quae restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita, secundum veterem dispositionem putet in posterum alienanda; vel pignoris, vel hypothecae titulo adsignanda, vel mancipio manumittenda: sed sciat, hoc, quod alienum est, non ei licere, utpote sui patrimonii existens, alieno juri applicare; quia satis absurdum est, et irrationabile rem, quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecae, pignorisve nomine obligare, vel manumittere, et alienam spem decipere. *Vide Auth. res, quae n. sequenti.*

Vide §. 3. C. eod. L. 15. ff. de reb. dub. et C. de reb. alien. non alien. (1).

(1) Concorda con l'art. 959. LL. CC. in materia di majoraschi.

(e) *Extat in Auth. Res quae §. 3. C. comm. de legat. ubi sic.* — Res, quae subjacent restitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed si liberis portio legitima non sufficiat ad dotis, sive donationis propter nuptias obligationem: permittitur res praedictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo. Ea enim, quae communiter omnibus prosunt, his, quae specialiter quibusdam utilia sunt, praeponimus. (2)

(2) Concorda con l'art. 962. LL. CC. in materia di majoraschi.

(f) *Fluit ex L. 56. ff. de fidejuss. ubi sic.* — Si quis pro eo, qui libertus non esset, et operas praestatnrum se jurasset; fidejussor erit, non tenebitur. §. 1. Idem si filius a patre, vel servus a domino stipuletur, uec fidejussor acceptus tenetur: quia

item per novationem (a).

654. Fidejussio accipi potest in poenam maleficii (b).

655. Fidejussor in leviorem rei causam, non in duriorem obligari intelligitur (c).

656. Fidejussor intensive obligari potest, non extensive (d).

657. Fidejussor factum alienum ignorare potest (e).

658. Fidejussor liberatur reo electo, et solvente (f).

659. Fidejussor semel liberatus; semper liberatus videtur (g).

660. Fidejussor excusatur, si res esset peritura etiam penes creditorem (h).

661. Fidejussoribus etiam competunt exceptiones rei cohaerentes (i).

662. Fidejussoris obligatio transit ad suum haeredem (k): item et

---

non potest pro eodem, et eidem esse obligatus (1)....
Vide L. 16. in princ. ff. eod. L. 71. in princ. ff. eod.

(1) Concorda con l'art. 1884 LL. CC.

(a) *Extat in L. 60. ff. de fidejuss. ubi sic.* — Ubicunque reus ita liberatur a creditore, ut natura debitum maneat, teneri fidejussorem respondit. Cum vero genere novationis transeat obligatio; fidejussorem, aut iure, aut exceptione liberandum. (2)
Vide L. 4. C. de fidejuss.

(2) Concorda con l'art. 1235 LL. CC.

(b) *Extat in L. 8. §. 5. ff. de fidejuss. ubi sic.* — Sed et si ex delicto oriatur actio, magis putamus teneri fidejussorem (3).
Vide etiam L. 70. §. ult. ff. eod.

(3) Concorda art. 43. leg. pen.

(c) *Extat in d. L. 8. §. 7. ff. de fidejuss ubi sic.* — Illud commune est in universis, qui pro aliis obligantur, quod si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit, eos omnino non obligari: in leviorem plane causam accipi possunt. (4)
Vide §. 5. Inst. eod. L. 9. 34. ff. eod.

(4) Concorda con l'art. 1885. LL. CC.

(d) *Vide Vinnium. Instit. de fidejuss. n. 1.* (5).

(5) Vedi il cit. art. 1885. LL. CC. e l'art. 1887. d. LL. ove la fidejussione non può estendersi ol tre i limiti, nè quali fu contrattata.

(e) *Vide infra. — Aphor. 1734.*

(f) *Argum. leg. 2. Cod. de fidejuss.* (6)

(6) Vedi gli art. 1906. e 1910. LL. CC. ove l'obbligazione del fidejussore si estingue per le stesse cause, per le quali si estinguono le altre obbligazioni, e quando il creditore accetta in pagamento un immobile, e qualunque altra cosa.

(g) *Extat in L. ult. ff. de pactis ubi sic.* — Si reus, postquam pactus sit a se non peti pecuniam, ideoque caepit id pactum fidejussori quoque prodesse, pactus sit, ut a se peti liceat; an utilitas prioris pacti sublata sit fidejussori, quaesitum est? Sed verius est, semel adquisitam fidejussori pacti exceptionem, ulterius (ei) invito extorqueri non posse (7).
Vide L. 68. §. fin. ff. de fidejuss. L. 19. ff. de except. obstat. L. 27. §. 2. vers. eadem rat. ff. de pactis.

(7) Argomento dall'art. 1899. LL. CC. ove se il creditore abbia divisa la sua azione, non vi può recedere, quando anche pria del tempo, in cui ha consentito per la divisione, vi fossero de' fidejussori insolvibili.

(h) *Argum. leg. 2. et 6. ff. Si quis caution.* (8)

(8) Vedi l'art. 1906. LL. CC. Afor. 658.

(i) *Extat in L. 7. §. 1. ff. de except. ubi sic.* — Rei autem cohaerentes exceptiones etiam fidejussoribus competunt; ut rei judicatae, doli mali, jurisjurandi, quod metus causa factum est. Igitur et si reus pactus sit in rem, omnimodo competit exceptio fidejussori (9).
Vide L. 21. in fin. ff. de pactis.

(9) Concorda con l'art. 1908. LL. CC.

(k) *Extat in L. 4. §. 1. ff. de fidejuss. ubi sic.* — Fidejussor et ipse obligatur, et

beneficium (a).

663. Fidejussoris fidejussor datur (b).

664. Fidejussoris obligatio est accessio principali obligationi, et plus non debetur (c).

665. Fidejussorum, aut reorum plurium contra unum agens creditor, non amittit actionem contra alios (d).

666. Fieri non debet, quod factura non relevat (e).

667. Filii naturales excludunt quandoque substitutum (f).

668. Filii naturales matrem jure naturae sequuntur (g).

669. Filio mortuo simul cum patre supervixisse videtur filius (h).

---

haeredem obligatum relinquit, cum rei locum obtineat (10).

Vide §. 2. *Instit. et L.* 24. *C. de fidejuss. L.* 49. *ff. de obl. et act.*

(10) Concorda con l'art. 1889. LL. CC.

(a) *Fluit ex L.* 27. §. 3. *ff. de fidejuss. ubi sic.* — Sicut ipsi fidejussori, ita haeredibus quoque eorum succurrendum, Pomponius scribit.

Vide L. 49. §. 1. *ff. eod.*

(b) *Extat in L.* 8. §. *ult. ff. de fidejuss. ubi sic.*—Pro fidejussore fidejussorem accipi, nequaquam dubium est. (1).

(1) Concorda con l'art. 1886. LL. CC.

(c) *Extat in* §. 5. *Instit: de fidejuss. ubi sic.* — Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeant quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in principali re ec. (2)

Vide L. 8. §. 7. *et* 8. *L.* 16. §. 1. *L.* 34. *L.* 38. *L.* 42. *in princ. ff. de fidejuss.*

(2) Concorda con l'art. 1885 LL. CC.

(d) *Extat in L.* 28. *C. de fidejuss. in princ. ubi sic.*—Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus statutum est, ut contestatione contra unum ex his facta alter non liberetur, ita et fidejussoribus observari. Invenimus etenim, et in fidejussorum cautionibus plerumque ex pacto hujusmodi causae esse prospectum: et ideo generali lege sancimus, nullo modo electione unius ex fidejussoribus, vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum fidejussoribus, vel uno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfat creditori: sed manere jus integrum, donec in solidum ei pecuniae persolventur, vel alio modo satis ei fiat (3).

Vide Novell. 4. *C.* 1.

(3) Argom dall'art. 1897 LL. CC. ove quando più persone si sono costituite fidejussori per un medesimo debitore, e per uno stesso debito, ciascuna di esse resta obbligata per lo intero debito.

(e) *Fluit ex L.* 14. §. 1. *ff. ut legator. seu fidejummiss. ubi sic.* — Divus quoque Pius rescripsit, quotiens evidens res est, ut certum sit, nullo modo fideicommisso locum esse, perquam iniquum esse, supervacua cautione onerari haeredem.

Vide L. 1. §. *pen. et ult. ff. ut in possess. legat.*

(f) *Extat in L.* 17. §. 4. *ff. ad SC. Trebell. ubi sic.* — Si quis rogatus fuerit, ut, si sine liberis decesserit, restituat haereditatem; Papinianus lib. VIII. Responsorum scribit, etiam naturalem filium efficere, ut deficiat conditio . . . .

(g) *Extat in L.* 24. *ff. de statu homin. ubi sic.* — Lex naturae haec est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit. (4)

Vide L. 1. §. 2. *ff. ad Municipal.*

(4) Concorda con l'art. 674. LL. CC.

(h) *Extat in L.* 9. §. 1. *ff. de reb. dub. ubi sic.* — Cum bello pater cum filio periisset, materque filii, quasi postea mortui, bona vendicaret, adgnati vero pa-

670. Filiorum nomine faeminae continentur, non contra (a).
671. Filiorum non est poena delictum patris (b).
672. Filios reliquisse dicitur is, qui ventrem reliquit praegnantem (c).
673. Filius non tam haeres, quam dominus patris (d).
674. Filiusfamiliamilias in publicis causis habetur pro patrefamilias (e), item in peculio castrensi (f) alioquin pro patre adquirit (g).
675. Fisco datur quod aufertur ab indignis (h).
676. Fisco in dubiis non favendum (i).

---

tris, quasi filius ante periisset: Divus Adrianus credidit patrem prius mortuum (5).

Extat quoque in §. ultimo dictae legis.

(5) Vedi gli art. 640. a 643. LL. CC. ove la sopravvivenza si regola dal vigor dell'età, o del sesso.

(a) *Extat in L. 45. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Si ita sit scriptum: filiabus meis centum aureos do: an et masculini generis, et faeminini liberis legatum videatur? Nam si ita scriptum esset, filiis meis hosce tutores do, responsum est, etiam filiabus tutores datos esse, quod non est ex contrario accipiendum, ut filiarum nomine etiam masculi contineantur. Exemplum enim pessimum est, faeminino vocabulo etiam masculos contineri.

Vide L. 19. in princ. ff. de testam. tut. L. 81. in princ. ff. de legat. 3.

(b) *Extat in L. 2. §. 7. ff. de Decur. ubi sic.* — Nullum patris delictum innocenti filio poenae est: ideoque nec ordine decurionum, aut caeteris honoribus propter ejusdem causam, prohibetur. (1).

Vide L. 9. 26. ff. de poen. L. 3. §. 9. ff. de muner. L. 22. C. de poenis, et C. ne filius pro patre.

Vide supra. — Aphor. 397. e 399.

(1) Concorda con l'art. 653. LL. CC.

(c) *Extat in L. 187. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Si quis praegnantem uxorem relinquit, non videtur sine liberis decessisse (2).

Fluit regula ex L. 18. ff. quando dies legat. L. 164. ff. de verb. sign.

(2) Vedi l'art. 315. LL. CC. ove se alla morte del marito la moglie trovasi incinta, deve nominarsi un curatore al ventre.

(d) *Argum. ex L. 1. §. 12. ff. de success. Edict.*

(e) *Extat in L. 9. ff. de his, qui sui, ubi sic.* — Filiusfamilias in publicis causis loco patrisfamilias habetur, veluti si Magistratum gerat, vel tutor detur.

Vide L. 14. ff. ad SC. Trebell. L. 77. ff. de judic. in princ. Instit. qui testam. tutor. L. 6. et 7. §. 2. ff. de ritu nupt. L. 7. ff. de tutel. L. 5. ff. quod cujusqu. L. 3. ff. de SC. Maced. L. 3. ff. de offic. Praes.

(f) *Extat in L. 1. §. ult. ff. de SC. Maced. ubi sic.* — In filiosfamilias nihil dignitas facit, quominus SC. Macedonianum locum habeat: nam etiamsi Consul sit, vel cujusvis dignitatis, SC. locus est: nisi forte castrense peculium habeat, tunc enim SC. cessabit.

Et in L. 2. ff. eod. ubi sic. — Usque ad quantitatem castreusis peculii, cum filiifamilias in castrensi peculio vice patrumfamiliarum fungatur (3).

(3) Concorda con l'art. 295. LL. CC.

(g) *Vide Inst. per quas. pers. obl. acq. et L. ult. §. 3. C. de bon. quae lib.*

Vide L. ult. §. 1. C. de SC. Maced.

(h) *Extat in L. 8. §. 14. ff. de inoff. test. ubi sic.* — Meminisse autem oportebit eum, qui testamentum inofficiosum improbe dixit, et non obtinuit: id, quod in testamento accepit, perdere, et id fisco vindicari, quasi indigno ablatum.

Vide L. 13. §. pen. ff. de jure fisci. (4)

(4) Abrogato dall'art. 653. LL. CC. ove i figli dell'indegno sono chiamati a succedere.

(i) *Extat in L. 10. ff. de jure fisci ubi sic.* — Non puto delinquere eum, qui in

677. Faeminarum conditio in multis deterior est (a).
678. Faeminae non possunt suscipere officia civilia (b), nec esse testes in testamento, alibi possunt (c), nec esse judices (d), nec arbitri. Vide Arbiter.
679. Fori privilegium superveniens inutile est (e), et potest fori privilegio renunciari (f).
680. Forma dat esse rei, et forma mutata prope interemit substantiam rei (g).
681. Forus non mutatur lite incepta (h).
682. Fraudari non videntur, qui sciunt, et consentiunt (i).
683. Fraudis suspicionem tollit affectio (k).
684. Fraus aextiamatur tam ex solo eventu, quam ex consilio (l);

---

dubiis quaestionibus contra fiscum facile responderit.

Vide tamen. Edictum Iustiniani 4. C. 2. §. 1.

(a) *Extat in L. 9. SC. de statu hom. ubi sic.*—In multis juris nostri articulis deterior est conditio faeminarum, quam masculorum.

Vide L. 1. in princ. ff. de Senator.

(b) *Extat in L. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Faeminae ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotae sunt: et ideo nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere.

Fluit ex L. 1. §. 1. ff. ad SC. Vellej. L. 1. §. ff. de postul. L. 12. §. 2. ff. de judiciis. L. ult. ff. de tutel. L. 3. §. 3. et ult. §. 14. ff. de muner. L. 18. C. de procurat. L. ult. C. de recept. arb. L. 1. §. 5. ff. de postul. L. 1. et tot. tit. ff. et C. ad SC. Vellejan.

(c) *Extat in L. 20. §. 6. ff. qui testam. fac. poss. ubi sic.* — Mulier testimonium dicere in testamento quidem non poterit: (1) alias autem posse testem esse mulierem, argumento est lex Iulia de adulteriis, quae adulterii damnatam testem produci, vel dicere testimonium vetat. (2).

Vide §. 6. Instit. de testam. ordin.

(1) Concorda con l'art. 906. LL. CC. Neppur possono le donne esser testimoni in atti dello stato civile art. 39. LL. CC.

(2) Lo possono esser in cause civili art. 378. L. pr. civ.

(d) *Vide d. L. 2. ff. de reg. jur. in Aphor. 678. et L. 12. ff. de judiciis §. 2.*

(e) *Extat in L. 7. ff. de jud. ubi sic.* — Si quis, postea quam in jus vocatus est, miles, vel alterius fori esse caeperit: in ea causa jus revocandi forma non habebit, quasi praeventus.

Vide L. 30. ff. eod. L. 19. in princ. de jurisd. L. 5. §. 7. ff. de jur. imm.

(f) *Vide L. penult. Cod. pactis.* (2)

(2) Argom. dall'art. 116. LL. CC. ove è permesso di eleggersi un domicilio in un luogo diverso da quello del domicilio reale, ed ivi adirsi il giudice.

(g) *Vide infra. — Aphor. 1202.*

(h) *Extat in L. 30. ff. de judicis ubi sic.*—Ubi acceptum est semel judicium, ibi et finem accipere debet.

Vide L. 7. ff. eod.

(i) *Vide supra. — Aphor n. 270.*

(k) *Fluit in L. 67. §. 1. ff. de ritu nupt. ubi sic.* — De uno dubitari potest: si avus tutelam gessit neptis ex filio emancipato natae, an nepoti ex altero filio, eam collocare possit, sive emancipato, sive manenti in potestate: quia par affectionis causa suspicionem fraudis amovet? Sed et si Senatusconsultum stricto jure contra omnes tutores nititur: attamen summa affectionis avitae intuitu, hujusmodi nuptiae concedendae sunt.

Vide L. pen. in fin C. de adopt. Vide tamen L ult. C. ubi pupill.

(l) *Extat in L. 79. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Fraudis interpetratio semper in jure

etiam ex tempore (a).

685. Fraus sua nemini juvat (b).

686. Fraus dat fraudato non solum, quod generaliter habere potuisset, sed etiam quod per adversarium habere non potuit (c). Dignum est fraudem in suum auctorem retorqueri (d). Licet mihi aliquis fraudem faciat, non propter (e) hoc aliis facere debeo.

687. Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet (f): omnes fructus rei, et quidquid inde percipi potest, ejus sunt (g).

688. Fructuarius praestat omnia fructum onera (h) etiam stipendia, et tributa (i).

---

civili non ex eventu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

Fluit regula ex L. 10. et 15. ff. quae in fraud. L. 1. C. qui manumitt. poss.

(a) *Extat in L. 10. §. 12. ff. quae in fraud. ubi sic.* — Si cum in diem mihi deberetur fraudator praesens solverit: dicendum erit, quod in eo, quod sensi commodum in repraesentatione, in factum actioni locum fore: nam Praetor fraudem intelligit etiam in tempore fieri.

Vide L. 17. in fin. ff. eod.

(b) *Vide infra. — Aphor. 1124.*

(c) *Extat in L. 78. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non potuerit, considerandum est.

Fluit regula ex L. 20. et 62. in fin. ff. de rei vind. L. 23. in princ. ff. ad Leg. Aquil. L. 21. §. 3. ff. de action. empt. L. 39. §. 1. ff. de legat. 1. L. 10. §. 19. et 20. L. 25. §. 4. ff. quae in fraud. L. 13. ff. ratam haber. L. 1. in fin. C. de petit. haered. L. 5. C. de rei vind.

(d) *Vide L. 25. Cod. de legat.*

(e) *Fluit ex L. 5. C. de novat. ubi sic.* Si pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine certam pecuniam stipulanti spopondit, licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summae promissae nimis improbe solutio negatur.

(f) *Extat in L. 13. §. 4. ff. de usufructu ubi sic.* — Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet; meliorem facere potest. (1)....

Vide L. 10. L. 15. §. 3. ff. eod., §. 5. in fin. dictae leg. 10. ff. eod. Immo vide L. 7. in fin. L. 8. ff. eod.

(1) Concorda coll'art. 513. LL. CC.

(g) *Extat in L 7. in prin. ff. de usufr. ubi sic.* — Usufructo legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet ec. (2)....

Et in L. 9 ff. eod. in princ. ubi sic. — Idem, si fundi usufructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est....

Et in L. 59. ff. eod. in princ. ubi sic.— Arbores vi tempestatis, non culpa fructuarii, eversas, ab eo substitui non placet. §. 1. quidquid in fundo nascitur, vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. ec....

(2) Concorda coll'art. 507. LL. CC.

(h) *Extat in L. 28. ff. de usu, et usufr. ubi sic.* — Quaero, si usufructus fundi legatus est, et eidem fundo indictiones temporariae indictae sint, quid juris sit? Paulus respondit idem juris, esse et in his speciebus, quae postea indicuntur, quod in vectigalibus destendandis responsum est: ideoque hoc onus ad fructuarium pertinet.

Vide L. 7. §. 2. in fin. ff. de usufructu, et L. 27. §. 3. ff. eod.

(i) *Fluit ex L. 13. ff. de impens: in res dot. ubi sic.* — Neque stipendium, neque tributum, ob dotalem fundum praestita, exigere vir a muliere potest: onus fructuum haec impendia sunt. (3).

Vide L. 7. §. 2. L. 27. §. 3. ff. de usufr. L. 28 ff. de usufr. legat.

(3) Concorda con l'art. 535 LL.CC. vedi le altre spese, e carichi, cui è tenuto l'usufruttuario art. 534, 538. e seguenti LL. CC.

689. Fructus pendentes pars fundi sunt, (a) et ad fructuarium pertinent (b). Fructus, et partus futuri recte emuntur (c).

690. Fructus post litem contestatam, aut mala fide percepti restituuntur (d).

691. Fructus jure soli, non jure seminis percipiuntur (e).

692. Fructus omnes hominis gratia natura comparavit (f).

693. Fructus perceptos, et percipiendos restituit victus in judicio, et ejus haeres (g): item malae fidei possessor (h).

(a) *Extat in L. 44. ff. de rei vind. ubi sic.* — Fructus pendentes pars fundi videntur.

Vide L. 12. §. 11. in fin. ff. de instruct. vel instr. legat. L. ult. §. 6. ff. quae in fraud. L. 61. §. 8. ff. de furt.

(b) *Extat in L. 27. in princ. ff. de usufr. ubi sic.* — Si pendentes fructus jam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret, si, die legati cedente, adhuc pendentes deprehensisset; nam, et stantes fructus ad fructuarium pertinent (1).

Vide L. 1. ff. quando dies legati usuf. ced.

(1) Concorda con l'art. 510 LL. CC.

(c) *Extat in L. 8. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Nec emptio, nec venditio sine re, quae veneat, potest intelligi. Et tamen fructus, et partus futuri recte emuntur; ut cum editus partus, jam tunc cum contractum esset negotium, venditio facta intelligatur: sed si id egerit venditor, ne nascantur, aut ne fiant, ex empto agi posse (2).

Vide L. 34. §. 2. in fin. ff. eod. Adde L. 15. in princ. ff. de pignor. L. 24. in princ. ff. de legat. 1. §. 7. Instit. de legat. L. 73. in princ. ff. de verb. obl.

(2) Concorda con l'art. 1446. LL. CC.

(d) *Extat in L. 4. §. 2. ff. finium regund. ubi sic.* — Post litem autem contestatam etiam fructus veniunt in hoc judicio: nam et culpa, et dolus exinde praestantur etc....

Vide L. 8. §. 6. ff. de precar. L. pen. ff. fam. ercisc.

Et in L. 25. §. 7. ff. de haer. pet. ubi sic. — Si ante litem contestatam, inquit, fecerint. Hoc ideo adjectum, quoniam post litem contestatam omnes incipiunt malae fidei possessores esse, quinimo post controversiam motam. Quamquam enim litis controversiam omnes possessores pares fiunt, et quasi praedones tenentur. Et hoc jure hodie utimur: caepit enim scire rem ad se non pertinentem possidere se is, qui interpellatur: qui vero praedo est, et ante litem contestatam doli nomine tenebitur; hic est enim dolus praeteritus. (3)

Vide L. 2. C. de fruct. et lit. exp. L. 20. §. 11. ff. de haer. pet. L. 25. §. 2. ff. eod. L. 13. §. 2. L. 20. §. 6. ff. eod. L. 27. §. 3. ff. de rei vind.

(3) Concorda con gli art. 474. e 475. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 25. in princ. ff. de usuris, et fruct. ubi sic.* — Qui scit, fundum sibi cum alio communem esse, fructus, quos ex eo perceperit, invito, vel ignorante socio, non majore ex parte suos facit: quam ex qua dominus praedii est. Nec refert, ipse, an socius, an uterque eos severit: quia omnis fructus non jure seminis, sed jure soli percipitur etc. (4). . . .

(4) Concorda con gli art. 472, e 473. LL. CC.

(f) *Vide §. 1. dict. legis 25.*

Extat in §. 37. Instit. de rer. div. ubi sic. — In pecudum fructu etiam faedus est, sicuti lac, pilus, et lana. Itaque agni, haedi, et vituli, et equuli, et suculi statim naturali jure dominii fructuarii sunt. Partus vero ancillae in fructu non est: itaque ad dominum proprietatis pertinet. Absurdum enim videbatur, hominem in fructu esse: cum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparaverit.

Vide L. 68. in princ. ff. de usufr.

(g) *Extat in L. 2. Cod. de fruct. et lit. exp. ubi sic.* — Litigator victus, qui

694. Fructus intelliguntur deductis expensis (a).

695. Fructus in alieno fundo cadentes legere licet (b).

696. Fructus facit suos bonae fidei emptor (c). Foedus sunt in fructibus (d).

697. Frustra petitur, quod mox restituturum est (e).

698. Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora (f). Frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur (g). Frustra invocat legis auxilium, qui in eam committit (h). Frustratoria allegans non auditur (i). Frustra probatur, quod probatum non relevat (k).

---

post conventionem rei incumbit alienae, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum praestationem eorum, quos ipse percipit, agnoscat, sed, etiam eos, quos percipere potuisset: non quos eum redegisse constat, exsolvat, ex eo tempore, ex quo re in judicium deducta scientiam malae fidei possessionis accepit. Haeredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est.

Vide L. 22. Cod. de rei vind. §. 2. *Inst. de off. judic. L. 25.* §. *11. de haered. pet.*

(b) *Extat in L. 22. C. de rei vind. ubi sic.* — Certum est, malae fidei possessores, omnes fructus solere cum ipsa re praestare: bonae fidei vero, extantes; post autem litis contestationem, universos. (5)

Vide L. 5. §. *17. C. eod. L. 3. C. de condict. ex leg.* §. *35. Instit. de rer. div. L. 1. in fin. C. de fide, et jure hastae* §. *1. Inst. de off. jud. L. 25. in princ. ff. de usuris. L. 48. ff. de adquir. rer. dom. L. 25.* §. *1. L. 45. ff. de usur. L. 78. ff. de rei vind. L. 1. C. de pet. haered.*

(5) Concorda con i cit. art. 474 e 475. LL. CC.

(a) *Vide — Aphor. 819.* (1)

(1) Concorda con gli art. 473. e 1335. LL. CC.

(b) *Extat in L. unic. ff. de glande legenda, ubi sic.* — Ait Praetor; glandem, quae ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat: vim fieri veto. §. 1. Glandis nomine omnes fructus continentur.

Vide L. 9. §. *1. ff. ad exhib. L. 236.* §. *1. ff. de verb. sign.*

(c) *Extat in L. 48. ff. de adquir. rer. dom. in princ. ubi sic.* — Bonae fidei emptor non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re, suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia, et opera ejus pervenerunt, sed omnes: quia, quod ad fructus attinet, loco domini pene est.

Vide §. *ult. hujus legis* (2).

Vide L. 22. C. de rei vind. §. *35. Instit. de rer. div. L. 45. ff. de usuris. L. 25.* §. *1. ff. eod.*

(2) Concorda con gli art. 474. e 1334. LL. CC.

(d) *Extat in L. 48.* §. *ult. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Et ovium faedus in fructu sunt, et ideo ad bonae fidei emptorem pertinent. etc. (3).

Vide supra. — Aphor. 455.

(3) Concorda con l'art. 472. LL. CC.

(e) *Vide supra. — Aphor. 455.*

(f) *Argum. leg. 6. C. de instit. et subst. sub condit. fact. L. 31. C. de donat. Instit. in princ. Quod cum eo qui in alien. pot. — Vide summarium in Accurs. ad L. fin. C. de adopt.*

(g) *Argum. leg. unic. C. de thesauris.*

(h) *Extat in L. 37. in fine ff. de minorib. ubi sic.* — Et non fit aetatis excusatio adversus praecepta legum ei, qui dum leges invocat, contra eas committit.

Vide L. ult. §. *6. vers. ne ludibrio C. de bon. quae liber. L. ult.* §. *12. C. de jur. deliber.*

(i) *Fluit ex L. ult. C. quando provocare non est necesse in fine, ubi sic.* — Et nos ei nihilominus hoc permittimus, in-

699. Fundus servit fundo, non personae, in servitutibus praedialibus (a).
700. Funerans cum defuncto non cum haerede contrahere videtur (b).
701. Funeris sumptus pro dignitate defuncti arbitrantur (c).
702. Fur semper est in mora (d); et ob rei interitum non liberatur (e).
703. Fur quaestionem dominii allegare nequit (f).
704. Furiosus velut absens est (g), et nullum negotium, nullamque venditionem agere potest (h).
705. Furiosi et illi, quibus bonis interdictum est, nullam habent volun-

---

juriam ex supervacua provocatione judicibus fieri prohibentes.

Et ex L. 4. C. de conveniend. fisci debitor. in princ. ubi sic. — Ili, qui fisco nostrae mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione teneantur, ut quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exsolvere. . . .

(k) *Vide infra — Aphor. 1545.*

N. Quid sit frustratio vide L. 233. ff. de verb. sign.

(a) *Extat in L. 12. ff. Commun. praedior. ubi sic.* — Cum fundus fundo servit, vendito quoque fundo, servitutes sequuntur. Ædificia (1) quoque fundis, et fundi aedificiis eadem conditione serviunt.

Vide L. 23. §. 2. et 3. ff. de serv. praed. rusticor.

Argumento leg. 44. ff. locati.

(1) Concorda con l'art. 559. LL. CC.

(b) *Extat in L. 1. ff. de relig. et sumpt. funer. ubi sic.* — Qui propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum haerede (2).

(2) Argomento dagli art. 1970. n. 2. e 1973. perchè si esercita privilegio sopra i beni del defunto.

(c) *Vide infra — Aphor. 826.*

(d) *Fluit ex L. 8. §. 1. ff. de condict. furtiv. ubi sic.* — Si ex causa furtiva res condicatur, cujus temporis aestimatio fiat, quaeritur. Placet tamen id tempus spectandum, quo res unquam plurimi fuit; maxime cum deteriorem rem factam fur dando non liberatur, semper enim moram fur facere videtur.

Vide etiam L. ult. ff. eod.

(e) *Extat in d. L. ult. ff. eod. ubi sic.* — Licet fur paratus fuerit excipere condictionem, et per me steterit, dum in rebus humanis res fuerat, condicere eam, postea autem perempta est, tamen durare condictionem veteres voluerunt: quia videtur, qui primo invito domino rem contrectaverit, semper in restituenda ea, quam nec debuit auferre, moram facere.

Vide L. 7. §. ult. L. 8. in princ. L. 16. ff. eod. L. ult. C. h. tit. L. 30. in princ. ff. de action. empt. L. 1. §. 34. in fin. ff. de vi, et vi arm. L. 46. in princ. circ. fin. L. 67. in fin. ff. de furt. L. ult. C. de condict. ob turp. caus.

(f) *Vide Vinnium Instit. de action. §. 14. n. 13.*

(g) *Extat in L. 124. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Furiosus absentis loco est, et ita Pomponius Lib. 1. Epistolarum scribit.

Vide L. 2. §. 3. ff. de jure Codicill. L. 17. §. 11. in fin. ff. de injur. immo vide L. 2. §. 1. ff. de procur.

(h) *Extat in L. 2. C. de contrah. empt. ubi sic.* — Emptionem, et venditionem consensum desiderare; nec furiosi ullum esse consensum, manifestum est (3). Intermissionis autem tempore furiosos majores viginti quinque annis venditiones, et alios quoslibet contractus posse facere non ambigitur (4).

Vide L. 5. 40. ff. de reg. jur. L. 7. §. 2. ff. de publician. L. 16. in fin. ff. de ritu nupt. L. 9. ff. qui testam.

(3) Concorda con gli art. 412. 425, 426. e 1078. LL. CC.

(4) Vedi il cit. art. 412, ove anche ne' casi di lucidi intervalli deve interdirsi l'amministrazione de' beni.

tatem (a). Furiosus hominem occidens non tenetur (b). In lucidis intervallis velut major est (c).

706. Furor non solvit matrimonium, nec patriam potestatem (d). Furiosae matris curatio ad filium pertinet (e).

707. Furti actio non datur viro in uxorem, sed rerum amotarum (f): nec datur patri in filium, et contra (g).

(a) *Extat in L. 40. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas. (1).
Vide L. 5. ff. eod.
Fluit regula ex L. 2. C. de contrah. empt. L. 1. ff. de curat. furios. L. 26. ff. de contrah. empt. L. 18. ff. qui testam. fac. L. 12. ff. de usurp. Vide tamen L. 5. in fin. ff. de adquir. vel omitt. haer. L. 6. ff. de verb. obl. L. 3. ff. de novat.

(1) Concorda con l'art. 61. Leg. pen.

(b) *Extat in L. 12. ff. ad L. Corn. de Sicariis ubi sic.* — Infans, vel furiosus si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur: cum alterum innocentia consilii tuetur; alterum fati infelicitas excusat. (2).
Vide L. pen. in fin. ff. ad leg. Pompej. de parric.

(2) Concorda con l' art. 61. Leg. pen.

(c) *Fluit ex d. L. 2. C. de contrah. empt. in Aphor. 704.* (3).

(3) Abrogato con l'art. 412. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 8. ff. de his qui sui, ubi sic.* — Patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt. Item et in omnibus est parentibus, qui habent liberos in potestate. Nam cum jus potestatis moribus sit receptum, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi, quibus casibus solent; nequaquam dubitandum est, remanere eos in potestate. Quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit, verum et si qui ante furorem concepti, in furore editi sunt. Sed et si in furore agente eo, uxor concipiat; videndum, an in potestate ejus nascetur filius: nam furiosus, licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest . . . (4).
Vide L. 25. C. de nupt. L. 3. ff. de his qui sui, L. 16. in fin. ff. de ritu nupt. L. 4. in fin. ff. de divort. L. 22. §. 7. ff. solut. matrim. et argom. Nov. 117. c. 12. in fine. Vide tamen Nov. Leon. 3. et 112.

(4) Vedi l'art. 412. 429. 430. 432. LL. CC. con i quali è interdetta la sola amministrazione de'beni.

(e) *Extat in L. 4. ff. de curat. fur. dan. ubi sic.* — Furiosae matris curatio ad filium pertinet; pietas enim parentibus, etsi inaequalis est, eorum potestas aequa debebitur (5).
Vide L. 2. in fin. ff. eod.

(5) Concorda con l'art. 431. LL. CC.

(f) *Extat in L. 1. ff. de act. rer. amot. ubi sic.* — Rerum amotarum judicium singulare introductum est adversus eam, quae uxor fuit, quia non placuit, cum ea furti agere posse: quibusdam existimantibus, ne quidem furtum eam facere, ut Nerva, Cassio: quia societas vitae quodammodo dominam eam faceret; aliis, ut Sabino et Proculo, furto quidem eam facere, sicut filia patri faciat, sed furti non esse actionem constituto jure: in qua sententia et Iulianus rectissime est (6)
Extat quoque in L. 2. ff. eod. ubi sic. — Nam in honorem matrimonii furti actio adversus uxorem negatur (7).
Vide L. 5. ff. expil. haer. L. 52. ff. de re judic. L. 4. C. de crim. expil. haered. L. 15. §. 2. ff. de act. rer. amot.

(6) Concorda con l'art. 455. leg. pen.

(7) Concorda con il citato. art. 455. leg. pen.

(g) *Extat in L. 16. ff. de furtis ubi sic.* — Ne cum filiofamilias pater furti agere possit, non juris constitutio, sed natura rei impedimento est; quod non magis cum his,

708. Furti actio datur ei, cujus interest, licet non sit dominus (a); ut creditoribus (b), et colonis (c).
709. Furti est particeps qui consilio, et ope occurrit (d).
710. Furtivam rem dominus vindicans non restituit pretium (e).
711. Furtum non facit sola cogitatio (f).
712. Furtum est contrectatio rei fraudolosa (g).
713. Furtum facit impubes doli capax (h); et qui aliena re abuti-

---

quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus. (8)

Vide L. 5. ff. de obseq. par. et patr. praest. L. 17. 52. §. 4. ff. de furtis. L. 7. ff. de oblig. et act. L. 1. Cod. de noxal. — §. 12. Instit. de oblig. quae ex delict. — Ibi §. 6. de noxal.

(8) Concorda col citato art. 455. leg. pen.

(a) *Extat in L. 10. ff. de furtis ubi sic.* — Cujus interfuit non subripi, is actionem furti habet (1).

Et in L. 11. ff. eod. ubi sic. Tum is, cujus interest, furti habet actionem, si honesta causa interest.

Et in §. 13. Instit. de obl. quae ex delict. ubi sic. — Furti autem actio ei competit, cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus intersit rem non perire.

Vide L. ult. C. de furtis.

(1) Concorda in quanto all'azion civile ne' reati art. 3. leg. proc. pen.

(b) *Extat in L. 12. §. 2. ff. de furtis ubi sic.* — Sed et si res pignori data sit, creditori quoque domus furti actionem, quamvis in bonis ejus res non sit....

Vide §. 14. Instit. de oblig. quae ex delict. L. 26. C. de pignor.

(c) *Extat in L. 14. §. 2. ff. de furtis, ubi sic.* — Praeterea habent furti actionem coloni, quamvis domini non sint, quia interest eorum.

Vide L. 82. §. 1. ff. eod. L. 16. ff. eod.

(d) *Extat in L. 50. §. 1. ff. eod. ubi sic.* — Ope, consilio furtum factum, Celsus ait: non solum si idcirco fuerit factum, ut socii furarentur; sed et si non ut socii furarentur, inimicitiarum tamen causa fecerit. §. 2. Recte Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec consilium, vel opem ferre sine dolo malo posse. §. 3. Consilium autem dare videtur, qui persuadet, et impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendum. Opem fert, qui ministerium, atque adjutorium ad subripiendas res praebet (2).

(2) Concorda in generale coll'art. 74. leg. pen.

(e) *Extat in L. 2. C. de furtis ubi sic.* — Incivilem rem desideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam pretium fuerit solutum a dominis. Curate igitur cautius negotiari, ne non tantum in damna hujusmodi, sed etiam in criminis suspicionem incidatis (3).

(3) Concorda con l'art. 2185. LL. CC.

(f) *Extat in L. 1. §. 1. ff. de furtis. ubi sic.* — Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furem.

Et in L. 37. ff. de usurp. circ. princ. ubi sic. — Furtum enim sine affectu furandi non committitur (4).

Vide Instit. de usucap. §. 5. Vide tamen. L. 77. ff. de furtis.

(4) Concorda per argom. dagli art. 69. e 70. L. pen. ove per costituire un reato tentato vi bisogna le volontà di commetterlo accompagnata da un atto di esecuzione.

(g) *Extat in d. L. 1. §. 3. ff. de furtis ubi sic.* — Furtum est contrectatio rei fraudolosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve; quod lege naturali prohibitum est admittere.

Vide §. 1. Instit. de oblig. quae ex delicto.

(h) *Extat in L. 23. ff. de furtis. ubi sic.* — Impuberem furtum facere posse, si

tur (a). Item facit furtum ille, qui, simulans se esse creditorem, aliquid accipit (b); et qui lucri causa aliquid jacens tollit (c). In re propria quis furtum patrare potest (d): non in re a nobis non possessa (e). Non fit furtum rei haereditariae non dum possessae (f).

---

jam doli capax sit, Iulianus lib. XXII. digestorum scripsit.

Et in L. 111. ff. de reg. jur. ubi sic. — Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse et furaudi, et injuriae faciendae (5).

Vide L. 4. §. 6. ff. de doli mali. L. 7. C. de poenis. §. 18. Instit. de obl. quae ex delicto.

(5) Concorda con gli art. 64. e 65. leg. pen.

(a) *Extat in L. 40. ff. de furt. ubi sic.* — Qui jumenta sibi commodata longius duxerit, alienave re invito domino usus sit, furtum facit.

Vide L. 47. ff. eod. (1).

(1) Vedi l'art. 1752. et 1753. LL. CC. per l'azion civile. Si dà l'azion penale soltanto pel deposito necessario art. 430. n. 2. leg. pen.

(b) *Extat in L. 43. in princ. ff. de furtis. ubi sic.* — Falsus creditor, hoc est, qui se simulat creditorem, si quid acceperit, furtum facit, nec nummi ejus fient. (2).

Vide L. 52. §. 11. L. 80. §. 6. ff. eod.

(2) Vedi l'art. 430. n. 5. Leg. pen. ove incorre nel reato di frode chi fa lucro a danno altrui foggiando crediti.

(c) *Extat in d. L. 43. §. 4. ff. eod. ubi sic.* — Qui alienum quid jacens, lucri faciendi causa, sustulit, furti obstringitur, sive scit cujus sit, sive ignoravit: nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus sit, ignoret.

Immo vide L. 1. §. 15. ff. si is, qui testam. lib. Vide alios casus in L. 46. 48. 50. 54. 61. ff. de furtis.

(d) *Fluit ex L. 37. ff. de furtis ubi sic.* — Si filiusfamilias subreptus sit, patrem habere furti actionem palam est.

Et ex §. 9. Instit. de oblig. quae ex delicto nasc. ubi sic. — Interdum, etiam liberorum hominum furtum fit: veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit.

Vide L. 14. §. 13. L. 37. in fine. L. 38. ff. de furtis.

(e) *Fluit ex L. 1. §. 15. ff. si is, qui testam. lib. ubi sic.* — Scaevola ait, possessionis furtum fieri: denique si nullus sit possessor, furtum negat fieri. Idcirco autem haereditati furtum non fieri, quia possessionem haereditas non habet, quae facti est, et animi: sed nec haeredis est possessio, antequam possideat: quia haereditas in eum id tantum transfundit, quod est haereditatis; non autem fuit possessio haereditatis.

(f) *Extat in L. 6. §. 6. ff. de action. rer. amot. ubi sic.* — Quod si mortuo viro amoverit, non fecit furtum; quia rei haereditariae non dum possessae non fit furtum . . . .

GE

714. Geminatio actuum arguit voluntatem enixam, id est, constantem (a).

715. Generalibus specialia insunt (b). Generale dictum generaliter est intelligendum (c). Generalitas non trahitur ad futurum, nisi exprimatur (d), nec ad ea, quae verosimilia sunt (e).

716. Generationis, seu adgnationis jura per pactum dirimi nequeunt, id est, ne sit filius meus (f).

717. Generaliter dispositum in uno correlativorum, censetur dispositum et in altero (g).

718. Generi per speciem derogatur (h).

719. Gestor negotiorum casum fortuitum non praestat (i).

720. Gestor negotiorum tenetur de eo, quod non recte, negligenter, et imprudenter gessit (k). Quod autem bene per eum gestum est, non debet ex alio eventu reprobari (l).

(a) *Argum. leg. 4. ff. de jure codicill.*

(b) *Extat in L. 147. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Semper specialia generalibus insunt.

(c) *Fluit ex L. 23. ff. de servit. praed. urb. ubi sic.* — Si servitus imposita fuerit, lumina, quae nunc sunt, ut ita sint de futuris luminibus nihil caveri videtur. Quod si ita sit cautum, ne luminibus officiatur: ambigua est scriptura: utrumne his luminibus officiatur, quae nunc sunt: an etiam his, quae postea quoque fuerint? Et humanius est, verbo generali omne lumen significari, sive quod in praesenti, sive quod post tempus conventionis contigerit.

(d) *Argum. L. 89. ff. de verb. obl.*

(e) *Extat in L. 6. ff. de pignor. ubi sic.* — Obligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturusve sit, ea non continebuntur, quae verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse.

Vide L. 1. C. quae res pign.

(f) *Extat in L. 34. ff. de pactis. ubi sic.* —Jura adgnationis non posse pacto repudiari, non magis, quam ut quis dicat, nolle suum esse, Iuliani sententia est. . . . *Et in L. 8. ff de reg. jur. ubi sic.* — Iura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt (1).

Vide L. 7. §. 16. ff. de pactis. L. 8. in fin. ff. de capit. minut.

(1) Concorda con l'art. 1342. LL. CC. Vedi l'art. 7. ivi.

(g) *Fluit ex §. 3. Instit. de societate, ubi sic.* — Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro, vel in solo damno; in altera vero omissa; in eo quoque, quod praetermissum est, eamdem partem servari.

(h) *Extat in L. 80. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In toto jure generi per speciem derogatur, et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

Fluit regula ex L. 99. in fin. ff. de legat. 3. L. 3. ff. de auro. Vide tamen. L. 9. in princ. ff de supell. legat.

(i) *Extat in L. 22. C. de negot. gest. ubi sic* — Negotium gerentes alienum non interveniente speciali pacto, casum fortuitum praestare non compelluntur (2).

Vide L. 22. ff. de neg. gest. Confer. L. 11. ff. eod. L. 23. ff. de reg. jur.

(2) Concorda per argomento dall'art. 1328. LL. CC. e rimessivamente agli art. 1326. 2. comm. e 1864. LL. CC.

(k) *Fluit ex L. 21. §. 3 ff. de neg. gest. ubi sic.* — Mandatu tuo negotia mea

721. Gradus cognationis sunt tres, superioris, inferioris, et a latere (a): et pertinent ad haereditates, tutelas, et testimonia (b).

722. Gradus dicti a similitudine scalarum; et graduum ordo servandus, ideoque, qui sunt in eodem gradu, simul omnes veniunt (c).

723. Gravatus in uno, in alio est sublevandus (d).

724. Grave est fidem fallere (e).

Lucius Filius gessit: quod is non recte gessit, tu mihi actione negotiorum estorum teneris: non in hoc tantum, ut lutiones tuas praestes; sed etiam quod imprudenter eum elegeris, ut quidquid detrimenti negligentia ejus fecit, tu mihi praestes (3).

Vide L. 3. §. 8 ff. eod. L. 18. in princ. ff. de haered. pet. L. 13. §. 8. L. 60. §. 7. ff. locat.

Vide Aphor. 1221. et 1222.

(3) Vedi il citato art. 1328. LL. CC. ove il gestor di negozio è tenuto ad usare tutte le cure di un buon padre di famiglia.

(l) *Argom. L. 3. ff. de off. Praetor.*

(a) *Extat in L. 1. in princ. ff. de grad. et adfin. ubi sic.* — Gradus cognationis alii superioris ordinis sunt, alii inferioris, alii ex transverso, sive a latere. Superioris ordinis sunt parentes, inferioris liberi, ex transverso, sive a latere, fratres, et sorores, liberique eorum (1).

Vide Instit. de grad. cognat. in princ. Novell. 118. in fin. princ.

(1) Concorda con gli art. 654. e seg. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 10. in princ. ff. de grad. et adfin. ubi sic.* — Iurisconsultus cognatorum gradus, et adfinium nosse debet, quia legibus haereditates, et tutelae ad proximum quemque adgnatum redire consueverunt. . . .

Vide alia in d. L. et in L. 4. ff. eod.

(c) *Fluit ex L. 1. §. 10. ff. Unde cognat. ubi sic.* — Gradatim autem admittuntur cognati ad bonorum possessionem, ut, qui sunt primo gradu, omnes simul admittuntur (2).

Vide L. 2. §. 2. ff. de suis, Instit. de legit. adgnat. success. §. 5.


(2) Concorda con gli art. 664. e 667. LL. CC.

(d) *Argum. L. 3. ff. de jurejur.*

(e) *Extat in L. 1. in princ. ff. de pecun. constit. ubi sic.* — Hoc Edicto Praetor favet naturali aequitati, qui constituta ex consensu facta custodit; quoniam grave est fidem fallere.

Vide L. 25. in princ. ff. eod. L. 1. in princ. ff. de pactis. L. 1. §. 4. ff. depositi.

HAE



725. abens merum imperium ad alios illud transferre nequit (a).

726. Habens intentum non curet de modo (b).

727. Habetur velut habens, qui dolo facit, quominus haberet (c).

728. Habitator suam, suorumque culpam praestare debet (d).

729. Per Haeredem quae medio tempore gesta sunt, rata conservari solent (e).

730. Haeredes pro solido uni duo esse nequeunt (f).

731. Haeredes diversorum patrimoniorum non sunt cohaeredes (g). Haeredes sui favorabiliores extraneis (h).

732. Haeredes plures instituti sine partibus adscriptis pro aequali parte succedunt (i).

733. Haeredes indignos faciunt inimicitia, convicia, et status controversia (k).

(a) *Extat in L. 70. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Nemo potest gladii potestatem (*id est merum imperium ex dispost. L. 3. ff. de jurisd*) sibi datam, vel cujus alterius coercitionis, ad alium transferre.

Fluit haec regula ex L. 5. ff. de jurisd. L. 6. in princ. L. 1. in princ. et §. 1. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisd.

(b) *Vide infra — Aphor. 1176.*

(c) *Extat in L. 157. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Semper qui dolo fecit, quominus haberet; pro eo habendus est, ac si haberet.

Vide L. 78. et 150. ff. eod.

(d) *Extat in L. 6. §. 2. ff. de his, quae effuder. ubi sic.* — Habitator suam, suorumque culpam praestare debet. (1)

Vide etiam L. 1. §. 4 ff. eod.

(1) Concorda con l'art. 1338. LL. CC.

(e) *Extat in L. 2. ff. de separation. ubi sic.* — Ab haerede vendita haereditate, separatio frustra desiderabitur, utique si nulla fraudis incurrat suspicio: nam quae bona fide medio tempore per haeredem gesta sunt, rata conservari solent (2).

(2) Arg. dall'art. 883. LL. CC. Vedi l'art. 697. LL. CC. ove la vendita de' diritti successori fatta da un coerede induce l'adizione dell'eredità, meno gli atti conservatori di amministrazione art. 696 e 713. LL. CC.

(f) *Extat in L. 141. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Uni duo pro solido haeredes esse non possunt (3).

(3) Argom. dagli art. 791. e 794. LL. CC.

(g) *Argum. L. 1. et 2. C. si unus ex plurib. haered.*

(h) *Argum. ex L. 7. ff. si tab. testam. null. extab. unde liberi.*

(i) *Extat in L. 9. §. 12. ff. de haered. instit. ubi sic.* — Haeredes juris successores sunt, et si plures instituantur, dividi inter eos a testatore jus oportet; quod si non fiat, omnes aequaliter haeredes sunt (4).

Vide §. 6. Instit. de haer. instit.

(4) Vedi l'art. 999. LL. CC. ove quando il testatore non ha assegnato a ciascun coerede la sua parte, ha luogo tra essi ugualmente il diritto di accrescere.

(k) *Extat in L. 9. ff. de his, quae ut indignis. ubi sic.* — Si inimicitiae capitales intervenerint inter legatarium, et testatorem, et verisimile esse caeperit, testatorem noluisse legatum, sive fideicommissum praestari ei, cui adscriptum relictum est; magis est, ut legatum ab eo peti non possit. §. 1. Sed et si palam, et aperte testatori maledixerit, et infaustas voces adversum eum jactaverit, idem erit dicendum. §. 2. Si autem status ejus controversiam movit,

734. Haeredi datur ignorare factum defuncti (a), non vitia ejus (b).

735. Haeredi mulieris competit actio revocandae alienationis fundi dotalis (c).

736. Haeredis interest defuncti famam, et existimationem purgare (d).

737. Haeredi non competit injuriarum actio (e).

738. Ab Haeredibus turpia lucra sunt extorquenda. (f).

739. Haeredis, qui nondum adiit, pactum cum creditoribus, ut minus solvatur, valet (g).

740. Haereditarii debitores singulis haeredibus portiones debent (h).

741. Haereditas a parente quasi debitum nobis obvenit (i).

---

denegetur ejus, quod testamento accepit, persecutio: ex qua specie statim fisco defertur. (5).

Vide L. 3. in fin. ff. de adim. vel transfer. legat.

(5) Derogato dall'art. 648. LL. CC. ove la sola accusa di delitto capitale contro il defunto è annoverata tra i casi d'indegnità.

(a) *Extat in L. 43. in princ. ff. de reg. juris. ubi sic.*—Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiae an id, quod peteretur, deberetur.

Et in L. 19. in princ. ff. eod. ubi sic. — Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus: haeredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatariis contrahit.

Vide L. 5. §. 2. ff. de obl. et act. §. 5. Instit. de oblig. quae ex quasi contractu. L. 25. §. ff. fam. ercisc.

(b) *Extat in L. 11. in princ. ff. de divers. temp. praescript. ubi sic.*—Cum haeres in jus omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia non excludit.

Vide L. 4. §. 15. ff. de usurp.

(c) *Vide supra. — Aphor. 513.*

(d) *Extat in L. 1. §. 6. ff. de injuriis ubi sic.* — Quotiens autem funeri testatoris, vel cadaveri fit injuria: si quidem post aditam haereditatem fiat, dicendum est, haeredi quodammodo factam: semper enim haeredis interest, defuncti existimationem purgare: quotiens autem ante aditam haereditatem, magis haereditati, et sic haeredi per haereditatem acquiri....

(e) *Extat in L. 13. in princ. ff. de injuriis ubi sic.* — Injuriarum actio neque haeredi, neque in haeredem datur.

Vide L. 15. §. 14. ff eod. L. 10. §. 2. ff. si quis cautionib. L. 32. in princ. ff. ad leg. Falc. L. 1. §. 1. ff. de privat. delict. §. 1. Instit. de perp. et tempor. act. (1).

(1) Vedi l'art. 37. L. di pr. pen. ove l'istanza, perchè il pubblico ministero promuova, ed eserciti l'azione penale, può esser prodotta, e rinnovata dall'erede, meno contra gli ascendenti, o discendenti proprî dell'erede stesso, o contra i suoi congiunti sino al terzo grado.

(f) *Vide infra — Aphor. 1936.*

(g) *Extat in L. 7. §. 17. ff. de pact. ubi sic.* — Si ante aditam haereditatem paciscatur quis cum creditoribus, ut minus solvatur, pactum valiturum est.

(h) *Extat in L. 1. C. de except. ubi sic.* — Debitores quidem haereditarii unicuique haeredum pro portione haereditaria antiqua lege obligati sunt. (2) Sed si eis haeredibus omnem pecuniam exsolvisti, quibus nomen patris tui testator in divisione adscripserat, doli mali exceptione adversus alios agentes tueri te potes.

Vide in Cod. Tit. Si unus ex plur. haered.

(2) Concorda con l'art. 1173. LL. CC.

(i) *Extat in L. 10. ff. pro socio, ubi sic.* — Et quia plerumque vel a parente, vel a liberto, quasi debitum nobis haereditas obvenit.

Vide L. 7. §. fin. ff. si tab. null. test. extab. unde liberi.

742. Haereditas non adita non trasmittitur, nec adquiritur, exceptis liberorum personis (a); non item de legato, cujus dies cessit (b).

743. Haereditas defuncti personam sustinet (c).

744. Haereditas in multis pro domino habetur (d): ubi ea solvendo non est, legi locus non est (e).

745. Haereditas est successio in universum jus defuncti (f).

746. Haereditas delata intelligitur, quam quis possit adeundo consequi (g).

747. Haereditas etiam sine corpore solo jure consistit (h).

748. Haereditate petita detentor fit malae fidei possessor (i).

749. Haereditatem legitimam vindicare potest is, qui testamenti vires

---

(a) *Extat in L. unic. §. 5. C. de caduc. toll. ubi sic.* — Haereditatem etenim nisi fuerit adita transmitti nec veteres concedebant, nec nos patimur, exceptis videlicet liberorum personis, de quibus Theodosiana lex super hujusmodi casibus introducta loquitur: his nihilominus, quae super his, qui deliberantes ab hac luce migrant, a nobis constituta sunt, in suo robore mansuris (1).

Vide etiam L. 7. C. de jure delib. L. unic. C. de his, qui ante ap. tab.

(1) Vedi l'art. 698. LL. CC. ove se colui, al qual è devoluta una successione, è morto senz' averla ripudiata, o accettata espressamente, ovvero tacitamente, i suoi eredi possono per diritto proprio accettarla, o ripudiarla.

(b) *Extat in L. 7. ff. quando dies legat. in princ. et §. 1. ubi sic.* — Haeredis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit. §. 1. Proinde sive pure institutus tardius adeat, sive sub conditione per conditionem impediatur; legatarius securus est.

Et in L. 3. C. quando dies legati. ubi sic. — Si Pontionilla ad eam aetatem pervenerit, cui legatum, vel fideicommissum relictum erat: petitionem ad haeredes transmisit, licet ante decesserit, quam consequeretur legatum, vel fideicommissum (2).

(2) Concorda con l'art. 698. LL. CC.

(c) *Extat in L. 34. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Haereditas enim non haeredis personam, sed defuncti sustinet, ut multis argumentis juris civilis comprobatum est.

Vide L. 116. §. 3. ff. de legat. 1. L. 31. ff. de haered. instit. §. 1.

(d) *Extat in L. 61. in princ. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Haereditas in multis partibus juris pro domino habetur, adeoque haereditati quoque, ut domino per servum haereditarium adquiritur....

Vide L. 31. ff. de haered. instit. L. 13. §. 1. in fin. ff. quod vi.

(e) *Extat in L. 72. ff. de haer. instit. ubi sic.* — Si quis solidum a lege capere non possit, et ex asse sit institutus ab eo, qui solvendo non est: Iulianus, ex asse eum haeredem esse, respondit. Legi enim locum non esse in ea haereditate, quae solvendo non est.

(f) *Extat in L. 62. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Haereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit (3).

Fluit reg. ex L. 24. ff. de verb. sign. L. 37. ff. de adquir. rer. dom.

(3) Concorda virtualmente con l'art. 645. LL. CC.

(g) *Extat in L. 151. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Delata haereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.

(h) *Extat in L. 50. ff. de haer. petit. in princ. ubi sic.* — Haereditas etiam sine ullo corpore juris intellectum habet.

Vide L. 208. ff. de verb. sign. L. 3. §. 1. ff. de bonor. possess.

(i) *Extat in L. 20. §. 11. ff. de haered. petit. in princ. ubi sic.* — Petita autem haereditate etc. (id est) ex quo quis scit a se peti: nam ubi scit, incipit esse malae fidei possessor, id est, cum primum, aut denunciatam esset etc.

Vide etiam L. 25. §. 7. ff. eod.

ignorans, secutus est defunctl judicium (a).

750. Haereditatem augent fructus omnes (b).

751. Haereditatem legitimam non amittit, qui testamentariam repudiat (c).

752. Haereditatem vendens pro haerede habetur (d): item qui animo agnoscit haereditatem (e).

753. Haereditatem viventis donans nihil agit, eaque privatur (f).

754. Haereditatem damnosam quisque adire non compellitur, nec donatam rem habere, nec emere (g).

(a) *Extat in L. 8. ff. de haered. petit. ubi sic.* — Legitimam haereditatem vindicare non prohibetur is, qui cum ignorabat vires testamenti, judicium defuncti secutus est.

Vide L. 46. ff. de bonor. libert. L. 19. vers. caeterum ff. de inoff. testamento L. 97. ff. de adquir. vel omitt. haered. L. 3. C. de haered. pet.

(b) *Extat in L. 20. §. 3. in fin. ff. de haered. petit. ubi sic.* — Fructus autem omnes augent haereditatem, sive ante aditam, sive post haereditatem accesserint. Sed partus ancillarum sine dubio augent haereditatem.

Vide L. 51. §. 1. et L. 27. ff. eod.

(c) *Extat in L. 17. §. 1. ff. de adquir. vel omitt. haered. ubi sic.* — Haeres institutus, idemque legitimus, si quasi institus repudiaverit, quasi legitimus non amittit haereditatem; sed si quasi legitimus repudiavit, si quidem scit se haeredem institutum, credendus est utrumque repudiasse: si ignorat; ad neutrum ei repudiatio nocebit; neque ad testamentariam, quoniam hanc non repudiavit, neque ad legitimam, quoniam nondum ei fuerat delata.

Vide L. 91. ff. de reg. jur. L. 41. et 76. in fin. ff. de adq. vel omitt. haer. L. 2. in princ. ff. unde legitimi. L. 1. §. 11. ff. de Succ. Edicto L. 13. C. de jur. delib.

(d) *Extat in L. 2. C. de legatis. ubi sic.* — Quamvis haeres institutus haereditatem vendiderit, tamen legata, et fideicommissa ab eo peti possunt, et quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore, vel fidejussoribus ejus petere poterit (1).

Vide L. 2. C. de haered. vel act. vend. L. 2. C. de pactis.

(1) Concorda con l'art. 697. LL. CC.

(e) *Extat in L. 88. ff. de adquir. vel omitt. haer. ubi sic.* — Gerit pro haerede, qui animo agnoscit successionem, licet nihil attingat haereditarium, unde et si domum pignori datam, sicut haereditariam, retinuit, cujus possessio qualisqualis fuit in haereditate, pro haerede gerere videtur; idemque est, et si alienam rem, ut haereditariam, possedisset (2).

Vide L. 20. ff. eod. L. 4. C. unde legitimi L. 14. C. de jure delib.

(2) Concorda con l'art. 695. LL. CC.

(f) *Extat in L. 29. §. 2. ff. de donat: ubi sic.* — Donationem quidem partis bonorum proximae cognatae, et viventis nullam fuisse constabat: verum ei, qui donavit, ac postea jure Praetorio successit, quoniam adversus bonos mores, et jus gentium festinasset, actiones haereditarias in totum denegandas respondit (3).

Vide L. 2. in fin. ff. de his. quae ut indign. L. ult. C. de pactis. L. 30. ff. de donat.

(3) Concorda con l'art. 708. LL. CC. in quanto al divieto dell' alienazione; ma non ha luogo la privazione di succedere.

(g) *Extat in L. 16. C. de jure delib. ubi sic.* — Nec emere, nec donatum assequi, nec damnosam quisquam haereditatem adire compellitur (4).

Vide L. 22. C. de obl. et act. L. 11. C. de contrah. empt. L. 6. in fin. L. 85. ff. de adquir. vel omitt. haered.

Vide tamen L. 21. C. de jur. delib §. 1. Instit. de haered. qualit. et diff. L. 4. et 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell.

(4) Concorda con l'art. 692. LL. CC. ove nessuno è tenuto ad accettare un eredità, che gli sia devoluta.

755. Haereditatem repudiare, nec abstinere ab ea potest, qui amovit (a); et qui amovit postquam se abstinuit, furti tenetur, sed non fit haeres (b). Haereditas potest recusari tacite, et expresse (c).

756. Haereditate vendita ab eo, qui suo debitori haeres extitit, emptor haereditatis vicem haeredis obtinet (d). Haereditatem universam, non particularem actiones sequuntur (e).

757. Haereditatis pactum viventis non valet (f).

758. Haereditatis aditio ad mortem defuncti retrotrahitur (g). Haereditatis appellatione bonorum possessio continetur (h).

(a) *Extat in L. 71. §. 4. ff. de adquir. vel omitt. haeredit. ubi sic.* — Si quis suus se dieit retinere haereditatem nolle, aliquid ex haereditate amoverit, abstinendi beneficium non habebit (1).

(1) Concorda con l'art. 709. LL. CC.

(b) *Extat in dict. L. 71. §. ult. ff. de adquir. vel omitt. haered. ubi sic.* — Haec verba Edicti ad eum pertinent, qui ante quid amovit, deinde se abstinet: caeterum si ante se abstinuit, deinde tunc amovit, hic videamus an Edicto locus sit? Magisque est, ut putem, isthic Sabini sententiam admittendam; scilicet, ut furti potius actione creditoribus teneatur, etenim qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto obligatur (2).

(2) Vedi l'art. 455. L. pen. ove per le sottrazioni commesse tra ascendenti, o discendenti, o affini nella stessa linea, tra conjugi, o da vedovi non vi è azion penale: item tra collaterali, o tra affini in secondo grado, purchè convivano insieme.

(c) *Extat in L. 95. ff. eod. ubi sic.* — Recusari haereditas non tantum verbis, sed etiam re potest, et alio quovis judicio voluntatis (3).

(3) Abrogato dall'art. 701. LL. CC. ove la rinunzia dev'essere espressamente fatta nella Cancelleria del Tribunale, ove si è aperta la successione, senza presumersi.

(d) *Extat in L. 2. §. 18. ff de haered. vel act. vend. ubi sic.* — Cum quis debitori suo haeres extitit, confusione creditor esse desinit. Sed si vendidit haereditatem, aequissimum videtur emptorem haereditatis vicem haeredis obtinere.

Vide L. 9. in fin. ff. comm. praedior Immo. vide L. 2. C. h. t.

(e) *Fluit ex L. 1. §. 16. ff. ad SC. Trebell. ubi sic.* — Si haeres praecepto fundo rogatus sit haereditatem restituere: ex Trebelliano Senatusconsulto restituet haereditatem: nec multum facit, si fundus pignori datus est: neque enim aeris alieni personalis actio fundum sequitur, sed eum, cui haereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est (4).

(4) Concorda con l'art. 1173. LL. CC. salve l'eccezioni nell'art. 1174. e nell'art. 803. d. LL.

(f) *Extat in L.30.circa med. C. de pactis ubi sic.* — Secundum veteres itaque regulas sancimus, omnimodo hujusmodi pacta, quae contra bonos mores inita sunt, repelli, et nihil ex his pactionibus observari; nisi ipse forte, de cujus haereditate pactum est, voluntatem suam eis accomodaverit, et in ea usque ad extremum vitae suae spatium perseveraverit; tunc etenim sublata acerbissima spe, licebit eis illo sciente, et jubente hujusmodi pactiones servare.

(g) *Vide supra. — Aphor. 44.* (5).

(5) Concorda con gli art. 836.708. 1343. LL.CC.

(h) *Extat in L. 119. ff de verb. pign. ubi sic.* — Haereditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam haereditatem; juris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.

Vide L. 208. ff. eod. L. 3. §. 1. ff. de bonor. possess.

739. Haereditatis aditio retrotrahitur ex postfacto ad initium (a).
760. Haeredum institutione non facta ruit testamentum (b).
761. Haeredum omnia jura habentur, ac si continuo sub tempore mortis haeredes extitissent (c).
762. Haeredum institutiones benigne sunt interpretandae: exhaeredationes autem non adjuvandae (d).
763. Haeres neque in tutelam, neque in societatem succedit (e)
764. Haeres obligatur ex testamento (f).
765. Haeres tenetur in solidum contractibus defuncti; in quibus doli praestatio non incidens, et bona fides inest (g), et in re individua (h) semel

(a) *Vide supra. — Aphor. 44. et vide L. 138. ff. de reg. jur.*

(b) *Extat in L. 181. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Si nemo subit haereditatem, omnis vis testamenti solvitur. (1)

Fluit regula ex L. 9. ff. de testam. tut. L. 12. §. 5. ff. de bonis libert. L. 1. §. 1. quis ordo in possess.

(1) Abrogato dall'art. 928. LL. CC. ove non è necessaria la formola d'istituzione di erede per la sussistenza della disposizione testamentaria bastando, che contenga una disposizione universale, o a titolo universale, o a titolo particolare.

(c) *Extat in L. 193. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Omnia fere jura haeredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis haeredes extitissent. (2)

Vide etiam L. 138. ff. eod.

Fluit regula ex L. 54. ff. de adquir. vel omitt. haered. L. 28. §. fin. ff. de stip. servor.

(2) Concorda con l'art. 694. LL. CC.

(d) *Extat in L. 19. in princ. ff. de lib. et posth. ubi sic.* — Cum quidam filiam ex asse haeredem scripsisset, filioque, quem in potestate habebat, decem legasset, adjecit, et in caetera parte exhaeres mihi erit, et quaereretur, an recte exhaeredatus videretur? Scaevola respondit, non videtur: et in disputando adjiciebat, ideo non valere, quoniam nec fundi exhaeres esse jussus, recte exhaeredaretur, aliamque causam esse institutionis, quae benigne acciperetur: exhaeredationes autem non essent adjuvandae.

(e) *Extat in L. 6. §. 6. ff. de his, qui notant. infamia ubi sic.* — Illud plane addendum est, quod interdum et haeres suo nomine damnatur, et ideo infamis sit, si in deposito, vel in mandato male versatus sit. Non tamen in tutela, vel pro socio haeres suo nomine damnari potest; quia haeres neque in tutelam (3), neque in societatem succedit, sed tantum in aes alienum defuncti (4).

Vide L. 16. § 1. ff. de tutelis, et §. 5. Instit. de societ.

(3) Concorda con l'art. 341. in princ. LL. CC. ma l'erede maggiore è tenuto a continuar la tutela, finchè non sia nominato un nuovo tutore.

(4) Concorda con l'art. 1737. n. 3. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 5. §. 2. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Haeres quoque, qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intelligitur: nam neque cum defuncto, neque cum haerede contraxisse quicquam legatarius intelligitur; maleficium autem nullum in ea re esse plus quam manifestum est.

Vide §. 5. Instit. de obl. quae ex quasi contract. et L. 25. §. 16. ff. fam. ercisc.

(g) *Extat in L. 152. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In contractibus, quibus doli praestatio, vel bona fides inest, haeres in solidum tenetur.

Et in L. 157. §. 2. ff. eod. ubi sic. — In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte, qua haeres est.

Fluunt regulae ex L. 7. §. 1. ff. depos. — obst. §. 1. vers. aliq. Inst. de perpet. et temp. act.

haeres, semper heres (a), etiam si res ei auferatur (b).

766. Haeres lucri, et vitiorum defuncti successor est (c).

767. Haeres, qui agnovit judicium defuncti, licet legibus non subnixum, illud tamen, implere debet (d).

768. Haeres in re certa institutus, legatarius est, non haeres (e). Haeres pro ea parte, pro qua est institutus, repraesentat personam defuncti (f).

769. Haeres dum deliberat, vendi possunt peritura (g).

(h) *Extat in L. 192. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ea, quae in partes dividi uon possunt, solida a singulis haeredibus debentur. (5).

Fluit regula ex L. 17. ff. de servitut. L. 11. §. 24. ff. de legat. 3 L. ult. ff de servit. legat. L. 2. §. 2. ff. de verb. obl.

(5) Concorda con l'art. 1176. LL. CC. e con l'art. 1174. d. LL.

(a) *Extat in L 88. ff. de haered. instit. ubi sic.* — Ei, qui solvendo non est, aliquo casu evenit, ut et servus cum libertate haeres existat; et praeterea alius haeres adjivatur; veluti si servo cum libertate haerede instituto, ita adjectum sit, si mihi Stichus haeres erit, tunc Titins quoque est: Nam Titius, antequam Stichus ex testamento haeres extiterit, haeres esse non potest: cum autem semel haeres extiterit servus, non potest adjectus efficere, ut qui semet haeres extitit, desinat haeres esse.

Vide etiam L. 7. §. 10. ff. de minor.

(b) *Extat in L. 43. §. 3. circa med ff. de vulg. et pupill. substit. ubi sic.* — Qui in fraudem legum fidem accomodat, adeundo haeres efficitur; nec desinet haeres esse, licet res, quae ita relictae suut, auferuntur.

(c) *Extat in L. 11. ff. de divers temp. praescript. in princ.* — Cum haeres in jus omne defuncti succedit, ignoratinue sua defuncti vitia non excludit: veluti, cum sciens alienum illum, illo, vel precario possedit: quamvis enim precarium haeredem ignorantem non teneat, nec interdicto recte conveniatur: tamen usucapere non poterit, quod defunctus non potuit. Idem juris est, cum de longa possessione quaeritur: neque enim recte defendetur, cum exordium ei bonae fidei ratio non tueatur.

Et in L. 2. in fine C. de fruct. et lit. exp. ubi sic.—Haeredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est.

Vide L. 5. ff. eod. L. 4. §. 15. ff. de usurp. L. 11. §. 2. ff. de publ. in rem. act.

(d) *Extat in L. 16. §. 1. C. de testam. ubi sic.* — Illud etiam, adjiciendum est, ut qui ex testamento, vel ab intestato haeres extiterit: et si voluntas defuncti circa legata, seu fideicommissa, seu libertates legibus non sit subnixa, tamen si sua sponte agnoverit, implendi eam necessitatem habeat.

Vide L. 2. C. de fideicom.

(e) *Extat in L. 13. C de haered. instit. ubi sic.* — Quotiens certi quidem ex certa re scripti sunt haeredes, vel certis rebus pro sua institutione contenti esse jussi sunt, quos legatariorum loco haberi certum est (1): alii vero ex certa parte, vel sine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam uuciarum institutionem referuntur, eos tantummodo omuibus haereditariis actionibus uti, vel conveniri decernimus, qui ex certa parte, vel sine parte scripti fuerint, nec aliquam deminutiouem earundem actionum occasione haeredum ex certa re scriptorum fieri.

Vide L. 35. prin. ff. h. t. L. 16. ff. ad SC. Trebell. L. 1. §. 4. ff. de haer. inst. L. ult. C. de haered. act.

(1) Concorda con l'art. 964. 2. comm. LL. CC.

(f) *Argum legis. 2. in fin. ff. de stipulat. praetor.* (2).

(2) Concorda con l'art. 803. LL. CC. dopo fatta la divisione.

(g) *Extat in L. 5. §. 1. ff. de jure delib. ubi sic.* — Si major sit haereditas, e deliberat haeres, et res sunt in haereditate, quae ex tractu temporis deteriores fiunt: adito Praetore potest is, qui deliberat, sine praejudicio eas justis pretiis vendere; qui

770. Haeres haeredis est testatoris haeres (a); et haeredis appellatio non solum ad proximum haeredem refertur, sed etiam ad ulteriorem (b).

771. Haeres est successor in universum jus defuncti (c).

772. Haeres suus ipso jure est haeres (d).

773. Haeres miscendo se contrahere videtur (e), et conveniendus ubi defunctus debuit, aut fuit conventus (f).

774. Haeres ex dolo malo defuncti in solidum tenetur (g).

775. Haeres ex delicto defuncti nec poenam sentit, nec lucrum facit (h).

---

possit etiam ea, quae nimium sumptuosa sint, veluti jumenta, aut venalitia, item ea, quae mora deteriora fiant, vendere; quique preterea curaturus sit, ut aes alienum, quod sub poena, vel sub pretiosis pignoribus debeatur, solvatur. (3).

Et in L. 6. ff. eod. ubi sic. — Igitur si quidem in haereditate sit vinum oleum, frumentum, numerata pecunia, inde fieri debebunt impendia: si minus, a debitoribus haereditariis exigenda pecunia. Quod si nulli sunt debitores, aut judicem provocent; venire debent supervacuae.

Vide L. 5. in princ. ff. de haeredit. pet. L. 7. in fin. ff. de jur. delib. L. ult. §. 4. C. de bon. quae liber.

(3) Concorda con l'art. 713. LL. CC.

(a) *Extat in L. 194. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui per successionem quamvis longissimam defuncto haeredes extiterunt, non minus haeredes intelliguntur, quam qui principaliter haeredes existunt.

Fluit regula ex L. 3. ff. de haered. pet. L. 7. §. ult. ff. de adquir. vel omitt. haered. L. 65. et 70. ff. de verb. sign. L. ult. C. de haered. instit.

(b) *Extat in L. 65. ff. de verb. sig. ubi sic.* — Haeredis appellatio id non solum ad proximum haeredem, sed, et ad ulteriores refertur: nam et haeredis haeres, et deinceps, haeredis appellatione continetur.

Vide L. 70. et 170. ff. eod. L. 2. in fin. ff. de liberat. legat. L. 22. C. de legat.

(c) *Extat in L. 62. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Haereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuerit. (1)

Fluit regula ex L. 37. ff. de adquir. vel omitt. haered. Vide 128. ff. de r. j. L. 50. ff. de haered. petit. L. 24. ff. de verb. sign.

(1) Argom. dall'art. 645. LL. CC.

(d) *Extat in L. 14. ff. de suis. et legit. haer. ubi sic.* — In suis haeredibus aditio non est necessaria, quia statim ipso jure haeredes existunt. (2).

(2) Concorda con il cit. art. 645. LL. CC.

(e) *Extat in L. 4. ff. quib. ex caus. in poss. eat. ubi sic.* — Sed et is, qui miscuit se, contrahere videtur.

Vide §. 5. Instit. de obl. quae ex quasi contract.

(f) *Extat in L. 19. in princ. ff. de judiciis ubi sic.* — Haeres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, et conveniendus, si ibi inveniatur, nulloque suo proprio privilegio excusatur.

Et in L. 34. ff. eod. ubi sic. — Si is, qui Romae judicium acceperat, decessit, haeres ejus, quamvis domicilium trans mare habeat, Romae tamen defendi debet; quia succedit in ejus locum, a quo haeres relictus est.

(g) *Extat in L. 157. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In contractibus successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod perveuit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte, qua haeres est.

Et in L. 152. ff. eod. in Aphor. 765.

Fluit regula ex L. 12 ff. de obl. et act. L. 7. ff. depos.

(h) *Extat in L. 38. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Sicuti poena ex delicto defuncti haeres teneri non debeat: (2) ita nec lucrum fa-

776. Haeres; et defunctus pro una persona reputantur (a) Honor est esse haeredem (b).

777. Haeres ejusdem juris est, cujus fuit defunctus (c).

778. Haeres nunquam fuit, qui ad alium transferre voluit haereditatem (d); et hoc ob tacitam renunciationem (e).

779. Haeres a mortis tempore censetur (f).

780. Haeres plus commodi, quam defunctus habuit, habere nequit (g).

781. Haeres tenetur facta defuncti approbare (h).

782. Haeres aditione tenetur legatariis ex quasi contractu (i); ac haereditaria quoque actione (k).

---

eere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.

Vide L. 111. §. 1. ff. eod. L. 33. ff. de obl. et act. L. 5. in princ. ff. de calumn. L. 1. in fin. L. 3. in princ. ff. de vi. L. 26. ff. de dolo malo. L. 3. §. 12. ff. de pecul. L. 14. §. 5. in fin. L. 16. in fin. L. 19. ff. quod met. caus. L. 35. ff. de obl. et act. L. 2. ff. de vi bonor. rapt. L. 1. in princ. ff. de privat. delict. 4. 2. C. unde vi.

(2) Vedi la nota di sopra al num. 32.

(a) *Extat in L. 22. ff. de usurp. ubi sic.* — Haeres, et haereditas, tametsi duas appellationes recipiunt, unins personae tamen vice funguntur.

Vide L. 11. in fin. C. de impub. Nov. 48.

(b) *Argum. leg. 26. ff. Si quis omiss. caus. testam.*

(c) *Extat in L. 59. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Haeredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujns fuit defunctus, constat.

Vide L. 156. §. 1. et 177. ff. eod.

Fluit regula ex L. 37. ff. de adquir. vel omitt. haer. L. ult. ff. si famil. furtum fecisse.

(d) *Extat in L. 6. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non vult haeres esse, qui ad alium transferre voluit haereditatem (2).

(1) Pare, che questa regola non debb'aver luogo secondo le nostre leggi, poichè la regola è fondata sul principio, che possa presumersi la rinuncia ad un eredità, laddove per l'art. 701. LL. CC. tal presunzione non si ammette.

(e) *Vide supra n. 755.*

(f) *Extat in L. 138. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Omnis haereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

Et in L. 193. ff. eod. ubi sic. — Omnia fere jura haeredum perinde habeotur, ac si coutinuo sub tempus mortis haeredes extitissent.

Vide supra n. 761.

(g) *Extat in L. 120. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo plus commodi haeredi suo relinquit, qnam ipse habuit.

Vide supra n. 777.

(h) *Fluit ex L. 14. C. de rei vind. ubi sic.* — Cum a matre domum filii, te sciente, comparasse proponas, adversus eum dominium vindicantem, si matri nôn successit, nulla te exceptione tueri potes: quod si venditricis obtinet haereditatem, doli mali exceptione, pro qua portiooe ad euoi haereditas pertinet, uti non prohiberis.

Vide L. 149. ff. de r. j. L. 3. ff. de reb. alien. non alien. L. 14. et 73. ff. de evict. L. 24. ff. de don. L. 1. §. ff. de except. rei vend.

(i) *Extat in L. 3. in fine ff. quib. ex caus. in poss. eat. ubi sic.* — Etenim videtur impubes contrahere cum adiit haereditatem.

(k) *Et in L. 40. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Haereditariarum actioonum loco habentur et legata, quamvis ab haerede caeperint.

Vide §. 5. Instit. de obl. quae ex quasi contract. L. 7. ff. de reb. auct. jud.

783. Haeres tenetur lite contestata ex omnibus causis (a). Haeres in testamento testis esse nequit: non vero legatarius (b).

784. Hermaphroditorum sexus, qui praevalet, spectandus (c).

785. Hominis appellatione uterque sexus intelligitur (d). Hominis interest hominem beneficio affici (e). Hominem homini insidiari nefas est, cum inter hos cognationem quamdam natura constituit (f). Hominis gratia omnes fructus natura comparavit (g). Homo est dignissima creatura (h). Hominis natura quodammodo labitur ad delicta (i).

786. Honeste multa accipiuntur, quae inhoneste petuntur (k).

(a) *Extat in L. 87. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo enim in persequendo, deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post litem contestatam haeredi quoque prospiceretur, et haeres tenetur ex omnibus causis.

Fluit regula ex L. 58. ff. de obl. et act. L. 52. ff. de rei vind.

(b) *Extat in L. 20. in princ. ff. qui testam. facere poss. ubi sic.* — Qui testamento haeres instituitur in eodem testamento testis esse non potest. Quod in legatario, et in eo, qui tutor scriptus est, contra habetur: hi enim testes possunt adhiberi, si aliud eos nihil impediat; ut puta si impubes, si in potestate sit testatoris (1).

Vide §. 10. Instit. de testam. ordin.

(1) Vedi l'art. 901. LL. CC. ove non possono esser testimoni ne' testamenti per atto pubblico nè i legatarj a qualunque titolo, nè i loro parenti, o affini sino al 4. grado inclusivamente, nè gli ajutanti de'notai rogatori del testamento.

(c) *Extat in L. 10. ff. de statu homin. ubi sic.* — Quaeritur hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto ejus sexus aestimandus, qui in eo praevalet.

Vide L. 15. in fin. ff. de testib. L. 55. §. ult. ff. de liberis, et posthumis.

(d) *Extat in L. 152. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Hominis appellatione tam faeminam, quam masculum contineri, non dubitatur.

(e) *Fluit ex leg. 7. ff. de servis exportan. ubi sic.* — Servus ea lege venit, ne in Italia esset; quod si aliter factum esset, convenit citra stipulationem, ut poenam praestaret emptor; vix est, ut eo nomine vindictae ratione venditor agere possit: acturus utiliter, si non servata lege, in poenam, quam alii promisit, inciderit. Huic consequens erit, ut hactenus agere possit, quatenus alii praestare cogitur: quidquid enim excedit, paena, non rei persecutio est. Quod si, ne poenae causa exportaretur, convenit, etiam affectionis ratione recte agetur. Nec videntur haec inter se contraria esse, cum beneficio adfici hominem intersit hominis: enim vero poenae non irrogatae indignatio solam duritiem continet.

Vide L. 54. in princ. ff. mand.

(f) *Extat in L. 3. ff. de just. et jur. ubi sic.* — Ut vim, atque injuriam propulsemus: nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur: et, cum inter nos cognationem quamdam natura constituit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse (2).

(2) Concorda con l'art. 365. e sequenti L. pen. ove è punita l'ingiuria diretta a far perdere, o diminuire l'altrui stima.

(g) *Vide supra — Apor. 692.*

(h) *Argum. leg. 44. ff. de Ædil. Edic.*

(i) *Argum. Novell. 5. De Monachis. cap. 6.*

(k) *Vide infra. — Aphor. n. 1580.*

787. Honestum quandoque praevalet licito (a). Honestum, et licitum in conjugiis spectandum (b).

788. Honestus modus est servandus, non immoderata cujusque luxuria subsequenda (c). Honorum augmentum non ambitione, sed labore contingit (d). Honor est praeferendus omni lucro, etiam pecuniario (e). Honorem omnem excludit reatus (f).

789. Hosti fides est servanda (g). Qui malo consilio, et proditoris animo patriam relinquit, hostium numero habendus est (h).

790. Hypotheca est species alienationis (i).

(a) *Fluit ex leg. 144. in princip. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non omne, quod licet, honestum est.

Fluit ex L. 14. §. 2. ff. de ritu nupt.

(b) *Extat in L. 197. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Semper in conjunctionibus non solum quid liceat, considerandum est, sed et quid honestum sit.

Vide L. 11. §. 7. ff. quod vi, aut clam. d. L. 144. ff. de r. j.

(c) *Extat in L. 40. in princ. ff. de damno infecto ubi sic.* — Ex damni infecti stipulatione non oportet infinitam, vel immoderatam aestimationem fieri, ut puta ob tectoria, et ob picturas. Licet enim in haec magna erogatio facta est, attamen ex damni infecti stipulatione moderatam aestimationem faciendam: quia honestus modus servandus est, non immoderata cujusque luxuria subsequenda (1).

(1) Vedi gli art. 1103. e 1105. LL. CC. ove per danni, ed interessi s' intende la perdita sofferta, e l'utile perduto, ancorchè i danni provengano da inadempimento doloso.

(d) *Extat in L. 14. circ. fin. C. de re milit. ubi sic.* — Quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire etc.

(e) *Argumento leg. 5. C. de instit. et substit. L. 26. ff. si quis omiss. caus. testam.*

(f) *Extat in L. 1. C. ubi senator. vel claris. ubi sic.* — Quicumque non illustri, sed clarissima dignitate tantum praeditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa, seu crimine fuerit deprehensus: intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publice legibus subjugetur, nec fori praescriptione utatur. Omnem enim hujusmodi honorem reatus excludit.

Argum. leg. 47. ff. de ritu nupt. (2)

(2) Vedi l'art. 26. LL. CC. ove l' esercizio de' dritti civili si perde per effetto di condanne a quelle pene, che ne producono la privazione in tutto, o in parte.

(g) *Fluit ex L. 17. ff. de legation. in princ. ubi sic.* — Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur: quia sancti habentur legati, et ideo, si, cum legati apud nos essent gentis alicujus, bellum cum eis indictum sit? Responsum est, liberos eos manere: id enim juri gentium conveniens est.

(h) *Extat in L. 19. §. 4. ff. de captivis et postlim. ubi sic.* — Transfugae nullum postliminium est: nam qui malo consilio, et proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est: sed hoc in libero transfuga juris est, sive faemina, sive masculus sit.

(i) *Extat in L. 7. C. de reb. alien. non alien. ubi sic.* — Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam usufructus dationem, vel hypothecam (3), vel pignoris nexum penitus prohiberi.

Vide L. 1. §. 2. ff. quae res pignori.

(3) Concorda virtualmente con l'art. 2010. LL. CC.

791. Hypotheca non solvitur ob solutionem partis debiti a cohaerede factam (a), et manet hoc casu etiam super pluribus rebus hypothecatis (b).

792. Hypotheca, et pignus idem sunt (c).

793. Hypotheca generalis sine designatione bonorum praesentium, et futurorum ambobus refertur (d).

794. Hypotheca solvitur, cum creditor consentiat venditioni rei hypotecatae (e) vel consentiat, ut ea alteri obligetur (f).

795. Hypotheca est tota in toto, et in qualibet parte tamquam indivisibilis (g).

(a) *Extat in L. 8. §. 2. ff. de pignorat. act. ubi sic.* — Si unus ex haeredibus portionem suam solverit, tamen tota res pignori data venire poterit; quemadmodum si ipse debitor portionem solvisset. (1)

Vide etiam L. 11. §. 4. C. eod. L. 65. C. de evict. L. 16. C. de distract. pignor. L. 1. C. de luit. pign. L. 1. C. si unus ex plur.

(1) Concorda virtualmente con l'art. 2000 LL. CC. attesa la indivisibilità dell'ipoteca.
Concorda relativamente al pegno con l'art. 1953. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 19. ff. de pign. et hypoth. ubi sic.* — Qui pignori plures res accepit non cogitur unam liberare, nisi accepto universo, quantum debetur.

Vide Aphor. num. praeced.

(c) *Extat in L. 5. §. 1. ff. de pign. et hypoth. ubi sic.* — Inter pignus autem, et hypothecam tantum nominis sonus differt. (3)

Vide L. 9. §. 2. ff. de pignor. act. §. 7. Instit. de action.

(3) Il pegno è regolato da disposizioni particolari art. 1941. a 1961. LL. CC. L'ipoteca da altre art. 2000. a 2019. d. LL.

(d) *Extat in L. 9. C. Quae res pignor. ubi sic.* — Si quis in cujuscumque contractus instrumento ea verba posuerit, fide, et periculo rerum ad me pertinentium, vel per earum exactionem satisfieri tibi promitto; sufficere ea verba ad rerum tam earum, quas in praesenti debitor habet, quam futurarum hypothecam sancimus, nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis hypothecae memoriam videri: cum sit justum voluntates contrahentium, magis quam verborum conceptionem inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut si res suas supponere debitor direxit, non adjecto tam praesentes, quam futuras; jus tamen generalis hypothecae etiam ad futuras res producetur.

Vide L. 4. ff. de pignor. et L. 34. ff. eod. (2).

(2) Vedi l'art. 2015. LL. CC. ove i soli beni presenti possono in ispecie ipotecarsi, non i futuri, menoche vi sia l'insufficienza de' presenti art. 2016. LL.

(e) *Extat in L. 7. in princ. ff. Quib. mod. pign. ubi sic.* — Si consensit venditioni creditor, liberatur hypotheca etc.

Vide L. 4. §. 1. ff. eod. L. 9. 11. in fin. ff. eod. L. 12. in princ. ff. eod. L. 4. C. de remiss. pign.

Vide supra.—Aphor. 321.

(f) *Fluit ex L. 12. in princ. ff. quib. mod. pign. ubi sic.* — Paulus respondit: Sempronium antiquiorem creditorem consentientem, cum debitor eamdem rem tertio creditori obligaret, jus suum pignoris remisisse videri, non etiam tertium in locum ejus successisse; et ideo medii creditoris meliorem causam effectam (3).

(3) Concorda con l'art. 1232. LL. CC.

(g) *Argumento leg. 7. §. 4. ff. quib. mod. pignus* (4).

(4) Concorda con l'art. 2000. LL. CC.

796. Hypothecantur bona praesentia, et futura ob omnem obligationem, (a) etiam naturalem (b). Hypothecari possunt res pro indiviso possessae (c).

(a) *Extat in L. 1. in princ. ff. de pign. et hypoth. ubi sic.* — Conventio generalis in pignore dando bonorum vel postea quaesitorum recepta est.

Et in L. 15. in princ. ff. eod. ubi sic. — Et quae non dum sunt, futura tamen sunt, hypothecae dari possunt; ut fructus pendentes, partus ancillarum, foetus pecorum, et ea, quae nascuntur, sint hypothecae obligata etc.

Vide L. ult. C. quae res. pignor. in fine. (1)

(1) Vedi la nota al n. 793.

(b) *Extat in L. 14. §. 1. ff. de pign. et hypoth. ubi sic.* — Ex quibus casibus naturalis obligatio consistit, pignus perseverare constitit.

Vide L. 5. in princ. ff. eod.

(c) *Fluit ex L. 7. §. 4. ff. quib. mod. pign. ubi sic.* — Illud tenendum est, si quis communis rei partem pro indiviso dederit hypothecae (2); divisione facta cum socio, non utique eam partem creditori obligatam esse, quae ei obtingit, qui in pignori dedit, sed utrinsque pars pro indiviso pro parte dimidia manebit obligata.

Vide L. 6. §. 8. ff. comm. divid.

(2) Concorda per argom. dall'art. 2106. LL. CC.

797. am nostrum amplius nostrum fieri non potest (a).

798. Ignorantia juris neminem excusat (b); non in damnis vitandis (c).

799. Ignorantia facti excusat (d).

800. Ignorantia praesumitur, nisi scientia probetur: ideo allegans ignorantiam non debet probare, sed adversarius scientiam (e).

801. Ignorantia facti defuncti datur haeredi (f).

802. Ignorantiam facti proprii nemo debet praetendere (g).

803. Ignorantia alterius nemini prodest, cum nec scientia alterius nemini nocet (h).

804. Ignorantia supina non excusatur (i).

805. Ignorantia juris suum petenti non nocet, acquirere volenti non prodest (k).

806. Ignorantia juris in minoribus permissa, et interdum faeminis (l).

(a) *Argum. L. 159. ff. de reg. jur.*

(b) *Extat in L. 9 in princ. ff. de jur. et fact. ign. ubi sic.* — Regula est, juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere etc. (1).

Vide L. 2 4. 7. ff. eod. L. 2. 3. et 12. C. eod. L. 6. qui admitt. ad bonor. possess. L. 9. C. de legib.

(1) Concorda con gli art. 1310. 1924. LL. CC.

(c) *Extat in L. 8. ff. de jur. et fact. ubi sic.* — Error facti ne maribus quidem in damnis, vel compendiis, obest; juris antem error nec faeminis in compendiis prodest. Caeterum omnibus juris error in damnis amittendae rei suae non nocet.

(d) *Extat in d. L. 9. ff. de juris. et fact. ign. supra Aphor. 798.* (2).

(2) Concorda con gli art. 1063. 1064. 1330, 1331. 1925. 1930. 2098. 1475. 1492. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 21. ff. de probat. ubi sic.* — Verius esse existimo, ipsum, qui agit, id est, legatarium probare oportere, scisse alienam rem, vel obligatam legare defunctum, non haeredem probare oportere, ignorasse alienam, vel obligatam; quia semper necessitas probandi incumbit, illi, qui agit.

Vide L. 5. circ. med. C. de sponsal.

(f) *Vide supra. — Aphor. 734.*

(g) *Argom. leg. 17. §. 2. ff. ad SC. Vellej.*

(h) *Extat in L. 5. ff. de jur. et fact. ubi sic.* — Iniquissimum videtur, cuiquam scientiam alterius, quam suam nocere: vel ignorantiam alterius alii profuturam.

(i) *Extat in L. 6. ff. de jur. et fact. ubi sic.* — Nec supina ignorantia ferenda est factum ignorantis; ut nec scrupulosa inquisitio exigenda. Scientia enim hoc modo aestimanda est, ut neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur.

Vide L. 4. ff. quod vi, aut clam. L. 9. §. 2. L. 19. ff. de novat.

(k) *Extat in L. 7. ff. de jur. et fact. ubi sic.* — Iuris ignorantia non prodest adquirere volentibus; suum vero petentibus non nocet.

Vide L. 31. in princ. ff. de usurp.

(l) *Extat in L. 9 in princ. ff. de jur. et fact. ubi sic.* — Regula est juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere. Videamus igitur in quibus speciebus locum habere possit: ante praemisso, quod minoribus viginti quinque annis jus ignorare permissum est: quod et in faeminis

807. Ignorantia justa in pluribus causis excusationem meretur (a).
808. Ignorantia facti alieni excusatur, et tollerabilis est error (b).
809. Ignorantibus, non stultis succurritur (c).
810. Ignorare jus turpe est patricio, et causas oranti (d).
811. Ignorare jus proprium nemini juvat (e).
812. Illicita nec discere, nec docere licet (f).
813. Illicitum est corrupta vendere (g).
814. Imaginariam venditionem non facit, qui pretium convenit, et remittit (h).
815. Immiscere se rebus ad se non pertinentibus culpa est (i).
816. Immunitas est personalis (k).
817. Impensae litis debentur a victo victori (l).

---

in qoibusdam causis propter sexus infirmitatem dicitur, et ideo sicubi non est delictum, sed juris igooraotia, non laeduntur etc. (1)

Vide L. 16. C. hoc. tit. L. penult. C. de integr. restit. minor. L. ult. C. si advers solution. L. 29. ff. de condict. indeb. Vide de faeminis L. 8. ff. de jur. et fact. ign.

(1) Argom. dall'art. 1078. LL. CC. ove la legge rende incapace il minore a contrattare supponendo frall'altro la ignoranza del dritto in esso.

(a) *Fluit ex L. 2. in fin. ff. Si is, qui testamento.* Non impetrat post libertatem ejus ullam actionem: quamvis in pluribus aliis causis justa ignorantia excusationem mereatur.

(b) *Vide supra. — Aphor. 803.*
Vide L. ult. ff. pro suo.

(c) *Extat in L. 9. §. 5. in fin. ff. de jur. et fact. ignor. ubi sic.* — Sciant, ignorantiam facti non juris prodesse: nec stultis solere succurri, sed errantibus.

(d) *Extat in L. 2. §. 43. circ. med. ff. de orig. jur. ubi sic.* — Namque eum dixisse turpe esse patricio, et caosas oranti jus, in qua versaretur, ignorare.

Et in L. 10. in princ. ff. de grad. et affin. ubi sic. — Iurisconsultus cognatorum gradus, et adfinium nosse debet.

Vide L. 2. L. 9. §. 3. ff. de jur. et facti ignor. L. 6. C. de muner. patrimon. Novell. Leonis 17. in princ.

(e) *Argum. leg. 36. ff. fam. escisc.*

(f) *Extat in L. 8. C. de maleficis. ubi sic.* — Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere.

Vide L. 2. prin. L. 6. §. 1. Cod. de haeret. L. 20. C. de Episc. L. 4. §. 1. ff. fam ercisc.

(g) *Fluit ex L. 2. C. de canone frum. ubi sic.* — Si quid frumenti, vel hordei urbicarii canonis remissione indultum est speciali beneficio: contra commodum publicum rescripta elicita non valeant. (2)

Vide L. ult. C. si contra jus, vel. util. publ.

(2) Concorda cogli art. 400. 401. e 461. n. 15. leg. pen.

(h) *Extat in L. 16. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Imagioaria venditio noo est pretio accedente.

Vide gloss. eod.

(i) *Vide supra. — Aphor. n. 341.*

(k) *Extat in L. 1. §. 1. ff. de jur. immun. ubi sic.* — Personis datae immunitates haeredibus non relinquuntur.

Vide L. 28. in fin. ff. de legat. 2. L. 1. §. 43. ff. de aqua quotid. L. 3. in fin. ff. de censib. L. 13. C. de excusat. muner.

(l) *Extat in L. 79. ff. de judiciis ubi sic.* — Eum, quem temere adversarium suum in judicium vocasse constitit, viatica,

818. Impensae ultimae infirmitatis uxoris a viro non repetuntur ab haereditate uxoris (a), sed repetuntur impensae funerum, quae sunt aes alienum dotis (b).

819. Impensae minuunt fructus (c), et debentur etiam si nulli fructus sint (d).

820. Impensae necessariae sunt, quae rem servant; utiles, quae meliorem faciunt; voluptuariae, quae tantum ornant (e).

821. Impensae utiles, necessariae, et voluptuariae repetuntur a bonae fidei possessore, non praedone (f): utiles, et necessarias repetit condu-

---

litisque sumptus adversario suo reddere oportebit.

Et in L. 5. C. de fruct. et lit. exp. in princ. ubi sic. — Constitutio praecipit, ut quivis judex in sententia sua jubeat victum factos in judicio sumptus praestare. (1)

Vide Inst. §. 2. in fin. de poena temer. litig.

(1) Concorda con l'art. 222. L. pr. civ.

(a) *Extat in L. 13. C. de negot. gest. ubi sic.* — Quod in uxorem tuam aegram erogasti, non a socero repetere, sed affectioni tuae debes expendere. In funus sane ejus, si quid eo nomine quasi recepturus erogasti, patrem, ad quem dos rediit, jure convenis.

Vide L. 22. §. 8. ff. soluto matrim. L. 14. §. 7. L. 16. ff. de relig. L. 1. ff. de neg. gest.

(b) *Vide dict. L. 13. C. de neg. gest. et L. 16. C. de relig. L. 17. 18. 20. C. eod.*

(c) *Extat in L. 4. ff. de operis servor. ubi sic.* — Fructus hominis in operis consistit; et retro, in fructu hominis operae sunt. Et, ut in caeteris rebus fructus, deductis necessariis impensis, intelligitur, ita et in operis servorum.

Vide L. ult. ff. eod. L. 36. §. ult. ff. de haered. petit. L. 5. C. de rei vind. (2)

(2) Concorda con gli art. 473. 1956. 1335. LL. CC.

(d) *Argum. L. 13. §. 7. et 13. ff. de haered. petit.* (3)

(3) Concorda con il cit. art. 1335. LL. CC.

(e) *Extat in L. 79. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Impensae necessariae sunt, quae si factae non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. §. 1. Utiles impensas esse Fulcinius ait, quae meliorem dotem faciant non deteriorem esse, non sinant; ex quibus reditus mulieri adquiratur (4) . . . . §. 2. Voluptuariae sunt, quae speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia, et aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae. (5)

Vide L. 1. §. 1. L. 14. ff. de impensis. in res dotat. L. 5. eod. §. ult. L. 7. eod. L. 39. ff. de haered. petit.

(4) Vedi gli art. 1335, 1950. LL. CC. ove son riconosciute per spese utili, e necessarie quelle fatte per la conservazione della cosa.

(5) Vedi l'art. 1481. LL. CC. ove si porta anche la spesa voluttuosa, e di delizia.

(f) *Extat in L. 38. in princ. ff. de haer. pet. ubi sic.* — Plane in caeteris necessariis, et utilibus impensis posse separari: ut bonae fidei quidem possessores has quoque imputent: predo autem de se quaeri debeat, qui sciens in rem alienam impendit....

Et in L. 39. ff. eod. §. 1. ubi sic. — Videamus tamen, ne et ad picturarum quoque, et marmorum, et caeterarum voluptuariarum rerum impensas aeque proficiat nobis doli exceptio si modo bonae fidei possessores simus (6): nam praedoni probe dicetur, non debuisse in alienam rem supervacuas impensas facere, ut tamen potestas ei fieret tollendorum eorum, quae sine detrimento ipsius rei tolli possunt.

Vide L. 5. in fin. C. de rei vind.

(6) Concorda virtualmente con l'art. 1481. LL. CC.

ctor (a). Impensae voluntariae mutant naturam suam ratione rei, ubi fiunt (b).

822. Impensae debentur possessori a petitore (c), nisi ex fructibus satisfactus fuerit (d).

823. Impensae utiles in fundo dotali factae repetuntur a marito (e). Necessariae minuunt dotem pecuniariam, et corpora dotalia aestimata (f).

824. Impensae modicae ratio non habebitur (g).

825. Impensae funeris, inventarii, et similes ab haerede retinentur (h).

(a) *Extat in L. 55. ff. locat. §. 1. ubi sic.* — In conducto fundo, si conductor sua opera aliquid necessario, vel utiliter auxerit, vel aedificaverit, vel instituerit, cum id non convenisset; ad recipienda ea, quae impendit, ex conducto cum domino fundi experiri potest.

Vide L. 61. ff. eod.

(b) *Argum. L. 10. ff. de impensis in res dotal. fact.*

(c) *Extat in L. 27. §. 5. ff. de rei vindic. ubi sic.* — In rem petitam si possessor ante litem contestatam sumptus fecit: per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, si perseveret actor petere rem suam non redditis sumptibus (1).

Vide L. 11. C. de rei vindic.

(1) Concorda con l'art. 473. LL. CC.

(d) *Extat in L. 48. ff. de rei vind. ubi sic.* — Sumptus in praedium, quod alienum esse apparuit, a bonae fidei possessore facti, neque ab eo, qui pretium donavit, neque a domino peti possunt: verum exceptione doli opposita, per officium judicis aequitatis ratione servantur: scilicet si fructuum ante litem contestatam perceptorum summam excedant; etenim admissa compensatione, superfluum sumptum, meliore praedio facto, dominus restituere cogitur.

Vide L. 65. ff. eod. et §. 30. Instit. de rer. divis.

(e) *Extat in L. 7. §. 1. ff. de impens. in res dot. fact. ubi sic.* — Quorum utiles non quidem minuunt ipso jure dotem, verum tamen habent exactionem (2).

Vide L. ult. in princ. ff. de fundo dotal. L. 7. in fin. ff. soluto. matrim. L. unic. §. 5. C. de rei uxor. action.

(2) Concorda per argom. dall'art. 1375 LL. CC. messo in correlazione con gli art. 530, e 538. LL. CC.

(f) *Extat in L. 1. §. 2. ff. de impens. in res dot. fact. ubi sic.* — In necessariis impensis hoc sciendum est, eas demum impensas dotem minuere, quae in dotem factae sunt: caeterum si in dotem factae non sint, non habent in se reputationem.

Et in L. 5. ff. eod. in princ. ubi sic. — Quod dicitur, necessarias impensas dotem minuere sic erit accipiendum, ut et Pomponius ait, non ut ipsae res corporaliter diminuantur, ut puta fundus, vel quodcumque aliud corpus: etenim absurdum est, deminutionem corporis fieri propter pecuniam: caeterum haec res faciet desinere esse fundum dotalem, vel partem ejus: manebit igitur maritus in rerum detentione, donec ei satisfiat: non enim ipso jure corporum, sed dotis sit deminutio. Ubi ergo admittimus deminutionem dotis ipso jure fieri? Ubi non sunt corpora, sed pecunia: nam in pecunia ratio admittit, deminutionem fieri: proinde si aestimata corpora in dotem data sint, ipso jure dos deminuetur per impensas necessarias etc. (3)

Vide §. 37. Inst. de action. vide tamen. L. unic. §. 5. Cod. de rei ux. act. qua retentio negatur marito. Vide infra n. 1011.

(3) Vedi l'art. 1371. LL. CC. ove occorrendo spese necessarie per la conservazione dell'immobile dotale si può alienare lo stesso.

(g) *Extat in L. 12 ff. de impens. in res. dot. fact. ubi sic.* — Omnino et in aedificandis aedibus, et in reponendis, propagandisque vineis, et in valetudine mancipiorum, modicas impensas non debet arbiter curare; alioquin, negotiorum gestorum potius, quam de dote judicium videbitur.

(h) *Extat in L. ult. §. 9. C. de jur. delib. ubi sic.* — In computatione autem patrimonii damus ei licentiam excipere, et retinere quicquid in funus expendit, vel in

826. Impensae funerum pro dignitate defuncti arbitrantur (a), et pro modo facultatum defuncti (b): privilegium habent super mobilibus, et immobilibus (c). Impensae faciendae a quocumque secundum suum statum sive facultatis, sive nobilitatis (d).

827. Imperator legibus solutus est (e): dignum tamen est majestate Regnantis legibus alligatum se principem profiteri (f).

828. Imperitia est culpa: hinc nemo debet suscipere id, in quo novit, vel nescere deberet suam imperitiam, vel imprudentiam alteri damnosam fore (g).

829. Imperitia artificis non excusatur (h).

830. Impossibilium nulla obligatio (i). Impossibile allegans non auditur (k).

---

testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem, vel in alias necessarias causas haereditatis approbaverit sese persolvisse (3).

Vide L. 19. ff. de reb. auct. jud. poss. L. pen. ff. de religios. L. 1. in fin. ff. eod. §. 4. Instit. ad leg. Falc. L. 23. ff. de testam. L. ult. §. 2. C. de jur. delib.

(3) Concorda con gli art. 729. 1970. e 1973. LL. CC.

(a) *Extat in L. 12. §. 5. ff. de religios. et sumptib. funer. ubi sic.* — Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti.

Vide etiam L. 14. §. 6. et in fin. ff. eod.

(b) *Extat in L. 14. §. 6. ff. de religios. et sumpt. funer. ubi sic.* — Haec actio, quae funeraria dicitur, ex bono, et aequo oritur: continet autem funeris causa tantum impensam, non etiam caeterorum sumptuum. Aequum autem accipitur ex dignitate ejus, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, et ex bona fide, ut neque plus imputetur sumptus nomine, quam factum est, neque tantum, quantum factum est, si immodice factum est: deberet enim haberi ratio facultatum ejus, in quem factum est: et ipsius rei, quae ultra modum sine causa consumitur. . . . .

Vide L. 21. ff. eod. L. 12. §. 3. ff. de admin. et peric. tut.

(c) *Extat in L. 45. ff. de religios. et sumpt. funer. ubi sic.* — Impensa funeris semper ex haereditate deducit, quae etiam omne creditum solet praecedere; cum bona solvendo non sint. (1).

Vide L. 14. §. 1. ff. eod. L. 17. ff. de reb. aut. jud. possid.

(1) Concorda con gli art. 1970. 1973. e 1974. LL. CC.

(d) *Argum. leg. 12. §. 3. ff. de adm. et peric. tutor.*

(e) *Extat in L. 31. ff. de legib. ubi sic.* — Princeps legibus solutus est....

Vide L. 23. ff. de legat. 3.

(f) *Extat in L. 4. C. de legib. ubi sic.* — Digna vox est Majestate Regnantis legibus alligatum se principem profiteri: adeo de autoritate juris nostra pendet auctoritas....

Vide L. 3. ff. de testam. L. 23. ff. de legat. 3. L. 4. ff. ad leg. Falc. L. 8. §. 2. ff. de inoff. test. Vide tamen. L. 31. ff. hoc. tit. Nov. 105. c. 2. in fin. §. ult. in fin. Instit. quib mod. testam. infirm.

(g) *Extat in L. 132. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Imperitia culpae adnumeratur (2).

Vide L. 6. §. 7. ff. de offic. Praesid. L. 27. §. 29. ff. ad leg. Aquil. L. 9. §. 5. L. 13. §. 5. ff. locat. §. 7. Instit. de leg. Aquil.

(2) Argom. dall'art. 2176. LL. CC. ove gli architetti, e gli appaltatori son tenuti per 10 anni per i danni nelle opere difettose in costruzione. Vedi anche l'art. 1337. d. LL. ove la imprudenza è colposa.

(h) *Vide d. L. 132. ff. de reg. jur.* (3)

(3) Citati art. 2176. e 1337. LL. CC.

(i) *Extat in L. 185. ff. de reg. jur.*

831. Impossibilia pro non adjectis habentur (a).
832. Improbus non est, qui ignorat, quantum solvere debet (b).
833. Impuberes nihil posse, vel scire intelliguntur (c).
834. Impuberes non possunt suscipere officia civilia (d).
835. Impunita maleficia esse non debent (e): impunitas continuum affectum tribuit delinquendi (f).
836. Imputari mihi non debet, quod per me non stat (g); secus si per me stat (h).
837. In alternativis sufficit alterum impleri (i), et electio est debitoris (k).

---

ubi sic. — Impossibilium nulla obligatio est (3).

Et in L. 135. ff. eod. ubi sic. — Ea, quae dari impossibilia sunt, vel quae in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

Fluunt hae regulae ex L. 35. et 69. ff. de verb. oblig.

(4) Argom. dell'art. 1125. LL. CC.

(k) *Argum. L. 23. §. fin. ff. ad leg. Aquil. Vide L. 35 ff. de r. j.*

(a) *Vide d. L. 135. ff. de reg. jur. Aphor. 830.* (1)

(1) Concorda con l'art. 816. LL. CC.

(b) *Extat in L. 99. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debet.

(c) *Extat in L. 10. ff. de jur. et fact. ign. ubi sic.* — Impuberes sine tutore agentes nihil posse scire intelliguntur (2).

(2) Vedi l'art. 1078 LL. CC. ove i minori sono incapaci a contrattare ne' casi espressi dalla legge.

(d) *Extat in L. 2. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

(e) *Fluit ex L. 51. §. 2. circ. med. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Quod si quis absurde a nobis haec constitui putaverit, cogitet longe absurdius constitui, neutrum lege Aquilia teneri, aut alterum potius; cum neque impunita maleficia esse oporteat (3).

Et ex L. 18. ff. 1. ff. de judiciis, et ex L. 14 C. de poenis.

(3) Concorda con l'art. 1. Leg. pen.

(f) *Argum. leg. 20. in fin. Cod. de furtis.*

(g) *Fluit ex L. 5. §. 5. circ. fin. ff. quando dies legat. ubi sic.* — Sed si ita mihi legatum sit, si Sejam uxorem duxero, nec ea velit nubere: dicendum erit, diem legati cedere, quod per me non stat, quominus paream conditioni, sed per alium stat, quominus impleatur conditio (4).

Vide L. 7. C. de his quib. ut indign.

(4) Concorda con gli art. 1101. e 1102. LL. CC.

(h) *Argum. a contrar. cit. leg. 5. §. 5. ff. quand. dies legat.* (5).

(5) Concorda in senso opposto con i citati art. 1101. e 1102. LL. CC. e con l'art. 1131. d. LL.

(i) *Extat in L. 78. ff. de condit. et demon. ubi sic.* — Cum pupillus, aut tutor ejus conditionem in personam pupilli collatam impedit, tam legati, quam libertatis, jure communi, conditio impleta esse videtur §. 1. Disjunctivo modo conditionibus adscriptis, alteram defecisse non oberit, altera vel postea impleta; nec interest, in potestate fuerint accipientis conditiones, an in eventum collatae (6).

Extat in L. 110. ff. de reg. jur. §. 3. ubi sic. — Ubi verba conjuncta non sint, sufficit alterutram esse factum.

Fluit haec regula ex d. L. 78. ff. de

838. In ambiguis spectanda mens proferentis (a).

839. In ambiguis sequimur, quod rei aptius est (b).

840. In ambiguis orationibus ea fit interpretatio, qua actus valeat, non corruat (c) et quod utilius sit (d), et quae vitio careat, cum voluntas legis ex eo colligi possit (e).

841. In beneficiis largissima fit interpretatio (f).

842. In bonis nostris est dominium, jus superficiarium, et actiones (g).

---

condit. et demonstr. L. 10. in fin. ff. de jur. dot. L. 5. ff. de condit. instit. L. 13. §. 5. ff. de reb. dub. L. 44. §. 3. f. de obl. et act. L. 129. in fin. ff. de verb. obl. L. 13. in princ. ff. judicat. solvi.

(6) Concorda con l'art. 1142. LL. CC.

(h) *Extat in L. 10. §. 6. in fine, ubi sic.* — Nam et cum illa, aut illa res promittitur, rei electio est utram praestet. (7)
Vide L. 34. §. 6. ff. de jurejur. L. 5. §. 1. ff. depos. L. 34. §. 6. ff. de contr. emption. L. 7. §. 5. ff. de don. int. vir. et ux. L. 6. §. 1. ff. de jur. patron. L. 10. C. de condict. indeb. Excipe L. 2. §. 3. ff. de eo, quod cert. loco. L. 23. ff. de legat. 3.

(7) Concorda con l'art. 1143. LL. CC.

(a) *Extat in L. 96. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In ambiguis orationibus maxime sententia est ejus, qui eas protulisset. (1)
Fluit haec regula ex L. 69. §. 1. ff. de legat. 3. L. 18. §. 3. in fin. ff. de instruct. L. 7. in fin. ff. de supell. legat. L. 3. in fin. C. de liber. praet. L. 94. ff. de verb. oblig. L. 9. ff. de praetor. stip. L. ult. §. 1. C. de legib. Excipe L. 39. ff. de pact. L. 21. et 33. ff. de contr. empt. L. 38. §. 18. ff. de verb. obl.
Vide supra — Aphor. 104.

(1) Concorda con l'art. 1109. LL. CC.

(b) *Extat in L. 67. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quae rei gerendae aptior est (2).
Fluit haec regula ex L. 80. ff. de verb. oblig. L. 15. §. 4. ff. locati. L. 6. ff. de praescript. verb. L. 4. ff. de usuris.

(2) Concorda con l'art. 1111. LL. CC.

(c) *Extat in L. 12. ff. de reb. dub. ubi sic.* — Quotiens in actionibus, aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat (3).
Vide L. 21. ff. eod. L. 16. in fin. princ. ff. ad SC. Trebell. L. 100. in princ. ff. de legat. 1.

(3) Concorda con l'art. 1110. LL. CC.

(d) *Extat in L. 66. ff. de judiciis. ubi sic.* — Si quis intentione ambigua, vel oratione usus sit, id quod utilius est, accipiendum est.
Vide L. 83. §. 1. ff. de verb. obl. L. 39. ff. de pact. L. 38. §. 18. ff. de verb. oblig.

(e) *Extat in L. 19. ff. de legib. ubi sic.* — In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret: praesertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit (4).
Vide L. 3. et. 11. ff. de reb. dub. L. 18. ff. de legib.

(4) Cit. art. 1110. LL. CC.

(f) *Vide supra — Aphor. 150.*

(g) *Extat in L. 49. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Bonorum appellatio, aut naturalis, aut civilis est: Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt; beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solum, quae dominii nostri sunt, sed et si bona fide a nobis possideantur, vel superficiaria sint. Aeque bonis adnumerabitur etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus: nam haec omnia in bonis esse videntur (5).
Vide L. 5. ff. pro derelicto. L. 52. ff. de adquir. rer. dom. L. 21. ff. de verb. sign.

(5) Concorda cogli art. 439. e 452. LL. CC.

843. Incapaces sunt testari masculi ante annum quartum decimum: faeminae ante annum duodecimum expletum (a).
844. Incaeptum opus causa reipublicae perficiendum est (b).
845. Incendia vix sine culpa (c).
846. Incertae personae non videtur relictum, quod pauperibus relictum est (d).
847. Incertitudo vitiat actum (e) et impedit condemnationem (f).
848. Incivile est nisi tota lege perspecta, una ejus particula proposita judicare, et respondere (g).
849. Inclusio unius est exclusio alterius et viceversa (h).

(a) *Extat in L. 5. ff. qui testam. facer. poss. in princ. ubi sic.* — A qua aetate testamentum vel masculi, vel faeminae facere possunt, videamus? Verius est in masculis quidem quartum decimum annum spectandum, in faeminis vero duodecimum completum (1).

Vide L. 19. ff. eod. §. 1. Instit. quib. non est perm. fac. test. L. 4. C. hoc. tit. L. 1. §. 8. ff. de bonor. poss. secundum tab. L. 2. C. quando provocar.

(1) Vedi l'art. 819. LL. CC. ove il minore che non è giunto agli anni 16 non può disporre.
Vedi anche l'art. 820. d. LL. ove il minore pervenuto all'età di anni 16. potrà disporre per testamento sino alla metà solamente de'beni, che la legge permette di disporre al maggiore meno a aver del suo tutore art. 823. ivi.

(b) *Fluit ex L. 3. in princ. ff. de pollicit. ubi sic.* — Pactum est duorum consensus, atque conventio: pollicitatio vero offerentis solius promissum, et ideo illud est constitutum, ut si ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debitum exigatur, sed et caeptum opus, licet non ob honorem promissum, perficere promissor eo cogetur, et est constitutum.
Et in L. 1. §. 2. ff. eod. ubi sic. — Item si sine causa promiserit, (*opus Reip. causa*) caeperit tamen facere, obligatus est, qui caepit.

(c) *Fluit ex L. 3. §. 1. circ. med. ff. de off. Praef. vigilum. ubi sic.*—Et quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium; aut frustribus castigat eos, qui negligentius ignem habuerunt, aut severa interlocutione comminatus, fustium costigationem remittit(2).
Vide L. 11. ff. de per. et com. rei vend.

(2) Vedi gli art. 437. a 441. Leg. pen. ove è punito l'incendio, quando è volontario.

(d) *Extat in L. 24. Cod. de Episc. et cler. ubi sic.* — Id, quod pauperibus testamento res codicillis relinquitur, non ut incertis personis relictum evanescat, sed omnibus modis ratum, firmumque consistat.
Vide L. 28. et 49. §. 1. Cod. eod.

(e) *Fluit ex L. 30. ff. de testam. tutela ubi sic.* — Duo sunt Titii, pater, et filius: datus est tutor Titius, nec appareat, de quo sensit testator. Quaero, quid sit juris? Respondit, is datus est, quem dare se testator sensit; si id non apparet, non jus deficit, sed probatio. Igitur neuter est tutor. (3).
Vide L. 20. in princ. ff. eod. L. 5. §. 5. ff. de rei vind.

(3) Vedi la nota al n. 571. Concorda in materia di obbligazione con l'art. 1083. LL. CC.

(f) *Extat in cit. leg. 5. §. 5. ff. de rei vind. ubi sic.* — Si plures sint ejusdem nominis servi, puta plures Erotes, nec appareat, de quo actum sit, Pomponius dicit nullam fieri condemnationem. (4)

(4) Concorda in materia di oggetto litigioso con gli art. 221. e 641. L. pr. civ.

(g) *Extat in L. 24. ff. de legib. ubi sic.* — Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua ejus particula proposita, judicare vel respondere.

(h) *Fluit ex L. 12. in princ. ff. de ju-*

850. Incola parere debet magistratui, apud quem incola est, et etiam suo (a).

851. In confitentes nullae sunt judicandi partes (b).

852. In continenti pacta stipulationi inesse creduntur (c).

853. In contractibus spectanda illa tria naturalia, substantialia, accidentalia (d).

854. In contractibus innominatis locus est poenitentiae (e).

855. In conventionibus voluntas partium potius sequenda, quam verba (f).

856. In conventionibus partes dant formam contractui (g).

857. Indefinitus sermo aequipollct universali (h). Indicia certa aequivalent fidei instrumentorum (i).

---

diciis ubi sic. — Cum Praetor unum ex pluribus judicare vetat, caeteris id committere videtur.

(a) *Extat in L. 29. ff. ad Municip. ubi sic.* — Incola et his magistratibus parere debet, apud quos incola est, et illis, apud quos civis est: nec tantum municipali jurisdictioni in utroque municipio subjectus est, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.

Vide L. 3. in princ. ff. de munerib. L. 1. C. de municipib.

(b) *Extat in L. 25. §. 2. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Notandum, quod in hac actione, quae adversus confitentem datur, judex non rei judicandae, sed aestimandae datur: nam nullae partes sunt judicandi in confitentes. (1)

(1) Concorda con l'art. 1310. LL. CC.

(c) *Extat in L. 40. circ. med. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Dicebam, quia pacta in continenti facta stipulationi inesse creduntur (2).

(2) Arg. dall' art. 1274. LL. CC. ove un atto autentico, o privato fa pruova fra le parti anche delle cose espresse in termini enunciativi, purchè l' enunciativa abbia un diretto rapporto colla disposizione.

(d) *Ex communi DD. sententia. Vide Vin. Instit. §. 1. quib. mod. contrah. oblig.*

(e) *Fluit ex L. 5. §. 2. ff. de condict. causa data ubi sic.* — Item si quis dederit Titio decem, ut servum emat, et manumittat, deinde poeniteat: si quidem non dum emptus est, poenitentia dabit condictionem, si hoc ei manifestum fecerit; ne si postea emat damno adficietur. (3)

(3) Vedi gli art. 1090. e 1096. e 1099. LL. CC. ove le obbligazioni di dare, e di fare, o di non fare danno luogo al risarcimento de'danni, ed interessi in caso d'inadempimento da parte del debitore: nulla dicesi su la penitenza del creditore, quindi vale la regola dell' art. 1088 d. LL. ove le convenzioni han forza di legge fra le parti, ne' possono rivocarsi, se non per loro scambievole consenso, o per le cause, che la legge autorizza.

(f) *Extat in L. 219. ff. de verb. sign. ubi sic.* — In conventionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placuit (4).

(4) Concorda con l'art. 1109. LL. CC.

(g) *Extat in L. 52. ff. de verb. obl. ubi sic.* — In conventionalibus stipulationibus contractui formam contrahentes dant (5).

Vide L. 1. §. 6. ff. depos. L. 23. ff. de reg. jur. L. 43. ff. de pact. Nov. 136. C. 1.

(5) Concorda con l'art. 1088. LL. CC.

(h) *Argum. leg. 44. ff. de legat. 2.*

(i) *Vide infra — Aphor. n. 995.*

858. Indignus inferiori ordine ad superiorem non admittitur (a).

859. Indirecte prohiberi etiam videtur, quod directe prohibitum est (b).

860. Indivisa res communis est (c). Donari potest pro sua parte (d). Vendi potest non socio tantum, sed etiam extraneo (e).

861. Indivisibilia debentur ab haeredibus in solidum (f).

862. In dubiis sermonibus, quod volumus, sequimur (g). In dubiis interpretatio fit contra stipulatorem, et in favorem stipulantis (h). In dubiis benignior sententia est praeferenda (i).

(a) *Extat in L. 4. ff. de Senator. ubi sic.* — Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore.

Vide L. 5. in fin. ff. de serv. export.

(b) *Argumento leg. 20. C. de donat. inter vir. et uxor.*

(c) *Extat in L. 5. §. 16. ff. de reb. eor, qui sub tut. ubi sic.* — Communia praedia accipere debemus si pro indiviso communia sint. etc. (1)

(1) Argum. dagli art. 734. e 735. LL. CC.

(d) *Extat in L. 12. C. de donat. ubi sic.* — Portionem propriam, rebus nondum divisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre.

Vide L. 3. C. de commun. rer. alien. L. 16. C. de jur. dot. excipe. L. 1. in fin. C. commun. divid.

(e) *Extat in L. 3. C. de comm. rer. alienat. ubi sic.* — Falso tibi persuasum est, communis praedii portionem pro indiviso, antequam communi dividundo judicium dictetur, tantum socio, non etiam extraneo posse distrahi. (2)

Vide L. 12. C. de donat. L. 1. C. de comm. divid.

(2) Argum. dagli art. 697. e 760 LL. CC.

(f) *Extat in L. 192. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ea, quae in partes dividi non possunt, solida a singulis haeredibus debentur. (3)

Haec regula fluit. ex L. 17. ff. de servit. L. 11. §. 24. ff. de legat. 3. L. ult. ff. de servitute legat. L. 2. §. 2. ff. de verb. oblig.

(3) Concorda con gli art. 1174. e 1176. LL. CC.

(g) *Extat in L. 3. ff. de reb. dub. ubi sic.* — In ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed id duntaxat, quod voluntas; itaque, qui aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur (4).

Vide supra—Aphor. 100.

(4) Concorda con l'art. 1109. LL. CC.

(h) *Extat in L. 26. ff. de reb. dub. ubi sic.* — Cum quaeritur in stipulatione quid acti sit, ambiguitas contra stipulatorem est.

Et in L. 38. §. 18. ff. de verb. obl. ubi sic. — Stipulationibus cum quaeritur quid actum est, contra stipolatorem interpretanda sunt (5).

Vide L. 99. ff. eod. L. 39. ff. de pact. L. 21. 33. ff. de contrah. empt. L. 57. ff. de act. vend.

Vide supra — Aphor. 102.

(5) Concorda con l'art. 1115. LL. CC.

(i) *Extat in L. 192. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus justius est, quam tutius.

Et in L. 56. ff. eod. ubi sic. — Semper in dubiis benigniora praeferenda sunt.

Et in L. 168. in princ. ff. eod. ubi sic — Rapienda occasio est, quae praebet benignius responsum (6).

Fluunt hae regulae ex L. 10. §. 1. ff. de reb. dub. L. 32. ff. de poenis.

(6) Concorda col cit. art. 1115. e 1089. LL. CC. ed in materia penale con gli art. 290, 291. Leg. di proc. pen.

863. Indulgentia liberans reos, eos notat (a).
864. Infans dicitur minor septem annis (b): infans tuetur innocentia(c).
865. In favoribus, et liberationibus largissima fit interpetratio (d).
866. Infirmitati, non calliditati cunsultum est (e).
867. Infirmitas aliquem excusat (f).
868. In fraudem legis facit, qui salvis legis verbis ejus sententiam circumvenit (g).
869. Ingratus filius redigitur in potestate parentum (h).
870. In iis, quae contra rationem juris introducta sunt, juris regulam sequi non possumus (i).
871. Iniquum est in re propria alieni licentiam tribuere sententiae (k).

(a) *Extat in L. 3. Cod. de gener. abolit. ubi sic.* — Indulgentia, Patres Conscripti, quos liberat, notat; nec infamiam criminis tollit; sed poenae gratiam facit. (1)
Vide L. 7. C. de sent. pass. L. 17. ff. ad SC. Turpill. L. 1. §. 10. in fin. ff. de postul.

(1) Concorda con gli art. 89. e 90 leg. pen. eccettuato il caso, in cui una disposizione sovrana cancelli un azione dalla classe de'reati, e ne abolisce per regola generale la pena art. 91. d. LL.

(b) *Extat in L. 18. in princ. C. de jur. delib. ubi sic.* — Si infanti, id est minori septem annis etc. (2)

(2) Vedi l'art. 64. leg. pen. ove i fanciulli sono considerati tali sino agli anni 9.

(c) *Vide supra — Aphor. 61.*
Vide L. 12. ff. ad L. Corn. de Sic.

(d) *Extat in L. 47. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Ariauus ait, multum interesse, quaeras, utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur? Ubi de obligando quaeritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem ad negandum. Ubi de liberando ex diverso, ut facilior sit ad liberationem (3)

Vide L. 38. in princ. ff. de re jud. L. 99. ff. de verb. obl. L. 5. in princ. ff. de poenis.

(3) Concorda con gli art. 290, e 291. leg. di proc. penale.

(e) *Fluit ex L. 5. C. ad SC. Vellejan. ubi sic.* — Si sine voluntate tua res tuae a marito tuo pignori datae sunt, non tenentur. Quod si consensisti obligationi, sciente creditrice, auxilio Senatusconsulti uti potes. Quod si patientiam praestitisti, ut quasi suas res maritus obligaret, decipere voluisti mutuam pecuniam dantem, et ideo tibi non succurretur Senatusconsulti quo infirmitati, non calliditati mulierum consultum est (4).

(4) Concorda con gli art. 1264. e 1266. LL.CC.

(f) *Argum. leg. 2. §. 3. ff. Si quis caut.*

(g) *Extat in L. 29. ff. de legib. ubi sic.* — Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet; in fraudem vero, qui salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenit.
Vide L. 5. Cod. de legib.

(h) *Extat in L. 1. C. de ingratis liberis, ubi sic.* — Filios, et filias, caeterosque liberos contumaces, qui parentes vel acerbitate convicii, vel cujuscumque atrocis injuriae dolore pulsassent, leges emancipatione rescissa damno libertatis immeritae multari voluerunt.

(i) *Extat in L. 15. ff. de legib. ubi sic.* — In his, quae contra rationem juris introducta sunt, non possumus sequi regulam juris.

(k) *Extat in L. unic. Ne quis in sua causa. ubi sic.* — Generali lege decernimus, neminem sibi esse judicem, vel jus sibi dicere debere: In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiae (5).

(5) Vedi l'art. 181. L. proc. civ. ove i giudici possono trattare in qualsivoglia Tribunale le loro cause personali, quelle delle loro mogli, de' loro consanguinei o affini in linea retta, e quelle de' loro pupilli.

872. Initium contractus spectandum est (a).

873. Initium bonum est spectandum (b): sufficit bene coepisse, licet nullus effectus sit secutus (c).

874. In judiciis poenalibus fere aetati, et imprudentiae succurritur (d).

875. In judiciis debet servari aequalitas (e).

876. In judicio quasi contrahitur (f).

877. In judiciis interesse possunt ii, quorum interest (g).

878. In judiciis communibus tota res, non ex parte, spectanda est, ut determinetur jurisdictio (h), et actor est, qui provocat (i).

879. Injuria non fit volenti (k).

880. Injuria remissa recoli non potest (l).

(a) *Extat in L. 12. ff. de SC. Macedon. ubi sic.* — Si tantum sciente patre, creditum sit filio, dicendum est, cessare Senatusconsultum. Sed si jusserit pater filio credi, deinde interrogante creditore mutaverit voluntatem, locus Senatusconsulto non erit, quoniam initium contractus spectandum est.

Vide L. 1. §. 13. §. 30 ff. depos. L. 8. in princ. ff. mand. L. 58. §. 2. ff. pro socio. L. 19. ff. de reg. jur.

Vide supra. — Aphor. 291.

(b) *Argum. L. 9. ff. de neg. gest. §. 12. Instit. de usucap. L. unic. de usurp. transfer.*

(c) *Extat in L 105. §. 1. ff. de neg. gest. ubi sic.* — Is autem, qui negotiorum gestorum agit, non solum si effectum habuit negotium, quod gessit, actione ista utetur: sed sufficit, si utiliter gessit, etsi effectum non habuit negotium etc.

Vide L. 17. in princ. ff. de in rem vers. L. 56. in fin. ff. mand.

(d) *Extat in L. 108. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Fere in omnibus poenalibus judiciis et aetati, et imprudentiae succurritur.

Fluit regula ex L. 5. §. 2. ff. ad leg. Aquil. L. 23. ff. de furt. L. 38. §. 7. ff. ad Leg. Iul. de adult. L. 12. ff. ad leg. Corn. de sicar. L. 6. in princ. ff. ad leg. Iul. peculat. L. 16. §. 3. in fin. ff. de poenis. L. 1. in fin. de fals. monet. L. 7. §. 4. ff. de jurisd. L. 5. §. 4. ff. de obl. et act. L. ult. ff. de extraord. cognit.

Vide tamen supra Aph. 61.

(e) *Argum. leg. 4. et 5. C. de fruct. et lit. exp.*

(f) *Argom. legis 11. §. 9. ff. de interrog. Vide L. 3. §. 11. ff. de pecul.* (1).

Vide etiam infra. — Aph. 938.

(1) Concorda per arg. con l'art. 1310. LL. CC.

(g) *Vide L. 29 in princ. ff. de haered petit. Novell. 112. c. 1. vers. Unde damus* (2).

(2) Concorda con gli art. 433 e 538 leg. pr. civ.

(h) *Extat in L. 11. §. ult. ff. de jurisd. ubi sic.* — Si una actio communis sit plurium personarum, veluti familiae erciscundae, communi dividundo, finium regundorum: utrum singulae partes spectandae sunt circa jurisdictionem ejus, qui cognoscit; quod Offilio, et Proculo placet: quia unusquisque de parte sua litigat? An potius tota res: quia et tota res in judicium venit, et vel uni adjudicari potest: quod et Cassio, et Pegaso placet? Et sane eorum sententia probabilis est (3).

Vide L. 2. §. 3. fam. ercisc.

(3) Concorda per argom. dall'art. 99. n. 2. L. di pr. civ.

(i) *Extat in L. 13. ff. de judiciis ubi sic.* — In tribus istis judiciis familiae erciscundae, communi dividundo, et finium regundorum, quaeritur quis actor intelligetur, quia par causa omnium videtur? Sed magis placuit eum videri actorem, qui ad judicium provocasset.

Vide L. 29 ff. eod. L. 2. in fin. ff. com. divid.

Vide supra. — Aphor. 35.

(k) *Vide infra — Aphor. 1255.*

(l) *Extat in L. 11. §. 1. ff. de inju-*

881. Injuria atrocior est, si in cospectu magistratus fit (a).

882. Injuriam interdum damnum accipiemus culpa datum ab eo etiam,qui nocere noluit (b).

883. Injuria generaliter dicitur, quod non jure fit; specialiter vero contumelia (c). Fit vel nobis, vel eis, qui nostrae potestati, vel affectui subjecti sunt (d).

884. Injuriarum actio ad haeredem non transit, nisi lite contestata (e).

885. Injuriam non facit, qui publico jure utitur (f).

---

riis. ubi sic. — Injuriarum actio ex bono, et aequo est; et dissimulatione aboletur. Si quis enim injuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non revocaverit; postea ex poenitentia remissam injuriam non poterit recolere etc.

Vide §. *ult. Instit. eod.* (1)

(1) Concorda con l'art. 44. L. di proc. pen.

(a) *Extat in L.* 7. §. 8. *ff. de injur. ubi sic.* — Atrocem autem injuriam, aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri, Labeo ait. Persona atrocior injuria fit, ut cum magistratui, cum parenti, patrono fiat. Tempore, si ludis, et in conspectu. Nam Praetoris in conspectu, an in solitudine injuria facta sit, multum interesse ait: quia atrocior est, quae in conspectu fiat. Re atrocem injuriam haberi Labeo ait, ut puta si vulnus illatum, vel os alicui percussum (2).

Vide §. 9. *Instit. eod.*

(2) Concorda con l'art. 174. L. pen.

(b) *Extat. in L.* 5. §. 1. *circ. med. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Igitur injuriam hic damnum accipiemus culpa datum, etiam ab eo, qui nocere noluit. (3).

Vide L. 1. *in princ. ff. de injur.*

(3) Concorda con l'art. 1337. LL. CC.

(c) *Extat in L.* 1. *in princ. ff. de injur. ubi sic.* Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat: Omne enim, quod non jure fit, injuria fieri dicitur. Hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia (4). Interdum injuriae appellatione damnum culpa datum significatur; ut in lege Aquilia dicere solemus etc.

Vide Instit. h. t. in princ.

(4) Concorda con l' art. 365. L. pen.

(d) *Extat in L.* 1. §. 3. *ff. de injur. ubi sic.* Item aut per semetipsum alicui fit injuria, aut per alias personas: per semet, cum directe ipsi, cui patrifamilias, vel matrifamilias fit injuria. Per alias, cum per consequentias fit; cum fit liberis meis, vel uxori, nuruive: spectat enim ad nos injuria, quae his fit, qui velpotestati nostrae, vel affectui subjecti sint (5).

Vide L. 18. *in fin*, *L.* 41. *ff. eod.* §. 2. *et* 3. *Instit. eod.*, *L.* 2. *C. eod.*

Vide quomodo, et quando fit. injuria; toto tit. ff. de injur.

(5) Concorda per argomento dell' art. 378. L. pen.

(e) *Extat in L.* 13. *in princ. ff. de injur ubi sic.* — Injuriarum actio neque haeredi, (6) neque in haeredem (7) datur. Idem est, et si in servum meum injuria facta sit: nam nec hic haeredi meo injuriarum actio datur. Semel autem lite contestata hanc actionem etiam ad successores pertinere.

Vide L. 14. *ff. eod. L.* 10. §. *ult. ff. si quis caution. L.* 32. *in princ. ff. de leg. Falc. L.* 1. §. 1. *in fin. de privat. delict.* §. 1. *Instit. de perpet. et tempor. act. L. unic. C. ex delict. defunct. L. ult. in fin. Cod. de revoc. don. L.* 28. *ff. de injur.*

(6) Vedi l'art. 37. L. di proc. pen. ove l'istanza per l'azion penale può esser prodotta, e rinovata dall'erede.

(7) Concorda con l'art. 1. L. pen.

(f) *Extat in L.* 13. §. 1. *ff. de injur. ubi sic.* — Is, qui jure publico utitur, non videtur injuriae faciendae causa hoc facere: juris enim executio non habet injuriam.

886. Injuria non est, quod ex officio facit magistratus (a).
887. Injuria affici non debet innocua posteritas (b).
888. In liberando debitore pactum dubium ejus favore interpretatur (c).
889. In lucro durior causa petitoris (d).
890. In mutuis positionibus minor majorem sequitur (e).
891. In nostris, quae obligavimus, dominium exercemus (f).
892. In obligationibus faciendi succedit obligatio in id, quod interest (g).
893. In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, quod plerumque fieri solet: quod minimum est; et favendum repetioni potius, quam lucro (h).

Vide §. 6. *dictae legis.*

(a) *Extat in L.* 13. §. 6. *ff. de injur. ubi sic.* — Quae jure potestatis a magistratu fiunt, ad injuriarum actionem non pertinent.

Vide L. 1. §. 1. *ff. eod. Limita ex L.* 32. *ff. eod.*

(b) *Extat in L.* 10. *circ. fin. C. de secund. nupt. ubi sic.* — Sed quemadmodum genitoribus provvidemus, ita et innocuam posteritatem nullis affici injuriis patimur. etc.

(c) *Vide supra. — Aphor.* 865.

(d) *Extat in L.* 33. *ff. de reg. jur. ubi sic.* — In eo, quod vel is, qui petit, vel is, a quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris.

Et in L. 126. *in fin. L.* 128. 154. *ff. eod.*

Fluunt regulae ex L. 15. *in fin. C. de rei vindic. vide tamen. L.* 98. *ff. de r. j.*

(e) *Extat in L.* 11. §. 1. *ff. de jurisd. omn. jud. ubi sic.* — Sed et si mutuae sunt actiones, et alter minorem quantitatem, alter majorem petat: apud eumdem judicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit, ne in potestate calumnio-a adversarii mei sit, an apud eumdem litigare possim.

Vide L. 1. *C. rer. amotar. L.* 22. *ff. de judic. et tit. ff. de quib. ad eund. jud. mat. Vide Aphor.* 970.

(f) *Fluit ex L.* 205. *ff. de reg. jur. ubi sic.* — Plerumque fit, ut etiam ea, quae nobis abire possint, proinde in eodem statu sunt, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent; et ideo, quod fisco obligamus, et vindicare interdum, et alienare, et servitutem in praedio imponere possumus.

Fluit regula ex L. 66. *ff. de rei vind.*

(g) *Extat in L.* 13. *infra. ff. de re judicata ubi sic.* — Si quis ab alio decem, ab alio satisdari stipulatus est: aestimandum erit, quantum stipulatoris intersit satisdari: Idque aut tantumdem erit, aut minus, aut interdum etiam nihil. Neque enim vani timoris ulla aestimatio est. Verum sorte soluta, nullum jam praetium aestimationis est: aut quantum ex sorte fuerit solutum; tantumdem ex aestimatione decedet. §. 1. Si quis promiserit prohibere se, ut aliquod damnum stipulator patiatur, et faciat: neque ex ea re damnum stipulator patietur, et faciat; (ita habeatur) facit, quod promisit; si minus, quia non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur: sicut evenit in omnibus faciendi obligationibus (2).

Vide L. 113. §. 1. *L.* 114. *ff. de verb. obl.*

(2) Concorda con gli art. 1096. 1100. 1101. LL. CC.

(h) *Extat in L* 9. *ff. de reg jur ubi sic.* — Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.

Et in L. 114. *ff. de reg. jur. ubi sic.*

894. In officio mariti uxor esse debet (a).
895. In optionibus, cum semel haeres dixerit utrum dare, mutare suam sententiam non potest (b).
896. In pari delicto melior est causa possessoris (c).
897. In pari jure jus prohibendi praevalet (d).
898. In pari causa melior est conditio possidentis (e).
899. In poenalibus causis benignior interpretatio facienda (f).
900. In permutatione discerni non potest uter venditor sit. (g)
901. In petitione rei inest petitio fructuum; hinc etsi non petiti officio judicis taxantur (h).

In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet (3).

Et in L. 41. §. 1. ff. eod ubi sic. In re obscura melius est favore repetioni, quam adventitio lucro.

Vide L. 34. in fin., L. 200. ff. eod.

(3) Concorda con l'art. 1112. LL. CC.

Fluunt hae regulae ex L. 14 in fin., L. 39. §. 6. de legat. 1., L. 43. in fin. ff. de legat. 2., L. 29. §. 1. L. 75. ff. de legat. 3. L. 83. §. 3. L. 109. ff. de verb. obl. in L. 13. in fin. ff qui potior in pign., L. 12. ff. de probat., L. 21. in fin. ff. de testib., L. 25. ff. de condit. et demonstr. L. 122. in fin. ff. de verb. sign. L. 11. §. 6. ff. de minor., L. 14. §. 1. in fin. ff. de relig., L. ult. §. 5. C. de jur. delib.

(a) *Extat in L. 48. in princ. ff. de bonis libert. ubi sic.* — Sicut patronus, ita etiam patroni filius, et nepos, et pronepos, qui libertae nuptiis consensit, operarum exactionem amittit; nam haec, cujus matrimonio consensit, in officio mariti esse debet.

(b) *Argum. leg. 81. in princ. ff. de legat. 1.* (1).

(1) Concorda con l'art. 976. LL. CC.

(c) *Extat in L. 154. ff. de r. j. ubi sic.* — Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, et melior habetur possessoris causa, sicut fit, cum de dolo excipitur petitionis: neque enim datur talis replicatio petitori, aut si rei quoque in ea re dolo actum sit.

Vide etiam L. 33. 128. ff. eod.

Fluit regula ex L. 36. ff. de dolo malo, L. 57. in fin. ff. de contrac. empt., L. 4. §. 13. ff. de doli mali, et met. except. L. 91. §. 3 ff. de verb. obl.

(d) *Argum. L. 11. ff. si servit. vindic.*

(e) *Extat in L. 91. §. 3. in fin. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Nam dum quaeritur de damno et par utriusque causa sit, quare non potentior sit, qui teneat, quam qui persequitur?

Et in L. 128. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic. — In pari causa possessor potior haberi debet (2).

Et in L. 126. §. 2. ff. eod. ubi sic. — Cum de lucro duorum quaeratur, melior est causa possidentis.

Fluunt hae regulae ex d. L. 91. §. 3. ff. de verb. obl. L. 5. §. 1. ff. de calumn. L. 9. §. 4. ff. de Publician. L. 5. in fin. ff. si ususfr. petat. L. 8. in fin. ff. de condict. ob turp. caus. L. 2. C. eod. L. 10. ff. de pignor. L. 36. §. 3. in fin. ff. de testam. milit. L. 1. §. 1. ff. uti possid. §. 4. Instit. de interd.

(2) Concorda con l'art. 127. L. di pr. civ.

(f) *Extat in L. 155. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In poenalibus causis benignius interpretandum est.

Fluit regula ex L. 32. et 42. ff. de poenis (3).

(3) Concorda con gli art. 290, e 291. L. di pr. pen. e con l'art. 81. leg. de'29 maggio 1817.

(g) *Extat in L. 1. §. 1. in fin. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Quod in permutatione discerni non potest, uter emptor, uter venditor sit.

(h) *Extat in L. 35. §. 1. ff. de rei vind. ubi sic.* — Ubi autem alienum fundum petii, et judex sententia declarabit meum esse: debet etiam de fructibus possessorem

902. In plure inest minus (a).

903. Inquilinus, vel alius habitator alienae domus repetit, quae in eam fecit (b).

904. In re communi unus nihil facere potest invito altero (c).

905. In reatu constitutus potest bona sua administrare (d).

906. In re dubia melius est verbis Edicti servire (e).

907. In servitutibus minori servientis fundi detrimento spectandum (f).

908. In societatis contractibus fides exuberet (g).

909. In stipulationibus sequimur quod actum est, quod usitatum, quod minimum (h).

---

condemnare: eodem enim errore et de fructibus condemnatorum: non debere enim lucro possessoris cedere fructus, cum victus sit: alioquin, ut Mauricianus ait, nec rem arbitrabitur judex mihi restitui et quare habeat, quod non esset habiturus possessor, si statim possessionem restituisset.

Vide L. 16. ff. de except. rei judic. (4).

(4) Argom. dall'art. 472. LL. CC.

(a) *Extat in L. 110. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In eo, quod plus sit, semper inest minus.

Vide etiam L. 21. et 113. ff. eod.

Fluunt regulae ex L. 27. §. 5. ff. de pact. L. 27. §. 3. in fin. ff. de recept. arb. L. 9. ff. de in lit. jur. L. 9. §. 3. ff. de haer. instit. L. 15. in princ. ff. de legat. 1. L. 3. §. 5. ff. de adim. vel transf. legat. L. 1. §. 4. ff. de verb. oblig.

(b) *Extat in L. 59. ff. de rei vind. ubi sic.* — Habitator in aliena aedificia fenestras, et ostia imposuit; eadem post annum, dominus aedificiorum dempsit: quaero, is, qui imposuerat, posset ne ea vindicare? Respondit, posse: nam quae alienis aedificiis connexa essent, ea quamdiu juncta manerent eorumdem aedificiorum esse: simul atque inde dempta essent, continuo in pristinam causam reverti (1).

Vide L. 43. ff. eod. L. 2. C. h. tit.

(1) Vedi l'art. 480. LL. CC. ove, quando un terzo ha fatte piantagioni, costruzioni, ad opere su di un fondo alieno, ha diritto al rimborso, se il proprietario prescelga di ritenerle ec. ec.

(c) *Extat in L. 28. in princ. ff. de com. divid. ubi sic.* — Sabinus, in re communi neminem dominorum jure facere quicquam, invito altero, posse. Unde manifestum est, prohibendi jus esse: in re enim pari potiorem causam esse prohibentis, constat ec. (2).

Vide tamen L. 6. §. 4. ff. de divis. rer. Vide L. 27. §. 1. ff. de servit. praed. urban.

(2) Concorda con l'art. 583. LL. CC.

(d) *Extat in L. 46. §. 6. ff. de jure fisci. ubi sic.* — In reatu constitutus bona sua administrare potest, eique debitori recte bona fide solvit: (3)

(3) Concorda con gli art. 26 e seguenti LL. CC. e con l'art. 16. e seguenti LL. pen. ove dalla condanna alle pene comincia la privazione de' diritti civili.

(e) *Extat in L. 1. §. 20. circa fin. ff. de excercitoria actione, ubi sic.* — In re igitur dubia melius est verbis Edicti servire.

Vide L. 8. C. de judic. L. 11. §. 2. ff. de excus. tut. L. 12. §. 1. ff. qui et a quib. manumiss.

(f) *Argumento legis 9. ff. de servitutibus.*

(g) *Vide infra. — Aphor. 1794.*

(h) *Extat in L. 34. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Semper in stipulationibus, et in caeteris contractibus id sequimur, quod actum est; aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequatur, quod in regione, in qua actum est, fre-

910. In stipulationibus spectatur tempus, quo contrahitur (a).

911. In stipulatione praepostera dies cedit statim, sed venit adveniente die, vel post eventum conditionis (b).

912. In stipulationibus quod palam verbis non exprimitur, illud pro omisso habendum (c).

913. Institutio haeredis collata in alienum arbitrium nulla est (d). Institutio, et substitutio non habent locum in codicillis (e).

914. Institutio captatoria nulla est (f).

915. Institutio incerti haeredis non valet (g).

---

quentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum est, redigenda summa est.

Vide etiam L. 9. ff. eod.

Fluit regula ex L. 3. ff. de reb. cred. L. 6. §. 1. ff. de contrah. empt. L. 45. in princ. L. 52. in princ. ff. de verb. obl. L. 219. ff. de verb. sign. L. ult. C. quae res pignor. L. 1. L. 3. L. 4. C. plus valere quod agitur. L. 31. §. 2. ff. de Ædititio Edicto. L. 6. ff. de evict. L. 1. in princ. ff. de usur. L. 3. in fin. ff. de testib. L. 1. in fin. ff. de inspic. ventre L. 21. §. 1. in fin. ff. qui testam. L. 50. in fin. ff. de legat. 1. L. 18. §. 3. ff. de instructo. L. 37. ff. de legib.

Vide supra — Aphor. 293.

(a) *Extat in L. 18. in fin. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Si filius familias sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit, quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

Vide supra — Aphor. 291. et 873. (1)

(1) Concorda con gli art. 1104. e 1209. LL. CC.

(b) *Extat in L. 25. C. de testam. ubi sic.* — Praeposteri reprehensionem, quam Novella Constitutio Divi Leonis in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus, quam testamentis tollimus: ut tali exceptione cessante, et stipulatio, et alii contractus, et testatoris voluntas indubitate valeant: exactione videlicet post conditionem, vel diem competente.

Vide §. 13. et 14. Instit. de inut. stipul. L. 6. ff. de verb. oblig.

(c) *Extat in L. 99. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Quidquid adstringendae obligationis est, id nisi palam verbis exprimitur, omissum intelligendum est, ac fere secundum promissorem interpretamur, quia stipulatori liberum fuit verba late concipere (2).

Vide L. 38. §. 18. ff. eod. L. 28. ff. de reb. dub. L. 47. ff. de obl. et act. L. 29. ff. de pactis.

(2) Concorda con l'art. 1115. LL. CC. salva la estenzione de'casi non espressi, ai quali per legge suol estendersi la obbligazione art. 1117. LL. CC.

(d) *Extat in L. 32. in princ. ff. de haered. instit. ubi sic.* — Illa institutio, quos Titius voluit, ideo vitiosa est, quod alieno arbitrio permissa est: nam satis constanter veteres decreverunt, testamentorum jura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere.

(e) *Extat in L. 7. C. de codicill. ubi sic.* — Si idem codicilli, quod testamenta possent, cur diversum his instrumentis vocabulum mandaretur, quae vis, ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi, ac substituendi potestas juris anctoritate data non est.

Vide L. 2. C. eod. L. 13. in fin. ff. de jur. codicill. L. 14. C. de testam.

(f) *Extat in L. 64. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Captatoriae scripturae simili modo, neque in haereditatibus, neque in legatis valent.

Et in L. 70 ff. de haered. instit. ubi sic. — Captatorias institutiones non eas Senatus improbavit, quae mutuis affectionibus judicia provocaverunt, sed quarum conditio confertur ad secretum alienae voluntatis.

Vide L. 11. C. de testam. milit.

(g) *Extat in L. 62. §. 1. ff. de haered.*

916. Institutio ejus, quem non novit testator, valet (a).

917. Instrumenta habent praesumptionem juris tantum veritatis (b), et solemnitatis (c): instrumenta, et testes eamdem vim obtinent in judiciis (d)

918. Instrumenti praefationes in subsequenti stipulatione repetitae intelliguntur (e).

919. Instrumento non perfecto obligatio non nascitur, et nihil actum esse intelligitur (f).

920. In summa majori inest minor (g).

921. Interdicta personalia sunt, licet in rem concepta (h). Fructus in

---

instit. ubi sic. — Quoties non apparet, quis haeres institutus eo sit, institutio non valet, quippe evenire potest, si testator complures amicos eodem nomine habeat, et ad designationem nominis singulari nomine utatur: nisi ex aliis apertissimis probationibus fuerit revelatum, pro qua persona testator senserit.

Vide L. 73. §. 3. ff. de reg. jur.

(a) *Extat in L. 11. C. de haered. instit. ubi sic.* — Extraneum etiam penitus ignotum haeredem quis instituere potest.

Vide §. ult. Instit. de haer. instituendis.

(b) *Fluit ex §. 12. Instit. de inut. stip. ubi sic.* — Item verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus praestabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus, et non praesentes fuisse vel se, vel adversarios suos contendentibus: ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Caesarienses advocatos scripsimus, per quam disposuimus, tales scripturas, quae praesto esse partes indicant, omnino esse credendas: nisi is, qui talibus utitur improbis allegationibus manifestissimis probationibus vel per scripturam, vel per testes idoneos adprobaverit, toto eo die, quo conficiebatur instrumentum, sese, vel adversarium suum in aliis locis fuisse.

Vide L. 14. C. de contrah. empt. (1)

(1) Vedi l'art. 1273. LL. CC. ove l'atto autentico fa piena fede della convenzione, che racchiude.

(c) *Vide ibi.*

(d) *Extat in L. 15. C. de fide instrum. ubi sic.* — In exercendis litibus eamdem vim obtinent fides instrumentorum, quam depositiones testium.

Vide L. 1. et 18. C. de testib. L. 14. C. de contrah. et committ. stipulat. L. 10. ff. de probat.

(e) *Extat in L. 134. §. 1. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Idem respondit, plerumque ea, quae praefationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur: sic tamen, non ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio (2).

Vide L. 4. in fin. ff. de pactis. L. 20. ff. de Ædil. Edict. L. 116. §. 2. ff. de verb. obl. L. 113. §. 4. ff. de legat. 1.

(2) Vedi l'art. 1274. LL. CC. ove le cose espresse in termini enunciativi in un atto autentico, o privato fanno pruova tra le parti, purchè l'enunciativa abbia un diretto rapporto colla disposizione. L'enunciative estranee servono per principio di pruova.

(f) *Vide Vinnium. Instit. de empt. vendit. n. 11.* (3).

(3) Vedi l'art. 1272. LL. CC. e l'art. 29. leg. de'23 dicembre 1819. ove l'atto nullo per difetto di forma vale come scrittura privata, quando sia stato sottoscritto dalle parti.

Vedi anche l'art. 294. L. pr. civ. ove si può ottener copia di un atto notarile rimasto imperfetto.

(g) *Vide infra. — Aphor. 1166.*

(h) *Extat in L. 1. §. 3. ff. de interd. ubi sic.* — Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt.

interdictis veniunt, ex quo edita sunt, non retro (a).

922. Interesse quantum alicui in facto, non in jure consistit (b).

923. Interest reipublicae lites resecare, et concordialiter cives vivere (c).

924. Interest reipublicae, ne sua re quis male utatur (d).

925. Interest nostra animum liberorum nostrorum non corrumpi (e).

926. Interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere (f).

927. Inter famosa judicia summa non distinguit (g).

928. Interpretatio certa habita mutanda non est (h).

929. Interpretatio ambigui sermonis permittitur judici, a quo prolatus summo est (i).

930. Interpretatio fit de iis, quae plerumque accidunt (k).

(a) *Extat in L. 3. ff. de interd. ubi sic.* — In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro.

Vide L. 1. §. 40. ff. de vi, et vi arm. L. 8. §. 4. ff. de precar.

(b) *Extat in L. 24. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quatenus cujus intersit, in facto non in jure consistit. (1)

(1) Concorda con l'art. 1103. LL. CC.

(c) *Extat in §. 1. Instit. de poen. temer. litig. ubi sic.* — Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent; quod et nobis studio est (2).

Vide L. 21. in fin. ff. de reb. cred.

(2) Concorda con gli art. 19 e 20 leg. pr.civ. e con l'art. 32 leg. de' 29 maggio 1817.

(d) *Extat in §. 2. circ. med. Instit. de his, qui sui, ubi sic.*—Expedit enim reipublicae, ne sua re quis male utatur. (3)

Vide tamen L. 25. §. 11. ff. de haer. pet.

(3) Concorda con l'art. 436. LL. CC.

(e) *Extat in L. 14. §. 1. in fin. ff. de servo corrupto ubi sic.* — De filio, filiave familias corruptis huic Edicto locus non est: quia servi corrupti constituta actio est, qui in patrimonio nostro esset, et pauperiorem se factum esse dominus probare potest dignitate, et fama domus integra manente; sed utilis competit officio judicis aextimanda; quoniam interest nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi (4).

(4) Concorda con l'art. 57. leg. di pr. pen. per l'esercizio dell'azion penale, e con l'art. 332. leg. pen. per le pene della provocata corruzione ingiunte ai genitori, tutori, ed altri incaricati della vigilanza, o istruzione de' minori.

(f) *Extat in L. 3. ff. de compensat. ubi sic.* — Ideo compensatio necessaria est, quia interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere.

Vide L. 15. in princ. ff. de fidejussor.

(g) *Extat in L. 104. ff. de reg. jur. ubi sic.*— Si in duabus actionibus alibi summa major; alibi infamia est, praeponenda est causa aestimationis. Ubi autem aequiparant famosa judicia, et si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

Vide L. 7. et 97. ff. de solut.

(h) *Fluit ex L. 21. ff. de legib. ubi sic.* — Et ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, quae certa sunt, subvertuntur.

(i) *Extat in L. 9. ff. de stipulat. Praetoriis. ubi sic.* — In Praetoriis stipulationibus, si ambiguus sermo acciderit, Praetoris erit interpretatio: ejus enim mens aestimanda est.

Vide L. 52. ff. de verb. obl.

(k) *Extat in L. 34, et 5. ff. de legib. in Aphor. 42.*

931. Interpretatio fit de similibus (a).

932. Interpretatio fit de iis, quae tendunt ad eamdem utilitatem (b).

633. Interpretatio fit, ut lex vitio careat, et ejus voluntas servetur (c).

934. Intepretatio fit de priore ad posteriorem legem (d).

935. Interpretatio legis fit secundum consuetudinem (e).

936. Interpretatio congrua esse debet (f), et ducitur ex consequentia verborum (g).

937. Interpretatio legum pubblicae utilitatis causa facienda (h).

938. Interrogatus in judicio respondens ex quasi contractu tenetur (i). Potest variare responsionem (k). Quod vero respondet consonum esse de-

---

(a) *Extat in L. 12 ff. de legib. ubi sic.* — Non possunt omnes articuli sigillatim, aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui jurisdictioni praeest, ad similia procedere, atque ita jus dicere debet.

Vide L. 10. 11. et 26. ff. eod.

(b) *Extat in L. 13. ff. de legib. ubi sic.* — Nam, ut ait Pedius, quotiens lege aliquid unum, vel alterum introductum est, bona occasio est, caetera, quae tendunt ad eamdem utilitatem vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri.

(c) *Extat in L. 19. ff. de legib. ubi sic.* — In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret; praesertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

Vide L. 18. eod.

(d) *Extat in L. 26. ff. de legib. ubi sic.* — Non est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur.

Vide L. 27. ff. eod. et L. ult. ff. de constit. Princip.

(e) *Extat in L. 32. ff. de legib. ubi sic.* — De quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus, et consuetudine inductum est, et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum, et consequens ei est: si nec id quidem appareat, tunc jus, quo urbs Roma, utitur, servari oportet §. 1. Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur ec.

Vide L. 37. ff. eod.

(f) *Extat in L. 20. § 6. in fine. ff. de haeredit. pet. ubi sic.* — Aptanda est igitur nobis singulis verbis Senatusconsulti congruens interpretatio (1).

(1) Argom. dall'art. 1110. e 1307. LL. CC.

(g) *Argum. leg. 14. in fin. C. de haered. instit.* (2)

(2) Concorda con l'art. 1114. LL. CC.

(h) *Fluit ex L. 64. §. 1. ff. de condit. et dem. ubi sic.* — Quod si ita scriptum esset, in Ariciae non nupserit; interesse, an fraus legi facta esset: nam si ea esset, quae alicubi nuptias non facile possit invenire: interpretandum, ipso jure rescindi, quod fraudandae legis gratia esset adscriptum: legem enim utilem Reipublicae, sobolis scilicet procreandae causa latam, adiuvandam interpretatione.

Vide Nov. 39. C. 1.

(i) *Extat in L. 11. §. 9. ff. de interrog. ubi sic.* — Qui interrogatus responderit, sic tenetur, quasi ex contractu obligatus, pro quo pulsabitur, dum ab adversario interrogatur (2) etc.

(2) Concorda virtualmente con gli art. 418. e seguenti L. di pr. civ. poichè la risposta della parte interrogata produce la sua confessione giudiziale.

(k) *Extat in d. L. 11. §. ult. ff. de interrog. ubi sic.* — Celsus scribit, licere responsi poenitere, si nulla captio ex ejus poenitentia sit actoris. Quod verissimum mihi videtur: maxime si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis, vel epistolis amicorum juris sui eductus (3).

(3) Concorda con l'art. 428. leg. pr. civ.

bet juri, et naturae (a). Non debet interrogari de conscientia aliena (b).

939. In testamentis plenius, quam in contractibus, hominum voluntates interpretantur (c).

940. In testamentis ab initio inutilia non convalescunt (d).

941. In toto et pars continetur (e).

942. Invecta, et illata in fundo urbano locato tacita sunt pignora domino (f): in rustico vero quaedam illata, ac fructus sunt tacita pignora (g), et hoc tam pro pensione, quam pro damno illato a conductore (h).

(a) *Extat in L. 14. §. 1. ff. de interrog. ubi sic.* — In totum autem confessiones ita ratae sunt, si id, quod in confessionem venit, et jus, et naturam recipere potest (1).

(1) Concorda con l'art. 427. leg. pr. civ.

(b) *Extat in L. 17. in fin. C. de accusat. ubi sic.* — Cum veteris juris auctoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena.

(c) *Extat in L. 12. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In testamentis plenius voluntates testantium interpetrantur.

Fluit regula ex L. 12. §. 2. ff. de usu, et habit. immo vide L. 75. ff. de legat. 3.

(d) *Extat in L. 210. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto convalere non potest.

Et in L. 201. ff. eod. ubi sic. — Omnia, quae ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio coeperint.

(e) *Extat in L. 113. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In toto, et pars continetur. (2)

Fluit regula ex L. 7. §. 8. ff. de dolo malo. L. 7. §. 14. in fin. ff. quib. ex causis in possess. L. 1. §. 10. ff. ad SC. Turpill.

(2) Argom. dall' art. 2000. LL. CC.

(f) *Extat in L. 4. ff. de pactis in princ. ubi sic.* — Item, quia conventiones, etiam tacite valent, placet in urbanis habitationibus locandis invecta illata pignori esse locatori, etiam si nihil nominatim convenerit. (3)

Et in L. 4. in princ. ff. in quib. causis pignus, ubi sic. — Eo jure utimur, ut, quae in praedia urbana, inducta, illata sunt, pignori esse credantur, quasi id tacite convenerit: in rusticis praediis contra observatur.

Vide L. 4. Cod. eod.

(3) Concorda con l' art. 1971. n. 1. LL. CC.

(g) *Extat in L. 7. ff. in quib. caus. pign. ubi sic.*—In praediis rusticis, fructus, qui ibi nascuntur, tacite intelliguntur pignori esse domino fundi locati, etiam si nominatim id non convenerit (4). §. 1. Videndum est, ne non omnia illata, vel inducta: sed ea sola, quae ut ibi sint, illata fuerint, pignori sint? Quod magis est. (5).

Vide L. 24. §. 1. ff. locat. L. 32. in fin. ff. de pignor.

(4) Concorda con il cit. art. 1971. n. 1. LL. CC.

(5) Concorda con il cit. art. 1971. n. 1. ove si esercita il privilegio del locatore sopra tutto ciò, che serve ad istruire il fondo locato, od alla coltivazione de' fondi.

(h) *Extat in L. 2. ff. in quib. caus. pign. ubi sic.* — Pomponius lib. XIV variarum lectionum scribit: non solum pro pensionibus, sed et si deteriorem habitationem fecerit culpa sua inquilinus, pro nomine ex locato cum eo erit actio, invecta, et illata pignori erunt obligata (6).

Vide L. 5. in fin. ff. ad exhib. L. 6. §. ult. ff. qui potior. in pignor.

(6) Concorda con il cit. art. 1971. n. 1. comme.

943. Invecta et illata per conductorem conductoris, seu ab eo, qui partem fundi subconduxit, sunt tacita pignora domino pro parte, non pro tota mercede (a).

944. Invecta, et illata quandoque non obligantur (b).

945. Inventario omissa supplere possunt per probationes (c).

946. Inviti, et ignorantis melior conditio fieri potest (d).

947. Inviti jure nostro non utimur; seu nemo invitus cogitur suscipere procuratorium (e).

948. Invitis onera non continuantur, nec honores volentibus (f).

949. Invitis liberalitas adquiri non potest (g). Invitis nobis res nostras

---

(a) *Extat in L. 11. §. 5. circ. med. ff. de pignor. act. ubi sic.* — Unde si domum conduxeris, et ejus partem mihi locaveris, egoque locatori tuo pensionem solvero, pignoratitia adversus te potero experiri: nam Iulianus scribit, solvi ei posse; et si partem tibi, partem ei solvero, tantumdem erit dicendum. Plane in eam dumtaxat summam invecta mea, et illata tenebuntur, in quam caenaculum conduxi: non enim credibile est hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulae frivola mea tenerentur. Videtur autem tacite et cum domino aedium hoc convenisse, ut non pactio caenacularii proficiat domino, sed sua propria.
Vide L. 6. C. de locat. (1).

(1) Concorda con il cit. art. 1971. n. 1. comma ult.

(b) *Extat in L. 5. in princ. ff. quae res pign. ubi sic* — Pomponius libro XIII. variarum lectionum scribit: si gratuitam habitationem conductor mihi praestiterit, invecta a me domino insulae pignori non esse.

(c) *Extat in L. ult. §. 10. C. de jure delib. ubi sic.* — Licentia danda creditoribus, seu legatariis, vel fideicommissariis, si majorem putaverint esse substantiam a defuncto derelictam, quam haeres inventario scripsit, quibus voluerint legitimis modis, quod superfluum est, approbare, vel per tormenta forsitan servorum haereditariorum secundum anteriorem nostram legem, quae de quaestione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si aliae probationes defecerint, ut undique veritate exquisita neque lucrum, neque damnum aliquod haeres ex hujusmodi sentiat haereditate (2).
Vide L. 17. ff. de probat.

(2) Concorda per argom. in senso contrario dell'art. 718. LL. CC. ove la sola occultazione dolosa priva l'erede del beneficio dell'inventario.

(d) *Extat in L. 53. ff. de solut. ubi sic.* — Solvere pro ignorante, et invito cuique licet; cum sit jure civili constitutum, licere etiam ignorantis, invitique meliorem conditionem facere.

(e) *Fluit ex L. 156. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Invitus nemo rem cogitur defendere (3).
Fluit regula ex L. 17. C. de procur. L. 29. 33. ff. de noxal. act.

(3) Concorda con l'art. 1879. LL. CC.

(f) *Argum. leg. 14. § 5. et 6. ff. de munerib. et hon. et L. 1. in princ. C. eod* (4).

(4) Concorda con l'art. 1879. LL. CC. salvo il caso della continuazione negli art. 1863. 2. com. art. 1879. 2. comma, art 1882. e 1326. LL. CC.

(g) *Extat in L. 19. §. 2. ff. de donat. ubi sic.* — Non potest liberalitas nolenti adquiri (5).
Vide L. 27. ff. de constit. pecun. L. 32. ff. de adquir. rer dom. L. 62. ff. de verb. obl.
Vide supra. — *Aphor.* 149.

(5) Principio regolatore della disposizione dell'art. 856. LL. CC.

alius retinere non debet (a). Invitus nemo agere vel accusare cogitur (b).

950. Inundatio speciem fundi non mutat (c).

951. Inutilia pupillo admittenda non sunt (d).

952. Inutilis est stipulatio rei, quae dari non potest (e), aut quae pendet a conditione impossibili (f).

953. Iracundia minuit delictum (g).

954. Is, qui succedit in locum alterius, plus juris habere non potest, quam suus auctor (h).

(a) *Extat in L. 25. §. 1. ff. solut. matrim. ubi sic.* — Maritum in reddenda dote de dolo malo, et culpa cavere oportet. Quod si dolo malo fecerit, quominus restituere possit, damnandum eum, quanti mulier in litem juraverit; quia invitis nobis, res nostras alius retinere non debeat (1).

(1) Concorda virtualmente con gli art. 1757. e 1760. LL. CC.

(b) *Extat in L. unic. C. ut nemo invitus. ubi sic.* — Invitus agere, vel accusare nemo cogatur.

Vide L. 4. C. de usur. pupill. L. 20. C. de pignor. L. 5. §. ult. ff. de dol. mal. et met. except. Vide tamen L. 5. C. de ingen. L. 6. in fin. ff. de neg. gest. L. 19. ff. de accus.

(c) *Extat in L. 7. §. 6. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Aliud sane est, si cujus ager totus inundatus fuerit: namque inundatio speciem fundi non mutat, et ob id, cum recesserit aqua, palam est, ejusdem esse, cujus et fuit (2).

Vide §. 24. Instit. de rer. divis.

(2) Concorda con l'art. 487. LL. CC.

(d) *Vide L. 7. §. 5. in fin. C. de curat. furios.*

(e) *Extat in L. 1. §. 9. ff. de obl. et act. in princ. ubi sic.* — Si id, quod dari stipulemur, tale sit, ut dari non possit, palam est, naturali ratione inutilem esse stipulationem etc.

Vide L. 35. ff. de verb. obl.

(f) *Extat in L. 31. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Non solum stipulationes impossibili conditione adplicatae nullius momenti sunt: sed etiam caeteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impossibili conditione interposita, aeque nullius momenti sunt: quia in ea re, quae ex duorum, pluriumve consensu agitur, omnium voluntas spectetur; quorum procul dubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment, apposita eo conditione, quam sciant esse impossibilem (3).

Vide L. 1. §. 11. ff. eod. L. 7. et 69. ff. de verb. obl. §. 11. Instit. de inutil. stipul.

(3) Concorda con l'art. 1125. LL. CC.

(g) *Fluit ex L. 4. C. ad leg. Jul. de adult. ubi sic.* — Gracchus, quem Numerius in adulterio noctu deprehensum interfecit, si ejus conditionis fuit, ut per legem Iuliam impune occidi potuerit; quod legitime factum est, nullam poenam meretur. Idem filiis ejus, qui patri paruerunt, praestandum est. Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen quia et nox, et dolor justus factum ejus relevant, potest in exilium dari (4).

Vide L. 2. C. de abolit.

(4) Concorda con l'art. 377. n. 4. Leg. pen.

(h) *Extat in L. 177. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui in jus, dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet (5).

Et in L. 59. ff. eod. ubi sic. — Haeredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat.

Vide L. 54. et 120. ff. eod (6).

Fluunt regulae ex L. 37 ff. de adquir. vel. amitt. possess. L. 47. ff. de contrah. empt. L. 1. §. 42. et 43. ff. de aqua quotid. L. ult. ff. si fam. furtum. fecisse.

(5) Concorda con l'art. 2076. 2. comma LL. CC.

(6) Concorda con l'art. 645. LL. CC.

955. Iudex prolata sententia desinit esse judex (a).
956. Iudex religione sua supplet omissioni legis (b).
957. Iudex judicare debet secundum allegata, et probata, non secundum solam conscientiam (c).
958. Iudex curare debet, ne impotentes a potentibus opprimentur (d).
959. Iudex prorogare potest tempus executionis judicati (e).
960. Iudex, qui fines suae jurisdictionis excedit, nihil agit (f).
961. Iudex supplet, quae sunt aequitatis (g).
962. Iudex supplet defectui partium (h).

(a) *Extat in L. §. ff. de re jud. ubi sic.* — Iudex, posteaquam semel sententiam dixit, postea judex esse desinit; et hoc jure utimur; ut judex, qui semel vel pluris, vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit; semel enim male, seu bene officio functus est (1).
Vide L. 27. in princ. ff. de poen. L. 42. ff. de minor. L. 62. ff. de re jud. L. 2. C. de sentent. e peric. recit.

(1) Concorda con l' art. 227. L. pr. civ.

(b) *Extat in L. 13. ff. de testib. circ. med. ubi sic* — Verum tamen quod legibus omissum est, non omittetur religione judicantium etc (2).

(2) Concorda con l'art. 1307. LL. CC.

(c) *Fluit ex L. 6. §. 1. ff. de offic. Praesid. ubi sic.* — Veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur: et ideo Praeses provinciae id sequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quae probabuntur, sequi (3).
Vide L. 3. §. 2. ff. de testib.

(3) Vedi però l'art. 292. L. pr. pen. ove i giudici risolvono le quistioni di fatto secondo il loro criterio morale.

(d) *Extat in d. L. 6. §. 2. ff. de officic. Praesid. ubi sic.* — Ne potentiores viri humiliores injuriis adficiant, neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes, ad religionem Praesidis provinciae pertinet.

(e) *Extat in L. 2. ff. de re judic. ubi sic.* — Qui pro Tribunali cognoscit, non semper tempus judicati servat: sed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat, pro causae qualitate, et quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia: sed perraro intra statutum tempus sententiae exsequentur; veluti si alimenta constituantur, vel minori viginti quinque annis subvenitur (4).
Vide L. 2. et 3. C. de usur. rei jud. L. 72. in fin. ff. de judic. L. 13. in fin. et 14. ff. de damn. infect. L. 4. §. 1. in fin. ff. de incend.

(4) Concorda con gli art. 1137. 1197. 1501. e 1502. 1172. 1173. LL. CC. e 216. L. pr. civ.

(f) *Extat in L. 20. ff de jurisd. ubi sic.* — Extra territorium jus dicenti impune non paretur. Idem est et si supra jurisdictionem suam velit jus dicere.
Vide L. 1. C. si a non compet. jud. L. 53. C. de decurion.

(g) *Fluit ex L. 7. ff de neg. gest. ubi sic.* — Quia tantumdem in bonae fidei judiciis officium judicis valet, quantum in stipulatione nominatim rei facta interrogatio (5).
Vide supra. — Aphor. 57. et infra — Aphor. n. 967.

(5) Argom. dall'art. 1089. LL. CC.

(h) *Extat in L. unica C. ut quae desunt. advoc. ubi sic.* — Non dubitandum est, judicem si quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere, et proferre, quod sciat legibus, et juri publico convenire.
Vide L. ult. in princ. ff. de appell. L. 6. §. 1. ff. de offic. Praes. L. ult. ff. de haer. pet. (6).

(6) Concorda con l'art. 264. L. pr. civ. e con l'art. 132. leg. de'29 maggio 1817.

963. Iudex neque sibi, neque suis domesticis, et filiis jus dicere potest (a): sententiam ferre debet in scriptis (b).

964. Iudex non debet impartiri officium suum non requisitus (c).

965. Iudex in certam rem, vel quantitatem sententiam ferre debet (d).

646. Iudex est legum minister, non arbiter (e).

967. Iudex in omni re aequitatis potius, quam stricti juris rationem habere debet (f).

968. Iudex reum defensione privare nequit (g).

969. Iudex judicare debet legibus, non exemplis (h). Non iure iudicans facit injuriam (i).

(a) *Extat in L. 10. ff. de jurisd. ubi sic.* — Qui jurisdictioni praeest; neque sibi jus dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel caeteris, quos secum habet (1).

Vide C. lib. 3. tit. ne quis in sua causa judicet. L. ult. §. pen. C. ubi Senator. Vide tamen L. 77. ff. de judiciis.

(1) Concorda in designati casi con gli art. 460. e 470. L. pr. civ.

(b) *Extat in L. 3. C. de sentent. ex peric. recit. ubi sic.* — Statutis generalibus jussimus, ut universi judices, quibus reddendi juris in provinciis permissimus facultatem, cognitis causis, ultimas definitiones de scriptis recitatione proferant. Huic adjcimus sanctioni, ut sententia, quae dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententiae habere mereatur; nec ad rescissionem perperam decretorum, appellationis solemnitas requiratur (2).

Vide L. 2. C. eod. L. ult. C. sentent. rescind. non poss.

(2) Concorda con l'art. 219. Leg. de' 29 maggio 1817.

(c) *Argum. legis 4. §. 8. ff. de damn. infect.* (3)

(3) Vedi però gli art. 37. e 39. L. di proc. pen. e l'art. 151. leg. de' 29 maggio, ove senza l'istanza della parte privata si esercita dal pub. min. l'azion penale pubblica.

(d) *Extat in §. 32. Instit. de action. ubi sic.* — Curare autem debet judex, ut omnino, quantum possibile ei sit, certae pecuniae, vel rei sententiam ferat: etiamsi de incerta quantitate apud eum actum est (4).

Vide C. de sent. quae sine cert. quantit.

(4) Concorda con gli art. 221. e 261. L. pr. civ.

(e) *Vide Vinnium. Instit. de officio judicis n. 3.* (5).

Iudicis est illud — do, dico, addico.

(5) Concorda con l'art. 112. 125. 138. e 139. Leg. de' 29. maggio. 1811.

(f) *Extat in L. 8. C. de judiciis. ubi sic.* — Placuit in omnibus rebus praecipuam esse justitiae, aequitatisque, quam stricti juris rationem.

Vide L. 43. in fin. ff. de religios. L. 90. ff. de reg. jur. Adde L. 51. §. 2. ff. ad leg. Aquil. L. 4. in fin. ff. de eo, quod certo loco. L. 91. §. 3. ff. de verb. oblig. Vide tamen L. 1. C. de legibus L. 12. 17. ff. de injust. rupto etc.

(g) *Argum. Auth. Offeratur. C. de litis contest. et leg. 1. in princ. ff. de edendo* (6).

(6) Concorda con l'art. 169. Leg. pr. civ. e con gli art. 110. e 349. leg. pr. pen.

(h) *Extat in L. 13. C. de sentent. et interl. ubi sic.* — Nemo judex, vel arbiter existimat, neque consultationes, quas non rite judicatas esse putaverit, sequendum et multo magis sententias Eminentissimorum Praefectorum, vel aliorum procerum; non enim si quid non bene dirimatur, hoc et in aliorum judicum vitium extendi oportet, cum non exemplis, sed legibus judicandum sit; neque si cognitionales sint amplissimae

970. Iudex actionis est competens judex exceptionis, et reconventionis (a).

971. Iudex propriam sententiam nec mutare, nec corrigere potest (b).

972. Iudex proferre potest sententiam, ut partes convenerint (c).

973. Iudex potest de quibusdam judicare definitive, de caeteris interloqui (d).

974. Iudex, qui litem suam facit, ex quasi maleficio obligatur (e).

975. Iudex esse non potest surdus, mutus furiosus, impubes, senatu

---

Praefecturae, vel alicujus maximi magistratus prolatae sententiae: sed omnes judices nostros veritatem, et legum, et justitiae sequi vestigia sancemus (7).

Vide L. 12. ff. de offic. Praesid. §. *ult. instit. de satisdat. L. 26. ff. de test. tut.*

(7) Argomento dall' art. 191. leg. de' 29 maggio 1817. e dall'art. 3. LL. CC.

(i) *Extat in Instit. de injur. in princ. ubi sic.* — Cum enim praetor, vel judex non jure contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur.

Vide L. 51. ff. de evict. in princ.

(a) *Extat in L. 14. C. de sent. et interl. ubi sic.* — Cum Papinianus summi ingenii vir in quaestionibus suis rito disposuerit, non solum judicem de absolutione rei judicare, sed et ipsum actorem, si contrario obnoxius fuerit inventus, condemnare: hujusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat judici, vel contra actorem ferre sententiam, et aliquid eum daturum, vel facturum pronunciare: nulla ei opponenda exceptione, quod non competens judex agentis esse cognoscatur: cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere, et contra se judicem in eodem negotio non dedignetur. *In Auth. de executori* §. *fin. seu Nov. 96. C. 2.* Et consequentur ego ab aliquo conventus, si vicissim ipsum pulsare velim: statim quidem hoc non licet, nisi apud eumdem judicem, qui si displiceat, intra 20 dies recusari potest, aliusque mereri, apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioqui lite contra me mota prius ventilata, et terminata, tunc demum et ego admittar (1).

(1) Argomento dall'art. 48. L. pr. civ. e dall'art. 528. d. LL.

(b) *Extat in L. 1. C. sent. rescind. non poss. ubi sic.*—Neque suam, neque decessoris sui sententiam quem posse retractare in dubium non venit. Nec necesse esse ab hujusmodi decreto interponere provocationem explorati juris est (2).

Vide L. 14. 55. ff. de re jud. L. 2. C. de sent. ex peric. recit. Vide tamen L. 46. ff. de re judic.

(2) Concorda con l'art. 227. L. pr. civ.

(c) *Extat in L. 26. ff. de re judic. ubi sic.* — Si convenerit inter litigatores, qui pronuncietur; non ab re erit, judicem hujusmodi sententiam proferre (3).

Vide tamen L. 19. in princ. ff. de recept. arbitr.

(3) Argom. dall'art. 109. L. pr. civ.

(d) *Extat in L. 15. C. de sent. et interl. ubi sic.*—Constitutio jubet, ut si multa sint in lite capita, possit judex super quibusdam eorum sententiam definitivam ferre, tuncque iterum de aliis quaerere, et sententiam proferre, quae ipsi videatur: neque compellatur unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere (4).

(4) Concorda con l'art. 278. L. pr. civ. ed argom. dall'art. 508. d. LL.

(e) *Extat in L. 5.* §. *4. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Si iudex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu obligatus est, et utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri (5).

Vide L. ult. ff. de extraord. cognit. Instit. de obl. quae ex quasi delict. in princ.

(5) Concorda con l'art. 569. L. pr. civ.

motus, foemina (a): minor 18 annis (b).

976. Iudex potest esse filiusfamilias (c).

977. Iudex litem suam facit, si dolo, gratia, inimicitia, sordibus sententiam dicit (d).

978. Iudex non dandus, quem pars petiit (e).

979. Iudex immoderatum dandae dilationis arbitrium non habet (f).

980. Iudicandum omnibus partibus vocatis praesentibus, alias tenet judicatum inter praesentes (g).

981. Iudicandum etiam ex jure publico (h).

(a) *Extat in L. 12. §. 2. ff. de judicis. ubi sic.* — Non autem omnes judices dari possunt ab his, qui judicis dandi jus habent: quidam enim lege impediuntur ne judices sint: quidam natura: quidam moribus. Natura, ut mutus, surdus, et perpetuo furiosus, et impubes; quia judicio carent. Lege impeditur, qui senatu motus est (1): Moribus, faeminae, et servi; non quia non habent judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur. §. 3. Qui possunt esse judices, nihil interest in potestate, an sui juris sint.

Vide L. 39. in princ. L. 46. ff. de judiciis. L. 2. ff. de senator. L. 2. in princ. ff. de r. j. L. 6. ff. de recept. arbitr. L. 15. ff. de judic.

(1) Concorda con l'art. 221. leg. de'21 maggio 1817. ove son proibite ai giudici le funzioni municipali, cioe di Sindaco di primo, o secondo Eletto, d'Intendente, di Sottintendente di consigliere, o di segretario generale l'Intendenza.

(b) *Extat in L.57 ff. de re judic. in princ. ubi sic.*—Quidam consulebat, an valeret sententia a minore viginti quinque annis judice data? Et aequissimum est tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem et octo annis sit (2) etc.

Vide L. 12. §. 2. ff. de re judic. L. 41. ff. de recept. et qui arbitr.

(2) Vedi gli art. 207. e 208. leg. de'29 maggio 1817. ove e necessaria l'età di anni 40 per esser consig. o proc. gen. presso la Suprema Corte di giustizia di anni 30 per l'avv. gen. o cancelliere item per esser giudice di G. C. Civ. o G. C. crim. di anni 25 per esser giudice di trib. civ. giudice d'istruzione, giudice regio giudice del trib. di commercio ed i rispettivi supplenti, e cancellieri.

(c) *Vide supra ad num. 975. cit. leg. 12. in fine ff. de judiciis.*

(d) *Extat in L. 15. §. 1. ff. de judiciis ubi sic.* — Iudex tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo malo autem videtur hoc facere, si evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, ut veram aestimationem litis praestare cogatur (3).

Vide L. ult. C. de judice, qui male judicavit.

(3) Concorda in designati casi con gli art. 460. e 470. L. pr. civ.

(e) *Extat in L. 47. ff. de judiciis. ubi sic.* — Observandum est, ne is judex detur, quem altera pars nominatim petat (id enim iniqui exempli esse, Divus Adrianus rescripsit) nisi hoc specialiter a Principe ad verecundiam petiti judicis respiciente, permittatur.

(f) *Extat in L. 1. circ. med. Cod. de dilat. ubi sic.* — Quod ita constitutum judicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandae dilationis arbitrium, sed eamdem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitaverit, et necessitas desideratae instructionis exegerit, non facile amplius, quam semel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam. (4)

Vide L. 7. et ult. ff. de feriis.

(4) Concorda con l'art. 1197. LL. CC. eccettuati i casi negli art. 1141. d. LL. e 218. L. proc. civ.

(g) *Extat in L. 47. in princ. ff. de re judic. ubi sic.* — De unoquoque negotio praesentibus omnibus, quos causa contingit, judicari oportet: aliter enim judicatum tantum inter praesentes tenet. (5).

Vide L. 14. in fin. ff. de appell. L. 3. §. 9. L. 7. ff. de jure fisci.

(5) Argomento dall'art. 256. LL. pr. civ.

(h) *Vide L. 5. in fin. C. de aedific. priv.*

982. Iudicandum de bono, et aequo in eo, quod interest (a).

983. Iudicantium praesentia necessaria est (b).

984. Iudicare munus publicum est (c).

985. Iudicare periculosum est judicibus (d).

986. Iudicata res vim legis obtinet (e).

987. Iudicata res ex uno judicio non potest in partem valere, et in partem non valere (f).

988. Iudicata res non restauratur propter errorem calculi, (g) nec per instrumenta postea reperta (h).

(a) *Fluit ex L. unic. Cod. de sent. quae pro eo quod. inter. circa med. ubi sic.* — In aliis autem casibus, qui incerti esse videntur, judices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, ut hoc, quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur, et non ex quibusdam machinationibus, et immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat: cum sciamus esse natura congruum, eas tantummodo poenas exigi, quae vel cum competenti moderamine proferantur, vel a legibus certo fine conclusae statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio: quia et ex eo veteres id quod interest, statuerunt (1) etc.

Vide L. 6. in fin. ff. de aqua. L. ult. ff. de modo mult. L. 44. ff. de action. empt. L. 48. ff. de evict. L. 2. in fin. ff. de eo quod certo loco.

(1) Argomento dagli art. 1089. e 1184. LL. CC.

(b) *Extat in L. 37. ff. de re. jud. ubi sic.* — Tunc autem universi judices intelliguntur judicare, cum omnes adsunt. (2)

Et in L. 39. in princ. ff. eod. ubi sic. — Duo ex tribus judicibus, uno absente, judicare non possunt, quippe omnes judicare jussi sunt. Sed si adsit, et contra sentiat: status duorum sententiae quid enim minus verum est, omnes judicasse?

Vide L. 18. ff. de recept. et qui arbitr. L. 2. C. quando provocar. L. 2. ff. de decret. ab ord. fac.

(2) Concorda con l'art. 230. L. pr. civ.

(c) *Extat in L. 78. ff. de judic. ubi sic.* — Quippe judicare munus publicum est.

Vide L. ult. §. 14. ff. de munerib. et honor.

(d) *Argum. L. 14. in fine C. de judiciis.*

(e) *Extat in L. 38. ff. de legib. ubi sic.* — Nam Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem vim leges obtinere debere.

(f) *Extat in L. 27. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — In hoc judicio condemnationes, et absolutiones in omnium persona faciendae sunt: et ideo si in alicujus persona omissa sit damnatio, in caeterorum quoque persona quod fecit judex, non valebit, quia non potest ex uno judicio res judicata in partem valere, et partem non valere.

Vide L. 41. ff. eod. L. 25. ff. de rec. et qui arbitr.

(g) *Extat in L. 2. C. de re judic. ubi sic.* — Res judicatae si sub praetextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis.

Et in L. unic. C. de errore calculi. ubi sic. — Errorem calculi, sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non afferre praejudicium, saepe constitutum est: unde rationes etiam saepe computatas denuo tractari posse, si res judicatae non sunt, vel transactio non intervenit (3), explorati juris est. Sed et si per errorem calculi, velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti: condictio liberationis tibi competit (4).

Vide tamen L. 1. §. 1. ff. quae sententiae sine appell. ubi sic. — Item si calculi error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est; veluti si judex ita pronunciaverit: Cum constet, Titium Sejo ex

989. Iudicata res inter alios tertio non nocet (a).

990. Iudicatum rescinditur ex falso instrumento postea habito (b).

991. Iudicatum in quaestione communi facit praejudicium (c).

992. Iudicatum non obest nisi in eadem quaestione, inter easdem personas, et circa idem corpus (d).

993. Iudicatum exequi nemo potest contra tutorem, procuratorem, et actorem municipum in bonis propriis (e).

---

illa specie quinquaginta, item ex illa specie viginti quinque debere: idcirco Lucium Titium Sejo centum condemno: nam quoniam error computationis est, nec appellare necesse est, et citra provocationem corrigitur etc.

(3) L'errore di calcolo caduto in una transazione debb' esser corretto art. 1930. LL. CC.

(4) Argom. dall'art. 1331. 1. comma LL. CC.

(h) *Extat in L. 4. C. de re judic. ubi sic.* — Sub specie novorum instrumentorum postea repertorum res judicatas restaurari, exemplo grave est (5).

Vide L. 35. ff. de re judic. L. 27. in fin. ff. de except. rei judic. L. 11. ff. eod.

(5) Vedi l'art. 544. n. 10. L. pr. civ. ove si fa il caso della ritrattazione di una sentenza, se dopo la decisione della causa si sarà ricuperato qualche documento, che per fatto della parte avversa non era stato prima prodotto.

(a) *Extat in L. 63. in princ. ff. de re judic. ubi sic.* — Saepe constitutum est, res inter alios judicatas aliis non praejudicare (1) etc.

Vide tit. Cod. inter alios acta vel judic. L. 2. C. de except. L. 2. et ult. C. quib. res jud. non nocet. L. 7. §. 4. ff. de except. rei jud. L. 16. in fin. ff. qui potiores in pignor.

(1) Concorda virtualmente con l'art. 538. L. pr. civ.

(b) *Extat in L. 2. C. Si ex falsis instrum. ubi sic.* — Et qui non provocaverunt, si instrumentis falsis se victos esse probare possunt, cum de crimine docuerint, ex integro de causa audiuntur (2).

Vide L. 1. 2. et 4. C. eod. L. 11. ff. de except.

(2) Concorda con l'art. 544. n. 10. L. p. civ.

(c) *Fluit ex L. 21. ff. de except. ubi sic.* — Rei majoris pecuniae praejudicium fieri videtur, cum ea quaestio in judicium deducitur, quae vel tota, vel ex aliqua parte communis est quaestioni de re majori (3).

Vide L. 16. ff. eod. L. 4. ff. de integr. restitut.

(3) Argomento dall'art. 588. L. pr. civ.

(d) *Extat in L. 3. ff. de excep. rei judic. ubi sic.* — Iulianus lib. III. Digestorum respondit, exceptionem rei judicatae obstare, quotiens eadem quaestio inter easdem personas revocatur: et ideo et si singulis rebus petitis haereditatem petat, vel contra, exceptione summovebitur.

Vide hoc repetitum in L. 7. §. 4. ff. eod.

Et in L. 12. ff. eod. ubi sic. — Cum quaeritur, haec exceptio noceat, nec ne, inspiciendum est, an idem corpus sit.

Et in L. 13. ff. eod. ubi sic. — Quantitas eadem: idem jus.

Et in L. 14. ff. eod. ubi sic. — Et an eadem causa petendi, et eadem conditio personarum quae nisi omnia concurrunt, alia res est (4).

Vide L. 21. §. 3. L. 10. ff. de except. L. 133. ff. de verb. obl. L. 22. ff. de except. rei jud.

(4) Concorda con l'art. 1305. LL. CC.

(e) *Extat in L. 4. in princ. ff. de re judic. ubi sic.* — Si se non obtulit procurator, judicati actio in eum denegabitur, et in dominum dabitur, si se obtulit, in ipsum dabitur. Obtulisse autem se liti videtur non is, qui in rem suam procurator datus sit nam hic alia ratione recusare judicati actionem non potest, quia hic non in alienam, sed in suam rem procurator factus est. §.

994. Iudicatum contra tutores, et curatores latum creditor exequi potest contra minores cessata minoritate (a).

995. Iudicia certa aequivalent fidei instrumentorum (b).

996. Iudicis recti, et constantis non est motum animi detegere (c).

997. Iudicis incompetentis nulla est sententia (d). Iudicis boni interest lites dirimere (e).

998. Iudicium Principis ad similia trahendum (f). Ubi incoeptum est judicium semel, ibi et finem accipere debet (g).

999. Iura sanguinis i. e. consanguinitatis civili jure dirimi nequeunt (h).

---

1. Tutor quoque, vel curator in ea conditione sunt, ut non videantur videri se liti obtulisse, idcircoque debet denegari in eos judicati actio. §. 2. Actor Municipum potest rem judicatam recusare: in Municipes enim judicati actio dabitur.

Vide L. 61. ff. de procurat. L. 2. in princ. ff. de admin. et peric. tutor. L. 7. ff. quando ex facto tutor. excip. L. 6. C. de admin. tutor.

(a) *Extat in L. 1. C. quando ex facto tutor. ubi sic.* — Iuliana, cujus tibi curatores condemnati sunt, si vigesimum quintum annum aetatis egressa est, actio judicati utilis adversus ipsam, bonaque ejus tibi exercenda est. Nam tutores, curatoresque finito officio non esse conveniendos ex administratione pupillorum vel adolescentium, saepe decretum est.

Vide L. 26. ff. de admin. tut. L. ult. in fin. Si quis caut. L. 4. §. 2. ff. de re judic.

(b) *Extat in L. 19. C. de rei vind. ubi sic.* — Iudicia certa, quae jure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem: quo jure, si de proprietate domus ambigis, negotiumque integrum est, uti non prohiberis (1).

Vide L. 1. C. de fide instrum.

(1) Concorda con gli art. 1306. e 1307. LL. CC.

(c) *Extat in L. 19. §. 1. ff. de offic. Praesid. ubi sic.* — Sed et in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum in lacrymari oportet; id enim non est constantis, et recti judicis, cujus animi motum vultus detegit. Et summatim ita jus reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

Vide Nov. 8. c. 8. Nov. 17. c. 5. §. ult. Nov. 24. c. 2.

(d) *Extat in L. ult. C. Si a non compet. judice ubi sic.* — Et in privatorum causis hujusmodi forma servetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo judice dicta costringat.

Vide L. ult. ff. de jurisdict. L. 1. C. de pedaneis judicib. Vide tamen. L. 29. C. de pactis.

(e) *Extat in L. 21. ff. de reb. cred. in fin. ubi sic.* — Cum ad officium ejus pertineat lites dirimere.

Vide L. 13. de judiciis. Vide supra.— Aphor. 923.

(f) *Argum. L. ult. C. de legib.*

(g) *Extat in L. 30. ff. de judiciis. ubi sic.* — Ubi acceptum est semel judicium, ibi et finem accipere debet (2).

Vide etiam L. 7. ff. eod.

(2) Argom. dagli art. 265. e 436. L. pr. civ.

(h) *Extat in L. 8. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Iura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt (3).

Fluit regula ex L. 34. ff. de pact. L. 2. in fin. ff. de usufr. ear. rer. L. 8. ff. de capit. min. L. 1. §. 2. ff. de legat. praest. §. 11. Instit. de jur. nat. §. ult. Inst. de legit. agnat. tut.

(3) Argomento dagli art. 287. 288. 644, e 655. e 1342 LL. CC.

1000. Iura non subveniunt negligentibus, sed vigilantibus (a).

1001. Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur (b), neque in omnes casus (c).

1002. Iurejurando dato non aliud quaeritur, quam, an juratum sit; non, an debeatur (d), et sola quaestio facti est (e).

1003. Iurisdictionis formam imperitia cohaeredum mutare nequit (f).

1004. Iurisdictionem prioris judicis non impedit mutatio fori post litis contestationem, vel sententiam (g).

1005. Iurisdictio data a lege est ordinaria in judice: item a consuetudine. (h) Iurisdictio ordinaria inhaeret territorio (i).

1006. Iurisdictio, seu competentia judicis remanet, licet coacervatae singulae actiones, et quantitates petitionis jurisdictionem excedant (k).

(a) *Extat in L. 16. ff. ex quib. caus. major. ubi sic.* — Non enim negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis, totumque istud arbitrio Praetoris temperabitur: idest, ut ita demum restituat, si non negligentia, sed temporis angustia non potuerunt litem contestari (1).

Vide etiam L. 24. ff. quae in fraud. credit. in fin.

(1) Argomento dagli art. 1992. 2020, e 2040. LL. CC.

(b) *Extat in L. 8. ff. de legib. ubi sic.* — Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur.

Vide tamen. L. 11. ff. de just. et jur. L. 16. ff. de legib.

(c) *Extat in L. 10. ff. de legib. ubi sic.* — Neque leges, neque Senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit et ea, quae plerumque accidunt, contineri.

Vide L. 13. ff. de test.

(d) *Extat in L. 5. §. 2. ff. de jurejur. ubi sic.* — Dato jurejurando, non aliud quaeritur, quam an juratum sit; remissa quaestione an debeatur: quasi satis probatum sit jurejurando (2).

Vide L. 9. §. 1. L. 28. in fin. ff. eod. §. 11. Instit. de action.

(2) Concorda cou gli art. 1317. e 1319. LL. CC.

(e) *Vide infra. — Aphor. 1584.*

(f) *Extat in L. 20. in princ. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Nam imperitia (inquit Papinianus) cohaeredum jurisdictionis formam mutare non potuit.

(g) *Extat in L. 19. ff. de jurisd. ubi sic.* — Cum quaedam puella apud competentem judicem litem susceperat, deinde condemnata erat; posteaque ad viri matrimonium alii jurisdictioni subjecti pervenerat: quaerebatur, an prioris judicis sententia exequi possit? Dixi: posse, quia ante fuerat sententia dicta. Sed et si post susceptam conditionem, ante sententiam, hoc eveniat, item putarem: sententiaque a priore judice recte fertur. Quod generaliter et in omnibus hujuscemodi casibus observandum est.

Vide L. 32. ff. ad Municip. Vide supra. — Aphor. 998.

(h) *Argum. leg. 6. ff. de jurisd.*

(i) *Argum. L. 3. C. ubi et apud. quem.*

(k) *Extat in L. 11. ff. de jurisd. in princ. ubi sic.* — Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra jurisdictionem judicantis sit, coacervatio vero omnium excedat modum jurisdictionis ejus: apud eum agi posse, Sabino, Cassio, Proculo placuit: quae sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata est (3).

Vide L. 19. in fin. ff. eod. L. 1. C. de defensor. civit. Nov. 15. c. 3. §. ultim. Adde L. 74. §. 1. ff. de judic. L. 28. ff. ad Municip. et §. 1. d. L. 11. ff. de jurisd.

(3) Vedi l'art. 99. n. 3. L. pr. civ. ove più dimande eccedenti il valor di competenza del regio giudice sfuggono la sua giurisdizione.

1007. Ius publicum privatis pactionibus corrumpi nequit (a). Ius publicum est, quod ad statum rei Romanae spectat (b).

1008. Ius, quod quis in alterum statuit, et contra se velle debet (c).

1009. Ius habet posterior creditor offerendi creditori priori ejus pecuniam, ut succedat in ejus locum (d): idemque jus habet, ut retractetur venditio, vel datio in solutum rei pignori datae creditori anteriori (e).

1010. Ius naturale est immutabile (f).

(a) *Extat in L. 45. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Privatorum conventio juri publico non derogat (1).

Et in L. 27. ff. eod. ubi sic. — Nec ex praetorio, nec ex solemni jure privatorum conventione quicquam immutandum est: quamvis obligationum causae pactione possint immutari et ipso jure, et per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus vel lege, vel per Praetorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc, cum incohatur actio, inter eos convenit.

Fluunt hae regulae ex L. 7. §. 7. et 16. L. 28. in princ. L. 38. ff. de pactis. L. 6. C. eod. L. 55. ff. de legat. 1. L. 2. §. 8. ff. de admin. rer. L. 13. C. de testam.

(1) Concorda con l'art. 7. LL. CC.

(b) *Extat in §. 4. Instit. de justit. et jure. ubi sic.* — Hujus studii duae sunt positiones publicum, et privatum. Publicum est, quod ad statum rei Romanae spectat. Privatum quod ad singulorum utilitatem.

(c) *Extat in L. 1. ff. quod quisque juris. ubi sic.* — Hoc Edictum summam habet aequitatem, et sine cujusquam indignatione justa. Quis enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit? §. 1. Qui magistratum, potestatemve habebit, si quid in aliquem novi juris statuerit: ipse, quandoque adversario postulante, eodem jure uti debet. Si quis apud eum, qui magistratum, potestatemve habebit, aliquid novi juris obtinuerit: quandoque postea adversario ejus postulante, eodem jure adversus eum decernetur; scilicet ut quod ipse quis in alterius persona aequum esse credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur.

Excip. L. 3. in princ. et L. ult. ff. eod.

(d) *Extat in L. 4. C. de his qui in prior. credit. loc. succ. ubi sic.* — Si prior respublica contraxit, fundusque ei est obligatus, tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, ut succedas etiam in jus reipublicae (2).

Vide L. 2. C. eod.

(2) Concorda con l'art. 1204. n. 1. LL. CC.

(e) *Extat in L. 1. C. si antiquior. creditor ubi sic.* — Si vendidisset, qui ante pignus accepit, persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Cum autem debitor ipsi priori creditori eadem pignora in solutum dederit, vel vendiderit: non magis tibi persecutio adempta est, quam si aliis easdem res debitor vendidisset. Sed ita persequens res obligatas audieris, si quod eidem possessori propter praecedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris (3).

Vide L. 3. C. eod. L. 9. C. qui potior. L. 6. C. de obl. et act. L. 3. prin. ff. de distract. pignor.

(3) Vedi gli art. 2060. e 2061. LL. CC. ove dicesi, che quando non si sono osservate le formalità dettate negli art. 2081. e seguenti d. LL. per la purga delle ipoteche, chiunque sia il possessore de' beni ipotecati è soggetto alle azioni ipotecarie de' creditori, cioè o di pagar i debiti ipotecari, o di rilasciar i beni acquistati.

(f) *Extat in §. 11. Instit. de jur. nat. gent. et civ. ubi sic.* — Sed naturalia quidem jura, quae apud omnes gentes peraeque observantur, divina quadam providentia constituta, semper firma, atque immutabilia permanet etc.

Vide L. 8. ff. de reg. jur.

1011. Ius quasi retentionis fundi dotalis habet maritus ob impensas tantum necessarias in eum factas (a).

1012. Ius retentionis rei pignori obligatae contra dominum habet, qui illam sua pecunia liberavit, nisi dominus pecuniam ei offerat (b).

1013. Ius retentionis habet, qui possidet rem pignoratitiam, si extincto credito pignoratitio, chirographarium creditum adhuc habet (c).

(a) *Ex instit. de action.* §. *37. ubi sic.* — Item si de dote in jodicio mulier agat: placeat eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates ejus; in solidum damnatur: si minus: in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas, marito qoasi retentio concessa est, quia ipso jure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet.

Ex digestis vide supra. — Aphor. 823.

Ex Codice extat. §. *5. leg. unic. Cod. de rei ux. act. ubi sic.* — Taceat in ea retentionum verbositas: Quid enim opus est inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex constitutionibus introducto? Vel ex qua causa ob res donatas reteotio introducitur, cum sit donatori facultas per actionem in rem directam, vel per utilem, vel per condictionem suo juri mederi? Sed nec tetentio ob res amotas necessaria est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum judicium. Sileat ob liberos retentio, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur: ne varium genus culpae mariti contra uxores excogitent, ut possint eadem retentione contra eas uti, cum et jam Imperialibus constitutionibus statutum sit, si culpa mulieris dissolutum matrimoniom fuerit, quid fieri oporteat. Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio nobis satis videtur esse idonea. Com enim necessariae quidem expensae dotis minuant quantitatem utiles autem non aliter in rei uxoriae actione detinebantur, nisi ex voluntate mulieris, non abs re est, si quidem mulieris voluntas intercedat, maodati actionem a nostra auctoritate marito contra uxorem indulgeri, quatenus possit per hanc, quod utiliter impensum est, adservari: vel si non intercedat mulieris voluntas, utiliter tamen res gesta est, negotiorum gestorum adversus eam sufficere actionem. Quod si voluptuariae sint, licet ex voluntate ejus, expensae: deductio operis, quod fecit, sioe laesioue tamen prioris speciei, marito relinquatur: ut sit omnium retentionum expeditus tractatus, et ex stipulatu actio merito secundum sui naturam, nullam accipiat retentionem.

Vide Vinnium. Instit. §. *37. de action. ubi act.* — Iustinianus autem, sublata ex omni alia causa retentione, solam reliquit eam, cujus hic fit mentio, uempe quae fit ob impensas necessarias............ *Materiam retentionis dixtinctae tractat Joan. Faber in L. unic. C. etiam ob chirogr.*

(b) *Extat in L. 1. ff. quibus.modis.pign. in princ. ubi sic.*—Debitoris abseotis amicus negotia gessit, et pignora citra emptionem pecunia sua liberavit: jus pristinum domino restitutum videtur. Igitur, qui negotium gessit, utilem servianam dari sibi non recte desiderabit. Si tamen possideat, exceptione doli defenditur.

Et in L. 2. ff. eod. ubi sic. — Si creditor serviana actione pignus a possessore petierit, et possessor litis aestimationem obtulerit, et ab eo debitor rem vindicet; non aliter hoc facere concedetur, nisi prius ei debitum offerat.

(c) *Extat in L. unic. C. etiam ob chirograph. ubi sic.* — Pignus intercidit, si novatione facta, in alium jus obligationis transtulisti, nec ut ea res pignoris nomine teneretur, tibi cautum est. Quod si pactum inter te, cumque, qui postea dominus fundi constitutus novam obligationem susceperat, intercessit, ut idem fundus tibi pigooris nomine teneretur, quamvis personali actione expertus feceris condemnationem, pignoris tamen habes persecutionem. At si in possessione fueris constitutus; nisi ea quoque pecunia tibi a debitore reddatur, vel

1014. Ius retentionis habet evictus possessor bonae fidei, qui aedificavit in fundo, contra dominum vindicantem, nisi ei offerantur impensae (a).

1015. Ius retentionis rei locatae habet conductor loco pignoris ob meliorationes (b): Item qui impensas fecit, et rem actione Pauliana restituere debet (c).

1016. Ius retentionis rei pignori datae habet creditor pignoratitius ob impensas necessarias in eam factas (d).

1017. Ius retentionis non habet commodatarius (e) neque depositarius ob compensationem, vel impensas in rem factas (f).

1018. Ius praelationis favore domini directi in alienatione dominii utilis non procedit in venditione sub hasta (g).

---

offeratur, quae sine pignore debetur, eam restituere propter exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis, debitores eam solam pecuniam, cujus nomine ea pignora obligaverunt, offerentes audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter acceperunt (1). Quod in secundo creditore locum non habet, nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre.

(1) Concorda con l'art. 1952. comma 2. LL. CC. in materia di pegno.

(a) *Extat in L. 29. §. 2. ff. de pign. et hypoth. ubi sic.* — Domus pignori data, exusta est, eamque aream emit Licius, Titius et extruxit. Quaesitum est, de jure pignoris? Paulus respondit: pignoris persecutionem perseverare: et ideo jus soli superficiem secutam videri, id est, cum jure pignoris; sed bona fide possessores non aliter cogendos creditoribus aedificium restituere, quam sumptus in extructione erogatos, quatenus pretiosior res facta est, reciperent.

Vide §. 30. Instit. de rer. divis. L. 38. ff. de rei vind. et L. 48. eod. L. 33. ff. de condict. indeb.

(b) *Argum. cit. L. 38. et 48. ff. de rei vind. et L. 33. ff. de condict. in debit. Vide Fab. C. de locat. Defin. 50.*

(c) *Extat in L. 10. §. 19. et 20. ff. quae in fraudem credit. ubi sic* — §. 19. Per hanc actionem res restitui debet cum sua scilicet causa. §. 20. — Et fructus, non tantum, qui percepti sunt, verum etiam hi, qui percipi potuerunt a fraudatore, veniunt: sed cum aliquo modo, scilicet, ut sumptus facti deducantur: nam arbitrio judicis non prius cogendus est rem restituere, quam si impensas necessarias consequatur; idemque erit probandum, et si quis alius sumptus ex voluntate fidejussorum, creditorumque fecerit.

(d) *Extat in L. 8. in princ. ff. de pignor. act. ubi sic.* — Si necessarias impensas fecerim in servum, aut in fundum, quem pignoris causa acceperim, non tantum retentionem, sed etiam contrariam pignoratitiam actionem habebo etc. (2).

Vide L. 25. ff. eod. L. 7. in fin. C. eod. L. 6. ff. de pignor.

(2) Concorda in materia di pegno con gli art. 1950 n. comma, e 1952. 1. comma LL. CC.

(e) *Vide Voet ad Pandect. Tit. commodati. n. 10.* (3).

(3) Concorda con l'art. 1757. LL. CC. che nega il dritto di ritenzione in compensazione di ciò, che deve il comodante.

(f) *Vide Voet ad Pandect. Tit. Depos. n. 9.* (4).

(4) Comodatario non può ripetere la spesa fatta per servirsi della cosa prestatagli art. 1758. LL. CC.

(g) *Vide Fabr. C. defin. 49.*
Vide Afflict. Decis. n. 191.

1019. Ius finitum est: facta infinita (a). Ius dicitur apertum, quando redditur ratio (b).

1020. Iusjurandum est species transactionis (c) et loco solutionis cedit (d).

1021. Iusjurandum locum tenet probationis (e): et inter eos, inter quos juratum est, probat (f).

1022. Iusjurandum delatum ab uno ex duobus reis credendi nocet alteri (g), et praestitum ab uno ex duobus reis debendi prodest alteri (h) ac etiam fidejussori (i): praestitum a fidejussore prodest fidejussori (k).

(a) *Fluit ex L. 2. ff de jur. et fact. ignor. ubi sic.* — In omni parte error in jure non eodem loco, quo facti ignorantia, haberi debebit; cum jus finitum et possit esse, et debeat: facti interpretatio plerumque etiam prudentissimos fallat.

(b) *Argum. leg. 109. ff. de condit, et demonstr.*

(c) *Extat in L. 2. ff. de jurejur. ubi sic.* — Iusjurandum speciem transactionis continet: majoremque habet auctoritatem, quam res judicata. (1)

Vide L. 31. ff. de dolo malo.

(1) Argomento dagli art. 1304. n. 4. 1315, e 1319. LL. CC.

(d) *Extat in L. 27. ff. de jurejur. ubi sic.* — Iusjurandum etiam loco solutionis cedit.

Vide L. 28. §. 1. ff. eod.

(e) *Extat in L. 11. §. 3. ff. de jurejur. ubi sic.* — Si cum de haereditate inter me, et te controversia esset, juravero haereditatem meam esse, id consequi debeo, quod haberem, si secundum me haereditate pronunciatum esset; et non solum eas res restituere debes, quas tunc possidebas, sed et si quas postea coepisses possideri, periudeque haberi, quod juratum est, atque si probatum esset etc.

(f) *Fluit ex L. 13. in princ. ff. de jurejur. ubi sic.* — Si duo patroni essent, et libertus altero deferente jurasset se libertum ejus non esse, utrum alteri totius debitae patronis portionis, an vero dimidiae debitae eis partis bonorum possessio competeret? Et ait, si is, cui juratum est, patronus fuisset, alteri suae partis bonorum possessionem competere, nec ei prodesse, quod adversus alterum libertus jurasset etc (2).

(2) Concorda cou gli art. 1304. n. 4. e 1319. LL. CC.

(g) *Extat in L. 28. in princ. ff. de jurejur. ubi sic.* — In duobus reis stipulandi, ab altero delatum jusjurandum etiam alteri nocebit (3).

(3) Vedi l'art. 1319. 2. comma LL. CC. ove il giuramento deferito da uno de'creditori solidali non pregiudica all'altro creditor solidale.

(h) *Extat in d. L. 28. §. 3. ubi sic.* — Ex duobus reis promittendi ejusdem pecuniae alter juravit, alteri quoque prodesse debebit (4).

Vide L. ult. eod. in fin.

(4) Concor. col il cit. art. 1319. comma 3. LL. CC.

(i) *Extat in d. L. 28. §. 1. ubi sic.* — Quod reus iuravit, etiam fidejussori proficit (5) etc.

(5) Concorda col cit. art. 1319. comma 3. LL. CC.

(k) *Extat in d. L 28. §. 1. ubi sic.* — a fidejussore exactum jusjurandum, prodesse etiam fidejussori Cassius, et Iulianus ajunt: nam quia in locum solutionis succedit, hic quoque eodem loco habendum est: si modo ideo interpositum est jusjurandum, ut de ipso contractu, et de re, non de persona jurantis ageretur.

Vide L. ult. §. 1. ff. eod.

1023. Iusjurandum inter alios actum non prodest, neque nocet tertio: praestari debet (a) ut delatum est (b).

1024. Iusjurandum rei judicatae vicem obtinet (c): speciem pacti, (d) et acceptilationis continet (e); datur in omni causa (f).

1025. Iusjurandum extinguit actionem (g).

1026. Iusjurandum deferri nequit in fraudem creditorum (h). Deferre

---

(a) *Extat in L. 3. §. 3. in fin. ff. de jurejur. ubi sic.* — Et ait (*Marcellus*), veritatem esse quaerendam: quia jusjurandum alteri neque prodest, neque nocet etc.(1)
Vide L. 9. §. 7. et L. 10. et. L. 11. in fin. ff. eod. L. 1. ff. Si mulier ventr. nom.

(1) Concorda con il cit. art. 1319. LL. CC.

(b) *Extat in L. 3. §. 4. ff. de jurejur. ubi sic.* — Iurare autem oportet, ut delatum est jusjurandum; caeterum si ego detuli, ut per Deum jurares, tu per caput tuum jurasti.
Et in L. 33. ff. eod. ubi sic. — Qui per salutem suam jurat, licet per Deum jurare videtur: respectu enim divini nominis ita jurat; attamen, si non ita specialiter jusjurandum ei delatum est, jurasse non videtur, et ideo ex integro solemniter jurandum est. (2)
Vide L. 4. in princ. L. 5. in princ. ff. eod.

(2) Argomen. dagli art. 1312. e 1316. LL. CC.

(c) *Extat in L. 1. in princ. ff. quarum rer. act. non datur ubi sic.* — Iusjurandum vicem rei judicatae obtinet; non immerito: cum ipse quis judicem adversarium suum de causa sua fecerit, deferendo ei jusjurandum (3).
Immo. Vide L. 2. ff. de jurejur.

(3) Argomento dall' art. 1304. n. 4. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 35. §. 1. ff. de jurejur. ubi sic.* — Prodigus, si deferat jusjurandum, audiendus non est. Idemque in caeteris similibus ei dicendum est: nam sive pro pacto convento, sive pro solutione, sive pro judicio hoc jusjurandum cedit, non ab aliis delatum probari debet, quam qui ad haec habiles sunt.

(e) *Extat in L. 40. ff. de jurejur. ubi sic.* — Iusjurandum a debitore exactum efficit, ut pignus liberaretur: est enim hoc acceptilationi simile; perpetuam certe exceptionem parit etc.

(f) *Extat in L. 3. §. 1. ff. de jurejur. ubi sic.* — Quaecumque autem actione quis conveniatur, si juraverit, proficiet ei jusjurandum, sive in personam, sive in rem, sive in factum, sive paenali actione, vel quavis alia agatur, sive de interdicto (4).
Vide L. 34. in princ. ff. eod.

(4) Concorda con l'art. 1312. LL. CC.

(g) *Extat in L. 7. ff. de jurejur. ubi sic.* — Ait Praetor: ejus rei, de qua jusjurandum delatum fuerit, neque in ipsum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo etc.
Et in L. 9. in princ. ff. eod. ubi sic. — Nam postquam juratum est, denegatur actio: aut si controversia erit, id est si ambigitur, an jusjurandum datum sit, exceptioni locus est.

(h) *Extat in L. 9. §. 5. ff. de jurejur. ubi sic.* — Sed et si quis in fraudem creditorum jusjurandum detulerit debitori, adversus exceptionem jusjurandi, replicatio fraudis creditoribus debet dari. Praeterea si fraudator detulerit jusjurandum creditori, ut juret sibi decem dari oportere; mox bonis ejus venditis, experiri volet: aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur fraudatorum creditorum (5).

(5) Argomento dall'art. 1319. LL. CC.

potest tutor (a) et procurator omnium bonorum (b), eisque deferri potest (c).

1027. Iusjurandum delatum a parte non laedunt instrumenta nova reperta, secus si a judice delatum sit jusjurandum (d).

1028. Iusjurandum officio judicis deferri potest inopia probationis (e).

1029. Iusjurandum deferre modestius est, quam jurare (f).

1030. Iusjurandum regulatur super naturam actus, super quem interponitur (g).

(a) *Extat in L. 1. §. 1. ff. quarum. rer. actio. ubi sic.* — Si pupillus sine tutoris auctoritate detulerit jusjurandum, dicemus, non obstare exceptionem istam, nisi tutore auctore in judicio delatio facta sit.

Et in L. 17. §. 1. ff. de jurejur. ubi sic. — Pupillus tutore auctore jusjurandum deferre debet; quod sine tutore auctore detulerit, exceptio quidem obstabit, sed replicabitur: quia rerum administrandarum jus ei non competit. §. 2. — Si tutor, qui tutelam gerit, aut curator furiosi, prodigive, jusjurandum detulerit: ratum id haberi debet: nam et alienare res, et solvi eis potest: et agendo, rem in judicium deducunt.

Vide etiam L. 35. in princ. ff. eod.

(b) *Extat in d. L. 17. §. ult. ff. de jurejur. ubi sic.* — Procurator quoque, quod detulit, ratum habendum est: scilicet si universorum bonorum administrationem sustinet, aut si id ipsum nominatim mandatum sit, aut si in rem suam procurator sit.

Vide L. 12. L. 13. §. 1. ff. de pactis. L. 58. et 63. ff. de procuratorib.

(c) *Extat in L. 9. §. 6. ff. de jurejur. ubi sic.* — Iusjurandum defensoris, vel procuratoris, ei ab adversario delatum, prodesse, exceptionemque domino parere, Iulianus scribit. Idem ergo dicendum erit, et si datus ad petendum procurator, reo deferente, juraverit dari mihi oportere: nam actionem mihi parit. Quae sententia habet rationem (1).

Vide L. ult. §. pen. ff. de jurejur. Immo vide L. 39. §. 1. ff. de procur.

(1) Argomento dall'art. 1313. LL. CC.

(d) *Extat in L. 31. ff. de jurejur. ubi sic.* — Admonendi sumus, interdum etiam post jusjurandum exactum permitti constitutionibus Principum ex integro causam agere, si quis nova instrumenta se invenisse dicat, quibus nunc solis usuris sit: sed hae constitutiones tunc videntur locum habere, cum a judice aliquis absolutus fuerit: solent enim saepe judices in dubiis causis, exacto jurejurando, secundum eum judicare, qui juraverit. Quod si alias inter ipsos jurejurando transactum sit negotium non conceditur eamdem causam retractare.

Vide L. 1. C. de reb. dub. Adde L. 29. C. de transact.

(e) *Extat in L. 3. C. de reb. credit. ubi sic.* — In bonae fidei contractibus, nec non etiam in caeteris causis; inopia probationum, per judicem jurejurando causa cognita res decidi oportet.

Vide L. 5. ff. de in lit. jur. L. 31. ff. de jurejur. (2).

(2) Concorda con l'art. 1321. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 25. §. 1. ff. de pecunia constituta ubi sic.* — Sed et si non ultro detulero jusjurandum, sed referendi necessitate compulsus id fecero, quia nemo dubitat, modestius facere, qui referat, quam ut ipse juret: nulla distinctio adhibetur, tametsi ob tuam facilitatem ad meam verecundiam subsecuta sit referendi necessitas.

Vide L. 3. in princ. L. 38. ff. de jurejur. L. 12. §. 1. C. de reb. cred.

(g) *Argum. L. 16. C. de non num. pecun* (3).

(3) Argom. dall'art. 1316. LL. CC.

LE

1051.  apidariae publicae inscriptiones fidem faciunt, et praescriptioni dant locum (a).

1052. Laudemium non praestatur in venditione sub hasta (b); praestatur in venditione, et donatione utilis dominii (c).

1053. Legata annua tot sunt, et tot obligationes continent, quot sunt anni (d): item de aliis annuis promissionibus (e).

1054. Legata res a defuncto obligata tertio, si evincatur, pretium ab haerede praestatur (f).

1055. Legata fideicommissis exaequata sunt (g) et donationibus causa mortis (g).

(a) *Extat in L. 6. C. de religios. ubi sic.* — Monumentorum inscriptiones neque sepulcrorum jura, neque dominium loci puri ad libertos transferent. Praescriptio autem longi temporis, si justam causam initio habuit, vobis proficiet.

Vide L. 6. vers. libert. ff. eod. Vide tamen L. 27. ff. de condit. et demonstr. L. 10. ff. de probat. L. 4. ff. de mortuo infer.

(b) *Vide Disputationum juridicarum in Basilensium Universitate de Laudemiis §. 75. ubi fertur. venditionem sub hasta non esse veram alienationem sed coactam. §. 99. et 108. eod.*

(c) *Vide L. 3. C. de jure emphyteut. in Aphor. 482.*

(d) *Extat in L. 15. ff. de an. legat. ubi sic.* — Cum in annos singulos legatum: plura legata esse placet: et per singula legata jus capiendi inspicietur etc.

Et in L. 4. ff. eod. ubi sic. — Si in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus (cujus sententia vera) plura legata esse ait: et primi anni purum, sequentium conditionale: videri enim hanc inesse conditionem, si vivat, et ideo mortuo eo, ad haeredem legatum non transire.

Et in L. 10. ff. quando dies legat. ubi sic. — Cum in annos singulos legatur, non unum legatum esse, sed plura constat.

Vide L. 35. in fin. ff. de mortis caus. don. L. 22. C. de legatis.

(e) *Extat in L. 7. §. 6. C. de praescript. 30. vel 40. annor. ubi sic.* — In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quae dationem per singulos annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari manifestum est. etc. (1).

Vide L. ult. C. de usuris

(1) Argomento dall'art. 2183. LL. CC.

(f) *Extat in L. 6. C. de fideicom. ubi sic.* — Praedia obligata per legatum, vel fideicommissum relicta, haeres luere debet: maxime cum testator conditionem eorum non ignoravit, aut si scisset, legaturus tibi aliud quod non minus esset, fuisset. Si vero a creditore distracta sunt, pretium haeres exsolvere cogitur, nisi contraria defuncti voluntas ab haerede ostendatur. (2)

Vide L. 57. ff. de legat. 1. §. 5. Instit. de legat., excipe L. 15. ff. de dote praeleg.

(2) Concorda con l'art. 974. comma 2. LL. CC.

(g) *Extat in L. 1. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Per omnia exaequata sunt legata fideicommissis.

Vide L. 2. C. Commun. de legat. §. 3. Instit. de legat.

(h) *Extat in L. 37. ff. de mortis causa donation. in princip. ubi sic.* — Illud generaliter meminisse oportebit, donationes mortis causa factas legatis comparatas: quod-

1036. Legata captatoria reprobantur (a).
1037. Legata re conjunctim duobus, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri sola pars debetur (b)..
1038. Legetarius non potest plus juris habere, quam testator, et haeres (c); Legatarius, et tutor scriptus possunt esse testes in testamento (d).
1039. Legatarius potest solvere locationem, et huic stare non tenetur (e): item successor singularis (f).
1040. Legatariis substitui potest (g).
1041. Legatae rei praestat haeres levem culpam (h) et de re, quae post ejus moram periit, legatario tenetur (i).

---

cumque igitur in legatis, id in mortis causa donationibus erit accipiendum.
Vide L. 15. 17. ff. eod L. 1. §. 1. in fin. ff. si quid. in fraud. patron.

(a) *Extat in L. 164. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Captatoriae scripturae, simili modo neque in haereditatibus, neque in legatis valent.

(b) *Extat in L. 16. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Si duobus res conjunctim legata sit, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri solam partem deberi, puto verum esse.
Vide L. 34. §. 9. ff. eod.

(c) *Extat in L.160 §.2. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, quam haeredem, aut ipsum testatorem, si viveret.
Vide L. 120. 143. 175. ff. eod.

(d) *Extat in L. 20. in princip. ff. Qui testam. fac. poss. ubi sic.* — Qui testamento haeres instituitur in eodem testamento testis esse non potest. Quod in legatario (1), et in eo, qui tutor scriptus est, contra habetur: hi enim testes adhiberi possunt, si aliud eos nihil impediat, ut puta si impubes, si in potestate sit testatoris.
Vide §. 11. Instit. de testam. ord., ubi etiam fideicommissarii possunt testes esse in testam. Vide etiam L. 22. C. de testam.

(1) Abrogato dall'art. 901. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 32. ff. locat. ubi sic.*— Qui fundum colendum in plures annos locaverat, decessit, et eum fundum legavit. Cassius negavit posse cogi colonum, ut eum fundum coleret, quia nihil haeredis interesset: quod si colonus vellet colere, et ab eo, cui legatus esset fundus, prohiberetur, cum haerede actionem eo locum habere, et hoc detrimentum ad haeredem pertinere, sicuti, si quis rem, quam vendidisset, necdum tradidisset, alii legasset, haeres ejus emptori, et legatario esset obligatus.
Vide L. 120. in fin. ff. de legat. 1.

(f) *Fluit in L. 9. Cod. de loc. conduct. ubi sic.* — Emptorem quidem fundi necesse non est stare colono, cui prior dominus locavit; nisi ea lege emit (2). Verum si probetur aliquo pacto consensisse, ut in eadem conductione maneat, quamvis sine scripto bonae fidei judicio, ei quod placuit, parere cogetur.
Immo vide L. 3. ff. de mancip. et colon. adde L. 50. in fin. ff. de jur. fisci.

(2) Vedi l'art. 1589. LL. CC. ove il compratore non può espellere il fittajuolo della cosa comprata, quando esista una scrittura di affitto di data certa, purchè il locatore non abbiasi riservato un tal dritto nel contratto di affitto.

(g) *Extat in L. 50. in princ. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Ut haeredibus substitui potest, ita etiam legatariis etc. (3).
Vide L. 36. §. 1. et L. 77. ff. de condit. et demonstr.

(3) Concorda con l'art. 936. LL. CC.

(h) *Extat in L. 47. ff. de legat. 1. §. 4. ubi sic.* — Item si res aliena, vel haereditaria sine culpa haeredis perierit, vel non compareat: nihil amplius, quam cavere eum oportebit, sed si culpa haeredis res perierit, statim damnandus est (4).
Vide etiam §. 2. d. l. 47.

(4) Concorda per senso contrario del disposto nell'art. 997. comma 2. LL. CC.

(i) *Extat in L. 23. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Si ex legati causa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas: non

1042. Legati (quod non transit ad haeredem legatarii) dies non cedit ante aditam haereditatem (a).

1043. Legati annui dies cedit initio cujusque anni etiam ante aditam haereditatem (b).

1044. Legati dies statim cedit cum aut dies adjecta legato non sit, aut adjecta, quamvis longa, certa tamen sit (c).

1045. Legati actio est haereditaria (d), et personalis (e).

1046. Legati etiam hostium pro sanctis habentur (f).

1047. Legatum Deo debetur Ecclesiae domicilii testatoris (g). Legatum uxori relictum, si ad secundas nuptias non transierit, valet: sed conditio non nocet data cautione (h).

---

aliter post mortem ejus tenearis mihi, quam si per te steterit, quominus vivo eo eum mihi dares: quod ita sit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum (5).

Vide L. 82. ff. eod. L. 91. in princ. ff. eod.

(5) Concorda item.

(a) *Extat in L. 9. ff. quando dies legator. ubi sic.* — Si habitatio filiofamilias, vel servo legata sit, puto non adquiri domino, vel patri legatum, si ante aditam haereditatem filius, vel servus decesserit: nam cum personae cohaereat, recte dicitur ante aditam haereditatem diem non cedere.

Vide etiam L. 2. et 3. 5. §. 1. ff. eod. et L. unic. §. 6. C. de caduc. toll.

(b) *Extat in L. 12. §. 1. ff. quando dies legator. ubi sic.* — Sed utrum initio cujusque anni, an vero finito anno cedat, quaestionis fuit? Et Labeo, Sabinus, et Celsus, et Cassius, et Iulianus in omnibus, quae in annos singulos relinquuntur, hoc probaverunt, ut initio cujusque anni hujus legati dies cederet (1).

Et in L. 1. C. quando dies legat. ubi sic. Si competenti judici annua legata, vel fideicommissa tibi relicta probaveris, ab initio cujusque anni exigendi ea habebis facultatem.

Vide L. 11. ff. de usu, et usufr. legat. L. 12. §. 4. ff. quando dies legat. Vide tamen L. 13. 42. 138. ff. de verb. oblig.

(1) Concorda con l'art. 969 n. 2. LL. CC. pe' legati di una rendita vitalizia, o pensione alimentaria, i quali decorrono dal giorno della morte del testatore.

(c) *Extat in L. 21. ff. quando dies legator ubi sic.* — Si dies adposita legato non est, praesens debetur, aut confestim ad eum pertinet, cui datum est. Adjecta, quamvis longa sit, si certa est, veluti Calendis Ianuariis centesimis, dies quidem legati statim cedit, sed ante diem peti non potest etc.

Et in L. 8. ff. ut legatorum ubi sic. — Cum legatorum nomine satisdatum est, simul dies legatorum cessit, protinus iisdem diebus etiam ex stipulatione debentur.

Et in L. 9. ff. eod. ubi sic. — Non tamen ut statim peti possint. Deberi enim dicimus, et quod dies certa praestari oportet, licet dies non dum venerit.

Vide L. 213. in princ. ff. de verb. sign.

(d) *Extat in L. 40. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Haereditariarum actionum loco habentur et legata, quamvis ab haerede coeperint.

Adde L. 7. ff. de reb. auct. judic.

(e) *Argumento L. 5. Cod. quib. non objicitur. long. temp. praescript.*

(f) *Extat in L. 17. ff. de legation. ubi sic.* — Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur: quia sancti habentur legati.

(g) *Extat in Nov. 131. c. 9. in princ. ubi sic.* — Si quis in nomine magni Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi haereditatem, aut legatum reliquerit, jubemus Ecclesiam loci illius, in quo testator domicilium habuerit, accipere, quod dimissum est etc.

Vide L. ult. C. de Sacr. Eccl. L. 16. 39. §. 1. ff. de condit. et demonstr. L. 49. C. de Episc.

(h) *Vide Novell. 22. c. 43. et 44. L. 1. 2. et 3. C. de indict. viduit.*

1048. Legatum peti debet a manu haeredis (a).

1049. Legatum nobis quaesitum aetate subjecta, mortuis nobis, cedit ei, cui subjecti eramus (b).

1050. Legatum pluribus relictum partes aequas inter eos servare facit(c).

1051. Legatum est delibatio haereditatis (d); et est donatio testamento relicta (e).

1052. Legatum caducatur morte legatarii ante obitum testatoris (f), secus in Principe legatario (g), et extinguitur furto rei legatae a legatario commisso (h).

1053. Legatum recta via a testatore transit ad legatarium (i).

(a) *Fluit ex L. 1. ff. quod legatorum ubi sic.* — Hoc interdictum vulgo quod legatorum appellatur. §. 1. Est autem et ipsum adipiscendae possessionis. §. 2. Et continet hanc causam; ut quod quis legatorum nomine non ex voluntate haeredis occupavit, id restituat haeredi. Etenim aequissimum Praetori visum est, unumquemque non sibi ipsum jus dicere occupatis legatis, sed ab haerede petere. Redigit igitur ad haeredes per hoc interdictum ea, quae legatorum nomine possidentur; ut perinde legatarii possint eum convenire (1).

Vide L. unic. C. quorum. legator.

(1) Concorda con l'art. 968. comma 2. LL. CC.

(b) *Extat in L. 18. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae legata, mortuis nobis, ad haeredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus (2): aliter atque quod stipulati sumus: nam et sub conditione stipulamur, omnimodo eis adquirimus, etiamsi liberatis nobis potestate domini conditio existat.

Vide L. 5. in princ. §. 1. et 2. et ult. ff. quando dies legat. L. 14. §. ult. ff. eod. L. 5. C. de condit. insert.

(2) Vedi l'art. 301. LL. CC. ove l'usufrutto de' genitori non si estende a que'beni che perverranno a'figli per legato, colla espressa condizione, che il padre, o la madre non ne abbiano a godere.

(c) *Fluit ex L. 2. ff. de instruct. vel instrum. legat. in princ. ubi sic:* — Cum pater, pluribus filiis haeredibus scriptis, duobus praeceptionem bonorum aviae praeter partes haereditatis dedisset, pro partibus cohaeredum viriles habituros legatarios placuit.

Et ex L. 67. §. 1. ff. de legat. 1. ubi sic. — Si ex pluribus haeredibus, ex disparibus partibus institutis, duobus eadem res legata sit: haeredes non pro haereditaria portione, sed pro virili id legatum habere debent.

Vide L. 33. ff. eod. L. 16. 17. ff. eod.

(d) *Extat in L. 116. in princ. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Legatum est delibatio haereditatis, qua testator ex eo, quod universum haeredis foret, alicui quid collatum velit.

(e) *Extat in L. 36. ff. de legat. 11. ubi sic.* — Legatum est donatio testamento relicta.

Vide §. 1. Instit. ff. de legatis.

(f) *Fluit ex L. 57. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Si Augustae legaveris, et ea inter homines esse desierit: deficit, quod ei relictum est, sicuti Divus Hadrianus in Plotinae, et proxime Imperator Antoninus in Faustinae Augustae persona constituit, cum ea ante inter homines e se desiit, quam testator decederet (3).

(3) Concorda con l'art. 994. LL. CC.

(g) *Extat in L. 56. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Quod Principi relictum est, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est, ex constitutione Divi Antonini successori ejus debetur.

(h) *Extat in L. 5. C. de legat. ubi sic.* — Non est dubium denegari actionem legatorum ei pro portione competenti in his rebus, quas subtraxisse eum de haereditate apparuerit.

(i) *Extat in L. 80. ff. de legat. 11. ubi sic.* — Legatum ita dominium rei legatarii facit, ut haereditas haeredis res singulas:

1034. Legatum pium dat fructus a die mortis testatoris (a): in aliis legatis fructus debentur a die morae (b).

1035. Legatum domus, et eorum, quae ibi sunt, non continet nomina debitorum (c).

1036. Legatum annuum integrum debetur, quamvis cesset in qualibet anni parte, quia annus incoeptus habetur pro completo (d).

1037. Legatum civitati in diem videtur perpetuum (e).

1038. Legatum alimentorum non continet, quae ad disciplinam per-

---

quod eo pertinet, ut si pure res relicta sit, et legatarius non repudiavit defuncti voluntatem; recta via dominium, quod haereditatis fuit, ad legatarium transeat, nunquam factum haeredis. (4)

Vide L. 64. ff. de furtis.

(4) Concorda con l'art. 968. LL. CC.

(a) *Extat in L. 46. §. 4. C. de Episcop. et cleric. ubi sic.* — Supra autem omne tempus, quo distulerint facere disposita scripti haeredes, eos cogi solvere, et fructus, et reditus, et omnem legitimam accessionem a tempore ejus, qui disposuit, mortis: sancimus, non inspecta mora a litis contestatione, aut conventione, sed ipso jure intellecta (quod dicitur vulgo) mora praecessisse, et locum habente fructuum, et aliarum rerum accessione.

Vide etiam. Nov. 131. c. 11. et 12.

(b). *Extat in L. 23. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Si quis bonorum partem legaverit, ut hodie fit, sine fructibus restituitur, nisi mora intercesserit haeredis.

Et in L. 1. C. de usur. et fructib. legat. ubi sic. — Legatorum, seu fideicommissorum usuras ex eo tempore, quo lis contestata est, exigi posse manifestum est: sed et fructus rerum, et mercedes servorum, qui ex testamento debentur, similiter praestari solent.

Et in L. 4. C. eod. ubi sic. — In legatis, et fideicommissis fructus post litis contestationem non ex die mortis consequuntur, sive in rem, sive in personam agatur. (1)

Vide L. 91. in fin. de legat. 1. L. 84. ff. de legat. 2. L. 26. ff. de legat. 3.

Immo vide L. 42. ff. de usur. L. 86. §. 2. ff. de legat. 1. L. 64. ff. de furt.

(1) Concorda con l'art. 968. comma. 2. LL. CC. salve l'eccezioni nell'art. 969. d. LL.

(c) *Extat in L. 86. in princip. ff. de legat. 11. ubi sic.* — Gajus Sejus pronepos meus haeres mihi esto ex semisse bonorum meorum, excepta domo mea, et paterna, in quibus habito, cum omnibus, quae ibi sunt. Quae omnia scias ad portionem haereditatis, quam tibi dedi non pertinere. Quaero cum sit in his domibus argentum, nomina debitorum, supellex, mancipia, an haec omnia, quae illic inveniuntur, ad alios haeredes institutos debeant pertinere? Paulus respondit: nomina debitorum non contineri, sed omnium esse communia, in caeteris vero nullum pronepoti locum esse (2).

Vide L. 91. in princ. ff. de legat. 3. L. 84. et 86. ff. eod. L. 32. §. 2. ff. de usu et usufr. legat.

(2) Concorda con l'art. 461. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 5. ff. de annuis legat. ubi sic.* — A vobis quoque caeteri haeredes peto, ut uxori meae praestetis, quoad vivet, annuos decem aureos: uxor supervixit marito quinquennio, et quatuor mensibus. Quaero an haeredibus ejus sexti anni legatum integrum debeatur? Modestinus respondit, integri sexti anni legatum deberi.

Vide L. 22. ff. eod. L. 11. ff. de usu et usufr. L. 1. C. quando dies legat.

(e) *Extat in L. 23. ff. de annuis legat. ubi sic.* — Cum quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui: Divi Severus, et Antoninus rescripserunt, non esse verisimile, testatorem de uno anno sensisse: sed de perpetuo legato.

tinent (a). Non adjecto tempore durat in vita legatarii (b). Moderandum ex facultate, et affectu testatoris (c).

1059. Legatum personae legatarii cohaerens ad ejus haeredem non transit (d).

1060. Legatum relictum eo tempore, quo quis in rebus humanis non erat, inutile est (e).

1061. Legatum amittit, qui celavit testamentum, aut indictam tutelam non subierit (f).

1062. Legatum non minuitur per onus, quod ad haeredem non transit (g).

1063. Legatum debetur post alienum aes testatoris (h).

(a) *Extat in L. 6. ff. de alim. vel cib. legat. ubi sic.* — Legatis alimentis cibaria, et vestitus, et habitatio debebitur: quia sine his ali corpus non potest: caetera, quae ad disciplinam pertinent, legato non continentur (1).

Vide L. ult. ff. eod.

(1) Argomento dall'art. 771. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 14. in princ. ff. de alim. vel. cib. legat. ubi sic.* — Mela ait, si puero, vel puellae alimenta relinquantur, usque ad pubertatem deberi: sed verum non est; tamdiu enim debebitur, donec testator voluit; aut si non patet, quid sentiat, per totum tempus vitae debebuntur.

Vide L. 8. §. 10. in fin. ff. de transact.

(c) *Extat in L. 22. ff. de alim. et cib. legat. in princip. ubi sic.* — Cum alimenta per fideicommissum relicta sunt, non adjecta quantitate: ante omnia inspiciendum est, quae defunctus solitus fuerat ei praestare, deinde quid caeteri ejusdem ordinis reliquerit: si neutrum apparuerit, tunc ex facultatibus defuncti, et caritate ejus fideicommissum datum erit, modus statui debebit.

(d) *Extat in L. 8. §. 3. ff. de liberatione legata ubi sic.* — Tale legatum haeres meus a solo Lucio Titio ne petito, ad haeredem Lucii Titii non transit, si nihil vivo Lucio Titio adversus testamentum ab haerede, eo quod ab eo exigere debitum tentavit, sit commissum; quotiens enim cohaeret personae id, quod legatur, vel uti personalis servitus, ad haeredem ejus non transit, si non cohaeret, transit.

Vide L. 39. §. 4. ff. de legat. 1. L. 6. ff. de servit. legat.

(e) *Extat in L. 4. ff. quae pro non scriptis habent. ubi sic.* — Si eo tempore, quo alicui legatum adscribebatur, in rebus humanis non erat, pro non scripto hoc habetur (2).

Vide L. 2. §. 1. L. 6. in fin. L. 14. in princ. ff. de jur. codicill.

(2) Vedi l'art. 822. comma 2. LL. CC. ove per esser capace di ricevere basta l'esser conceputo all'epoca della morte del testatore.

(f) *Extat in L. 25. Cod. de legatis. ubi sic.* — Si legatarius, vel fideicommissarius celaverit testamentum, et postea hoc in lucem emerserit, an possit legatum sibi relictum is, qui celaverit ex eo testamento vindicare, dubitatur? Quod omnimodo inhibendum esse censemus, ut non accipiat fructum suae calliditatis, qui voluit haeredem haereditate sua defraudare: sed hujusmodi legatum illi quidem auferatur: maneat autem quasi pro non scripto apud haeredem, ut qui alii nocendum esse existimavit, ipse suam sentiat jacturam: quemadmodum si legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit, non subierit tutelam: ei quidem legatum aufertur, pupillo autem adsignatur, cui ille utilis esse noluit.

Vide L. 1. §. 12. C. de caduc. toll.

(g) *Argum. leg. 32. et 33. ff. ad leg. Falc.*

(h) *Extat in L. 66. §. 1. ff. ad leg. Falc. ubi sic.* — Sicuti legata non debea-

1064. Legatum transfert ad suum haeredem legatarius decedens, postquam dies legati cessit (a).

1065. Legatum purum, aut post diem cedit a die mortis testatoris (b).

1066. Legatum sub conditione, vel sub incerto die cedit his adveniantibus: perit his non advenientibus, vel si legatarius antea decesserit (c).

1067. Legatum sub conditione impossibili, aut inhonesta statim cedit (d).

1068. Legatum valet, si in alicujus nomine, vel cognomine testator erraverit, dum de persona constet (e).

1069. Legatum fundi communis, quem testator *meum* dixerit, solam ejus portionem continet (f). Legatum uxori relictum in dubio

---

tur, nisi deducto aere alieno aliquid supersit: neo mortis causa donationes debebuntur, sed infirmantur per aes alienum; quare si immodicum aes alienum interveniat, ex re mortis causa sibi donata nihil aliquis consequitur (1).

(1) Vedi l'art. 1727. LL. CC. ove il pagamento de'legati può farsi dall'erede ai legatarj a misura, che questi ultimi si presentano, se non vi sono opposizioni da parte de'creditori ereditarj.

(a) *Extat in L. 5. ff. quando dies legat. in princip. ubi sic.* — Si post diem legati cedentem legatarius decesserit, ad haeredem suum transfert legatum.

Et in L. 3. C. eod. ubi sic. — Si Pontionilla ad eam aetatem pervenerit, cui legatum, vel fideicommissum relictum erat: petitionem ad haeredes transmisit, licet ante decesserit, quam consequeretur legatum, vel fideicommissum.

Vide L. 5. C. eod. (2).

(2) Concorda con l'art. 968. LL. CC.

(b) *Extat in d. L. 5. ff. quando dies legat. §. 1. ubi sic.* — Itaque si purum legatum est ex die mortis dies ejus cedit (3). Si vero post diem sint legata relicta, simili modo atque in puris dies cedit; nisi forte id fuit legatum, quod ad haeredem non transit; nam hujus dies non ante cedit; ut puta si usufructus sit post annum relictus; hanc enim sententiam probamus.

Vide L. 21. in princ. ff. eod. L. unic. §. 5. Cod. de caduc. toll.

(3) Concorda con l'art. 968. LL. CC. salve l'eccezioni nel 2. comma di detto articolo, e quelle nell'art. 969. d. LL.

(c) *Extat in d. L. 5. §. 2. ff. quando dies legat. ubi sic.* — Sed si sub conditione sit legatum relictum, non prius dies legati cedit, quam conditio fuerit impleta: ne quidem si ea sit conditio, quae in potestate sit legatarii (4) §. 3. Sed si ea conditio fuit, quam Praetor remittit, statim dies cedit.

Et in L. unic. § 7. C. de caduc. toll. ubi sic. — Sin autem aliquid sub conditione relinquatur vel casuali, vel potestativa, vel mixta, quarum eventus ex fortuna, vel ex honoratae personae voluntate, vel ex utroque pendeat, sub incerto die: expectari oportet conditionis eventum, sub qua fuerit derelictum, vel diem; ut tunc cedat, cum vel conditio impleatur, vel dies incertus extiterit. Quod si in medio is, qui ex testamento lucrum sortitus est, decedat (5), vel eo superstite, conditio defecerit, hoc, quod ideo non praevaluit, manere disponimus simili modo apud eos, a quibus relictum est: nisi et hic vel substitutus relictum accipiat, vel conjunctus, sive haeres, sive legatarius hoc sibi adquirat, cum certi joris sit, et in institutionibus, et in legatis, et fideicommissis, et mortis causa donationibus posse substitui.

(4) Concorda colle regole generali della condizione art. 1121. e seguenti LL. CC.

(5) Concorda con l'art. 995. LL. CC.

(d) *Extat in L. 5. §. 4. ff. quando dies legat. ubi sic.* Idemque et in impossibili conditione, quia pro puro hoc legatum habetur (6).

(6) Concorda con l'art. 916. LL. CC.

(e) *Vide supra. — Aphor. 572.*

(f) *Extat in L. 5. §. 2. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Cum fundus communis legatus

non praesumitur factum compensandae dotis causa (a).

1070. Legatum debetur etiam ob defectum conditionis, si quis impedit, ne legatum consequatur legatarius (b).

1071. Legatum pauperibus non intelligitur factum incertis personis (c).

1072. Neque legatum, neque testamentum valet, cum ita scriptum sit, *si haeres voluerit* (d).

1073. Leges non obligant ad impossibilia (e): leges ab omnibus sciri debent (f), et observari (g).

1074. Leges, magistratus, eorumque imperia sunt juris gentium (h).

1075. Leges legibus expedit concordare (i).

---

tus sit non adjecta portione, sed *meum* nominaverit, portionem deberi constat.

Vide etiam §. *1. dictae legis 5. ff. de legat. 1.*

(a) *Extat in L. 1.* §. *3. C. de rei uxoriae actione ubi sic.* — Primum itaque quid naturale sit ex stipulatu actionis, exponatur: ita si quid ex actione rei uxoriae supervenerit, addatur. Sciendum itaque est, Edictum Praetoris, quod de alterutro introductum est, in ex stipulatu actione cessare: ita ut uxor et a marito relicta recipiat, et dotem consequatur: nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cum manifestissimum sit, testatorem, qui non hoc addiderit, voluisse eam utrumque consequi.

Vide L. 46. ff. soluto matrim. L. 53. L. 77. §. *5. ff. de legat. 2.*

(b) *Extat in L. 3. C. de condict. insert. ubi sic.* — Si ea conditione Aulazanus legata testamenta praestari voluit, si cum focaria sua, matreque ejus moraretur, et per eum stetit, quominus voluntati testatoris pareret: cum sua sponte scripturae testamenti non obtemperaverit, ad petitionem non admittitur. (1)

Vide L. unic. §. *2. C. de caduc. toll.*

(1) Concorda in genere della condizione con l'art. 1131. LL. CC.

(c) *Vide supra. — Aphor. n. 846.*

(d) *Extat in L. 43.* §. *2. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Legatum in aliena voluntate poni potest, in haeredis non potest (2).

Vide tamen L. 11. §. *7. ff. de legat. 3. L. 46.* §. *3. ff. de fideic. libert. L. 8. ff. de obl. et act.*

(2) Argomento dall'art. 1127. LL. CC.

(e) *Extat in L. 185. ff. de reg. jur. ubi sic.*--Impossibilium nulla obligatio est (3).

Vide L. 182. 135. ff. eod.

Fluit regula ex leg. 69. ff. de verb. oblig. L. ult. ff. quae sent. sine appell.

(3) Argomento dagli art. 1125. e 816. LL. CC.

(f) *Extat in L. 12. C. de jur. et fact. ign. ubi sic.* — Constitutiones Principum nec ignorare quemquam, nec dissimulare permittimus. (4)

Vide L. 9. Cod. de legib. L. 1. §. *2. ff. Ædilit. Edict. Novell. Leon. 77.*

(4) Argomento dagli art. 1924. LL. CC.

(g) *Extat in L. 3. in princ. C. de legib. ubi sic.*—Leges ut generales ab omnibus aequabiliter in posterum observentur (5).

Vide L. 9. C. eod.

(5) Concorda con l'art. 5. LL. CC.

(h) *Vide Vinnium. Instit. de actionib.* §. *4.*

(i) *Extat in L. unic. C. de inoff. dotibus, ubi sic.*— Cum omnia bona a matre tua in dotem dicantur exhausta, leges legibus concordare promptum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti adversus dotem immodicam exercendae actionis copia tribuatur, et filiis conquerentibus emolumenta debita conferantur.

1076. Leges condere pertinet ad Principem (a).

1077. Leges respicientes privatam utilitatem per pactum tolli possunt (b).

1078. Leges certe interpetratae non facile mutandae (c).

1079. Lege prohibente nullum est pactum, conventio, nec contractus (d).

1080. Leges scire non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem (e).

1081. Leges posteriores conservant priores, nisi contrariae sint (f). Leges futuris dant formam negotiis: non ad facta praeterita revocantur, nisi expresse: vel de negotiis praeteritis cautum sit (g).

1082. Leges benignius interpetrandae sunt, ut voluntas earum conservetur (h). Legibus est amica semplicitas (i).

1083. Legi abrogatur, cum prorsus tollitur lex: derogatur, cum pars detrahitur (k).

(a) *Vide infra. — Aphor.* 547.

(b) *Fluit ex L. 31. ff. de pactis ubi sic.* — Pacisci contra Ædilium omnimodo licet, sive in ipso negotio venditionis gerendo convenisset, sive postea.
Vide L. 14. §. pen. ff. de Ædil. Edict.

(c) *Extat in L. 23. ff. de legibus. ubi sic.* — Minime sunt mutanda, quae interpetrationem certam semper habuerunt.
Vide L. 183. ff. de reg. jur. L. 1. in princ. ff. de pecun. constit.

(d) *Extat in L. 5. in princ. Cod. de legib. ubi sic.* — Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente etc. (1)

(1) Concorda con l'art. 1304. LL. CC.

(e) *Extat in L. 17. ff. de legib. ubi sic.* — Scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim, ac potestatem.

(f) *Fluit ex L. 28. ff. de legib. ubi sic.* — Sed et posteriores leges ad priores pertinent nisi contrariae sint, idque multis argumentis probatur.
Vide L. 7. C. de legib.

(g) *Extat in L. 7. C. de legib. ubi sic.* — Leges et constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, (2) non ad facta praeterita revocari; nisi nominatim, et de praeterito tempore, et adhuc pendentibus negotiis cautum sit.
Vide L. 27. C. de usur. L. 29. in fin. C. de testam. L. ult. C. de suis. et legit. liber. L. 23. in fin. C. mand. Nov. 73. c. 9. in fin. Nov. 115. c. 1. L. ult. C. de curator. furios. L. unic. §. 15. de caduc. L. 65. in fin. C. de decurion. L. unic. §. fin. C. de contract. judic. L. 21. in fin. C. de Sacros. Eccl. Nov. 19. circ. med. praefat.

(2) Concorda con l'art. 2. LL. CC.

(h) *Extat in L. 18. ff. de legib. ubi sic.* — Benignius leges interpetrandae sunt, quo voluntas earum conservetur.
Vide L. 56. ff. de reg. jur.

(i) *Fluit ex §. 7. Instit. de fideicom. haeredit. ubi sic.* — Sed quia stipulationes ex SC. Pegasiano descendentes, et ipsi antiquitati displicuerunt, et quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenui Papinianus appellat, et nobis in legibus magis simplicitas, quam difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quam differentiis utriusque SC. placuit exploso SC. Pegasiano etc.
Vide L. 22. C. de furtis. et Instit. §. 3. de legit. agnat. success.

(k) *Extat in L. 102 ff. de verb. sign. ubi sic.* — Derogatur legi, aut abrogatur. Derogatur legi, cum pars detrahitur, abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

1084. Legibus omnes obedire convenit, quia inventum, et munus Dei est (a); et consulte agit, qui praecepto legis obtemperat (b).

1085. Legis virtus haec est imperare utilia reipublicae, vetare nociva: seu lex imperat, vetat, permittit, punit (c).

1086. Legislatores in puniendis delictis publicam utilitatem respicere solent (d).

1087. Legitima nulla conditione, aut onere gravari potest (e).

1088. Legitima minuit inofficiosas dotes, et donationes (f).

1089. Legitima est triens assis, si filii sint quatuor, aut infra; est semis, si quinque, et ultra (g).

(a) *Extat in L. 2. ff. de legib. ubi sic.* — Nam et Demosthenes orator sic definit...... id est, lex est, cui omnes obtemperare convenit tum ob alia multa, tum vel maxime eo, quod omnis lex inventum, ac munus Dei.

(b) *Argum. leg. 12. Cod. de collat.*

(c) *Extat in L. 7. ff. de legib. ubi sic.* — Legis virtus haec est: imperare, vetare, permittere, punire.
Vide L. 10. C. eod.

(d) *Vide Aristotilem. 2. polit. cap. ult. ubi ait. legislatores in puniendis delictis saepe respicere πρὸς τὸ συμφέρον id est, ad id, quod publice expedit.*

(e) *Extat in L. 32. C. de inoff. testam. ubi sic.* — Quoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus, ut, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficio testamento actionem movere poterant, hoc repleatur, ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur: hoc in praesenti addendum esse censemus: ut si conditionibus quibusdam, vel dilationibus, aut aliqua dispositione moram, vel modum, vel aliud gravamen introducente, eorum jura, qui ad memoriam actionem vocabantur, imminuta esse videantur: ipsa conditio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodumque onus introducens tollatur: et ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset (1).
Vide Auth. novissima de inoff. test. Vide tamen. L. 25. C. eod. Adde L. 21. §. 1. et 2. ff. de Jur. patron. Tot. tit. C. de inoff. donat. et C. de inoff. dot. Nov. 92.

(1) Concorda con l'art. 829. LL. CC.

(f) *Fluit ex Novella 115. cap. 3. in princ. ubi sic.* — Aliud quoque capitulum praesenti lege addendum esse perspeximus. Sancimus igitur non licere penitus patri, vel matri, avo, vel aviae, proavo, vel proaviae suum filium, vel filiam, vel caeteros liberos praeterire, aut exhaeredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcumque modum eis dederit legibus debitam portionem, nisi forsan probabuntur ingrati, et ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testamento etc.
Vide L. 30. ff. de liber. et posth. L. 3. ff. de injusto rupt. Princ. Instit. de exhaer. liber. §. 6. Instit. de inoff. test. (1).

(1) Concorda con l'art. 837. LL. CC.

(g) *Extat in Novella 18. cap. 1. ubi sic.* — Haec nos moverunt corrigere legem, et non eam despicere semper erubescentes; talique modo determinare causam, ut si quidem unius est filii pater, aut mater; aut duorum, vel trium, vel quatuor non triuncium eis relinqui solum, sed etiam tertiam propriae substantiae partem: hoc est, uncias quatuor: et hanc esse definitam mensuram usque ad praedictum numerum. Si vero ultra quatuor habuerint filios, mediam eis totius substantiae reliqui partem, ut sexuncium sit omnino, quod debetur, singulis ex aequo quadriuncium, vel sexuncium dividendo: et hoc non sub injusta circumstantia rerum (forsan enim ob hoc etiam alii injustitiam patiuntur, et aliis quidem meliora, aliis vero deteriora percipientibus), sed quod contigerit unumquenque per omnia ae-

1090. Legitima debetur tam in fructu, quam in proprietate (a).

1091. Legitimae supplementum datur si testamento minus filio relinquatur, sed conferendum a filio, quod a patre proficiscitur (b).

1092. Lex etsi dura, tamen servanda (c): lex non facit, quod ea, quae sunt, non sint: sed fingere bene potest (d).

1093. Lex in praeteritum quid indulgens, in futurum vetat (e).

1094. Libelli forma reddit competentiam (f). Libellum emendare licet usque ad sententiam (g).

1095. Liberari ab obligatione est species adquisitionis (h).

---

quum esse in qualitate, et quantitate, sive quis illud institutionis modo, sive per legati, idem est dicere, et si per fideicommissi relinquat occasionem: licebit enim ei reliquum ocuncium forte, aut sexuncium habere, et largiri, sicut voluerit, filiis ipsis, aut cuilibet extraneorum: et natura primo curata competenter, sic ad extraneas largitates accedere: hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioso lege decreta est.

Vide Nov. 22. c. 48. Nov. 39. c. 1. L. 11. C. fam. ercisc. Mut. Novel. 115. c. 3. in princ. (3)

(3) Abrogato dagli art. 829. e 830. LL. CC. ove la quota di riserva pe'figli, e discendenti del defunto è stabilita alla metà de'beni di questo ultimo qualunque ne sia il numero.

(a) *Extat in Nov. 18. Cap. 3. in fin. ubi sic.* — Non licebit igitur de caetero nlli omnino filios habenti, tale aliquid agere, sed modis omnibus eis hujus legitimae partis, quam nunc deputavimus, et usumfructum, insuper et proprietatem relinquat, si vult filiorum non repetente fame morientium, sed vivere valentium vocari pater (1).

Adde L. 30. princ. L. 32. L. 36. C. de inoff. test. Vide tamen L. 37. ff. de usufr. legat. L. 18. in fin. C. de excus. tut. L. 8. ff. de usufr. adcresc.

(1) Argomento dall'art. 845. LL. CC.

(b) *Extat in L. 30. C. de inoff. test. in princ. ubi sic.* — Ut sive adjiciatur in testamento de adimplenda legitima portione sive non, firmum quidem sit testamentum, liceat vero his personis. . . . . id quod minus portione legitimi sibi relictum est, ad implendum eam sine ullo gravamine, vel mora exigere (2) . . . . §. 2. Imputari vero filiis, aliisque personis, quae dudum ad inofficiosi testamenti querelam vocabantur, in legitimam portionem et illa volumus, quae occasione militiae ex pecuniis mortui iisdem personis adquisita posse lucrari manifestum est (3).

Vide L. 29. 31. 32. et 36. C. eod.

(2) Concorda con l'art. 837. LL. CC.

(3) Concorda con l'art. 770. LL. CC.

(c) *Extat in L. 12. §. 1. in fine ff. qui et a quib. manumiss. ubi sit.* — Ipsa igitur quae divertit, omnes omnimodo servos suos manumittere, vel alienare prohibetur, quia ita verba faciunt, ut ne eum quidem servum, qui extra ministerium ejus mulieris fuit, vel in agro, vel in provincia possit manumittere, vel alienare; quod quidem perquam durum est: sed ita lex scripta est.

Vide L. 1. §. 30. ff. ad SC. Silan.

(d) *Argum. leg. 2. ff. de usufr. ear. rer. quae usu consum.*

(e) *Vide supra — Aphor. 350.*

(f) *Vide supra. — Aphor. 228.*

(g) *Vide supra. — Aphor. 25.*

(h) *Extat in L. 11. in princ. ff. de acceptilat. ubi sic.* — Species adquirendi est liberare dominum obligatione, et ideo fru-

1096. Liberatio est par solutioni (a).
1097. Liberi patrem sequuntur ex legitimis nuptiis (b).
1098. Liberi ab intestato aequaliter succedunt (c).
1099. Liberos habere sufficit habere unum(d) aut uxorem praegnantem(e).
1100. Libertas est jus faciendi quod velis, si possis, et liceat (f).
1101. Libertas est infinitae aestimationis, item necessitudo (g) et favorabilior est (h).
1102. Libertas est individua (i).
1103. Libertas commodo pecuniario est praeferenda (k).

---

ctuarius quoque servus liberare, acceptum rogando fructuarium potest, quia ex re ejus videtur ei adquirere etc. (1).

(1) Concorda con l'art. 632. LL. CC.

(a) *Extat in L. 47. ff. de verb. sign. ubi sic.*—Liberationis verbum eamdem vim habet, quam solutionis.
Vide L. 54. ff. de solut. Instit. quib. mod. toll. obl. in princ. (2).

(2) Concorda combinati gli art. 1187. 1236. e seguenti LL.CC. da poichè la liberazione del debito fa estinguere la obbligazione ed è ciò situato nella sez. 1. del cap. v. tit. III. LL. CC. relativa alle specie di pagamento.

(b) *Extat in L. 19. ff. de statu hom. ubi sic.* — Cum legitimae nuptiae factae sint, patrem liberi sequuntur; vulgo quaesitus matrem sequitur (3).

(3) Concorda con l'art. 234. LL. CC. salve l'eccezioni.

(c) *Extat in L. 11. C. fam. ercisc. ubi sic.* — Inter filios, et filias bona intestatorum parentum pro virilibus portionibus aequo jure dividi oportere explorati juris est(4).
Vide L. 32. ff. fam. ercisc. L. ult. C. ad SC. Tertill. L. 1. C. comm. de success. Nov. 118. C. 3.

(4) Concorda con l'art. 667. LL. CC.

(d) *Extat in L. 148. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est: haec enim enunciatio habet liberos, non habet liberos; semper plurativo numero profertur, sicut et pugillares, et codicilli.

Vide L. 149. ff. eod. L. 101. §. 1. ff. de condit, et demon. L. 17. §. 4. ff. ad. SC. Trebell.

(e) *Vide supra. — Aphor. 672.*

(f) *Extat in L. 4. ff. de statu hom. ubi sic.* — Libertas est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure prohibetur.

(g) *Extat in L. 176. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Infinita aestimatio est libertatis, et necessitudinis.
Et in L. 106. ff. eod. ubi sic. — Libertas inaestimabilis res est.
Fluit regula ex Inst. quib. ex caus. manumitt. §. ult. et ex L. 1. ff. de bon. libert.

(h) *Extat in L. 122. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Libertas omnibus rebus favorabilior est.
Et in L. 20. ff. eod. ubi sic. — Quotiens dubia interpetratio libertatis est secundum libertatem respondendum. (5)
Fluunt regule ex L. 16. ff. de manumiss. testam. L. 38. ff. de re judic.

(5) Concorda con l'art. 290. leg. pr. pen., e con l'art. 81. legge de'29 maggio 1817.

(i) *Argum. legis. 30. ff. de liberali causa.*

(k) *Extat in §. 1. in fin. Instit. de eo, cui libertatis causa ubi sic* — Et ii, qui rebus nostris attendunt, sciant commodo pecuniario preferendam esse libertatis causam, et ita bona cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerint, ac si haereditas ex testamento adita esset.

1104. Licere non debet uni, quod alteri non permittitur (a).

1105. Licitum est contraentibus se invicem decipere (b).

1106. Licitum, seu permissum est omne, quod per legem non invenitur prohibitum (c).

1107. Lis contestata dicitur, quando narratio fit causae coram judice (d).

1108. Lite contestata melior esse solet conditio actoris, quam si deficeret lis (e).

1109. Litis contestatio impedit prescriptionem futuram, non praeteritam (f).

1110. Locatio non est, cum quis dat operam simul et materiam, sed venditio (g).

1111. Locatio non rescinditur praetextu minoris pensionis, si nullus adsit dolus (h).

(a) *Vide infra. — Aphor. 1271.*

(b) *Extat in L. 16. ff. de minorib. §. 4. ubi sic.* — Idem Pomponius ait in pretio emptionis et venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire.

Argum. L. 4. 11. et 15. C. de rescind. vend.

Fluit ex L. 22. §. 3. ff. locati (1).

(1) Vedi però l'art. 1520 LL. CC. ove si dà luogo alla resciss. della vendita nel caso vi sia lesione del prezzo oltre la metà in favore del solo venditore articolo 1529. d. LL.

(c) *Fluit ex L. 43. §. 1. ff. de procur. ubi sic.* — Cum quaeretur, an alicui procuratorem habere liceat, inspiciendum erit, an non prohibeatur procuratorem dare, quia hoc Edictum prohibitorium est.

Et in L. 7. C. de religios. ubi sic. — Statuas sepulcro super imponere, vel monumento, quod a te extructum profiteris, ornamenta, quae putas, super addere non prohiberis, cum jure suo eorum, quae minus prohibita sunt, unicuique facultas libera non denegetur.

(d) *Extat in L. 1. in fin. C. de litis contest. ubi sic.* — Lis enim tunc contestata videtur, cum judex per narrationem negotii causam audire coeperit.

(e) *Extat in L. 86. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumque melior.

Et in L. 87. eod. ubi sic. — Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post litem contestatam haeredi quoque prospiceretur, et haeres tenetor ex omnibus causis.

Fluunt regulae ex L. 58. ff. de obl. et act. L. 29. ff. de novat.

(f) *Extat in L. 26. C. de rei vindic. ubi sic.* — Morae litis causam possessori non instruunt ad inducendam longae possessionis praescriptionem, quae post litem contestatam in praeteritum aestimatur.

Vide L. 10. C de adquir. et retin. possess. L. 2. L. 10. C. de praescript. long. temp.

Vide L. 21. C. h. tit.

(g) *Extat in L. 2. §. 1. ff. locati. ubi* — Adeo autem familiaritatem aliquam habere videntur emptio venditio; ita locatio et conductio, ut in quibusdam quaeri soleat, utrum emptio et venditio sit, an locatio et conductio, ut ecce, si cum aurifice mihi convenerit, ut is ex auro suo annulos mihi faceret certi ponderis, certaeque formae, et acceperit, verbi gratia, trecenta: utrum emptio et venditio sit, an locatio, et conductio? Sed placet, unum esse negotium, et magis emptionem, et venditionem esse. Quod si ego aurum dedero mercede pro opera constituta, dubium non est, quia locatio et conductio sit.

(h) *Extat in L. 23. ff. locati ubi sic.* — Et ideo praetextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus adversarii probari possit, rescindi locatio non potest.

Vide L. 21. C. hoc. tit.

1112. Locatori pactum obscurum nocet (a).
1113. Lucra dotis, et donationis aequalia esse debent (b).
1114. Lucra, quae in onere obtinent, permissa esse debent (c).
1115. Lucrosa causa, in debitis solvendis, non praefertur onerosae (d).
1116. Lucrum amplectens, onus ferre debet (e).

(a) *Extat in L. 39. ff. de pactis ubi sic.* — Veteribus placet pactionem obscuram vel ambiguam, venditori, et qui locavit, nocere; in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.

(b) *Fluit ex L. 10. C. de pactis convent.* — Lege Leonis divae memoriae pacta lucrorum dotis, et ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adjiciente, quid fieri oporteat, si hoc minime observatum sit: nos omnia clara esse cupientes, praecipimus, disparibus eis factis, majorem lucri partem ad minorem deduci, et eo modo uterque minorem lucretur.

Vide Novell. 97. c. 1.

(c) *Argum. L. 3. §. 9. in fin. C. de bonis libert.*

(d) *Argum. L. 22. §. 5. in fin. C. de jur. delib.*

(e) *Fluit ex L. unic. §. 4. circ. med. C. de caduc. toll. ubi sic.* — Sed omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam gravamen, quod ab initio fuerat complexum, omnimodo sentire sive in dando sit constitutum, sive in quibusdam faciundis, vel in modo, vel conditionis implendae gratia, vel alia quacumque via excogitatum. Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit.

MA

1117. agistratus circa advocatos debet esse gravis, et patiens cum ingenio (a).

1118. Magistratus jus reddere debet gravis cum humanitate (b).

1119. Magistratus abdicando se nihil agit (c).

1120. Major pars curiae pro tota habetur (d). Major pars est pro modo debiti, non pro numero personarum (e). Major quaestio minorem ad se trahit (f).

1121. Mala fides allegata probanda est (g). Mala fides superveniens in persona successoris non vitiat usucapionem (h).

(a) *Extat in L. 9. §. 2. ff. de off. Procons. ubi sic.* — Circa advocatos patientem esse Proconsulem oportet: sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur: nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat; eosque solos pati, postulare, quibus per Edictum ejus postulare permittitur.
Vide L. 5. C. de postul. L. 1. eod.

(b) *Extat in L. 9. in princ. ff. de off. Praesid. ubi sic.* — Observandum est jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur, etc.
Vide L. 1. in princ. ff. de postul.

(c) *Extat in L. 20. ff. de offic. Praesid. ubi sic.*—Legatus Caesaris, id est Praeses, vel Corrector provinciae abdicando se non amittit imperium.
Vide L. ult. C. de defens. civit.

(d) *Extat in L. 19. ff. ad Municip. ubi sic.* — Quod major pars Curiae effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint.
Vide L. 3. et 4. ff. quod cujusq. univers. L. 3. ff. de decret. ab ord. fac. L. 46. L. 160. ff. de reg. jur. L. 2. §. 5. in fin. C. de jurejur. propt. calumn.

(e) *Extat in L. 8. ff de pactis. ubi sic.* — Majorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum placuit (1). Quod si aequales sint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum praeferendus est: in numero autem pari creditorum, auctoritatem ejus sequetur Praetor, qui dignitate inter eos praecellit. Sin autem omnia undique in unam aequalitatem concurrant, humanior sententia a Praetore eligenda est: hoc enim ex Divi Marci rescripto colligi potest.
Vide L. 14. in princ. ff. depos. L. 26. ff de reb. auct. jud. poss. L. 3. §. 2. in med. ff. de testib.
Vide supra — Aph. 323.

(1) Concorda con l'art. 511. leggi di eccezione.

(f) *Extat in L. 54. ff. de judiciis, ubi sic.* — Per minorem causam majori cognitioni praejudicium fieri non oportet: major enim quaestio minorem causam ad se trahit.
Vide L. 16. ff. de except.

(g) *Extat in L. 30. Cod. de evict. ubi sic.* — Non ex eo, quod duplum is, qui a matre tua mancipium comparavit, evictionis nomine stipulatus est, alienae rei scientia convincitur: nec opinio ejus ex hoc laeditur, ut malae fidei emptor existimetur. Aliis itaque hoc judiciis, si vis, probare debes (2).

(2) Concorda con l'art. 2174. LL. CC.

(h) *Fluit ex L. unic. circ. fin. C. de*

1122. Maleficiis via non debet aperiri (a). **Maleficium distinguitur ex voluntate, et proposito** (b): et punitur varie **ex personarum qualitate, conditione**, rerum qualitate (c); in illis autem voluntas **spectatur, non exitus** (d).

1123. Malefaciendi occasio est auferenda (e).

1124. Malitiis non est indulgendum (f). **Malitia non praesumitur** (g). Malum exemplum debet reprobari (h). Semel **malus semper praesumitur** malus (i). Mala non sunt facienda, ut inde eveniant **bona** (k).

1125. Malo occurrere in tempore melius est, quam illud post exitum vindicare (l).

---

usucap. transform. ubi sic. — Quod et in rebus mobilibus observandum esse censemus, ut in omnibus justo titulo possessionis antecessoris justa detentio, quam in re habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienae rei scientia, licet ex titulo lucrativo ea caepta est (3).

(3) Vedi l'art. 2175. ove dicesi, che la mala fede sopravvenuta nuoce, ma deve risultarne la pruova da scrittura.

(a) *Argum. L. 1. §. 5. ff. de Carbon. Edict. L. 24. ff. de liber. caus. L. 2. in fin. C. de indict. viduit. toll.* (1)

(1) Argomento dall'articolo 32. leg. de'29. maggio 1817.

(b) *Extat in L. 53. in princ. ff. de furtis. ubi sic.*—Qui injuriae causa januam effregit: quamvis inde per alios res amotae sint, non tenetur furti: nam maleficia voluntas, et propositum delinquentis distinguit (2).

Vide L. 25. in fin. L. 50. §. 2. ff. eod. L. 41. in fin. ff. ad leg. Aquiliam L. 37. in princ. ff. de usurp. §. 7. in fin. Instit. de obl. quae ex delicto.

(2) Argomento dagli art. 69. e seguenti leg. pen.

(c) *Extat in L. 4. §. 1. in fin. ff. de incend. ubi sic.* — Et omnino, ut in caeteris, ita hujusmodi causis ex personarum conditione, et rerum qualitate, et diligenter sunt aestimandae, ne quid aut durius, aut remissius constituatur; quam causa postulabit (3).

Vide L. 15. in fin. ff. de negot. L. 72. in fin. ff. de judic. L. 34. §. 8. ff. de jurejur. L. 2. ff. de re judic. L. 15. §. 28. in fin. ff. de injur. L. 9. §. 11. L. 11. 16. §. 3. ff. de poenis. L. 5. C. de naufrag.

(3) Concorda con l'art. 366. leg. pen.

(d) *Extat in L. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar. ubi sic.* — Divus Hadrianus in haec verba rescripsit, in maleficiis voluntas spectatur, non exitus.

Vide L. 1. §. 3. L. 7. ff. eod. L. 5. Cod. eod. L. 79. ff. de reg. jur. (4)

(4) Vedi gli art. 69. e seguenti leg. pen.

(e) *Vide supra. — Aphor. 1122.*

(f) *Extat in L. 38. ff. de rei vind. cir. fin. ubi sic.* — Constituimus vero; ut si paratus est dominus tantum dare, quantum habiturus est possessor, his rebus ablatis, fiat ei potestas, neque malitiis indulgendum est.

Vide L. ult. C. per quas. person. L. 9. ff. de servit.

(g) *Argum. L. 5. in fin. C. de his, qui sibi adscrib.*

(h) *Fluit ex L. 47. ff. de judiciis. ubi sic.* — Observandum est ne is judex detur, quem altera pars nominatim petat (id enim iniqui exempli esse, Divus Hadrianus rescripsit), nisi hoc specialiter a Principe ad verecundiam petiti judicis respiciente, permittatur.

(i) *Argum. legis. 7. §. 3. ff. de accusat.*

(k) *Vide infra. — Aphor. n. 1286.*

(l) *Extat in L. 1. circ. med. C. quando liceat unicuiq. ubi sic.* — Melius enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare etc.

1126. Mandare videtur, qui se praesente fidejubentem non prohibet (a). Mandare non videtur, qui exhortatur (b).

1127. Mandata jurisdictio mandari nequit (c).

1128. Mandatarius praestat dolum, et omnem culpam (d).

1129. Mandatarius excedens fines mandati nihil agit (e).

1130. Mandati obligatio consensu contrahentium consistit (f). Mandatis praecedentibus, sequentia videntur mandata (g).

1131. Mandatum suscipere liberum est, susceptum autem consumandum est (h). Mandatum habens ad petendam pecuniam videtur habere mandatum ad solutionem recipiendam (i).

1132. Mandatum rei turpis nullum est (k). Mandatum revocatur ob inimicitias capitales, ob morbum, vel alias necessarias causas (l).

(a) *Extat in L. 60. ff. de reg. juris. ubi sic.* — Semper, qui non prohibet pro se intervenire, mandare videtur (1).

Fluit haec regula ex L. 1. §. 5. ff. de exercitor. L. 6. §. 2. L. 18. ff. mand. L. 2. in fin. C. de adquir. et retin. possess. L. 6. C. mand.

(1) Concorda virtualmente con l'art. 1886. LL. CC.

(b) *Extat in L. 20. ff. de proc. in fin. ubi sic.* — Non enim, qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.

Vide tamen L. 1. §. 3. ff. de serv. corrupt.

(c) *Extat in L. 5. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd. ubi sic.*—Mandatam sibi jurisdictionem mandare alteri non posse manifestum est.

Vide L. 5. ff. de jurisd. L. 12. et 13. ff. de off. Procons.

(d) *Extat in L. 13. C. mandat. ubi sic.* — A procuratore dolum, et omnem culpam, non etiam improvisum casum praestandum esse, juris auctoritate manifeste declaratur.

Vide L. 11. C. eod. L. 23. ff. de reg. jur.

Vide supra. — Aphor. 339.

(e) *Extat in L. 12. C. mandati. ubi sic.*—Cum mandati negotii contractum certam accepisse legem adseveres, eam integram secundum bonam fidem custodiri convenit. Unde si contra mandati tenorem procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem postea ratam habuisti: dominium tibi auferre non potuit (2).

Vide L. 11. C. eod. L. 5. §. 1. ff. eod.

(2) Concorda con l'art. 1861. LL. CC.

(f) *Extat in L. 1. ff. mand. ubi sic.*— Obligatio mandati consensu contrahentium consistit.

Vide Instit. de oblig. ex consensu.

(g) *Argum. L. 47. ff. de condict. indebiti.*

(h) *Extat in L. 22. §. 11. ff. mand. Vide supra Aphor. 1.*

(i) *Fluit ex L. 35. ff. de solution. ubi sic.* — Quod servus ex peculio sua credidisset, aut deposuisset: id ei, sive venisset, sive manumissus esset, recte solvi potest; nisi aliqua causa intercederit, ex qua intelligi possit, invito eo, cujus tum is servus fuisset, ei solvi. Sed et si quis dominicam pecuniam ab eo foeneratus esset, si permissu domini servus negotium dominicum gessisset, idem juris est: videtur enim voluntate domini, qui cum servo negotium contraheret, et ab eo accipere, et ei solvere.

Vide L. 20. et 21. ff. eod.

(k) *Extat in L. 6. §. 3. ff. mandati ubi sic.* — Rei turpis nullum mandatum est, et ideo hac actione non agetur. (3)

Vide L. 22. §. 6. ff. eod. §. 7. Instit. eod. L. 35. §. 2. ff de contrah. empt. L. 26. ff. de verb. oblig.

(3) Concorda in generale per qualsivoglia obbligazione con gli art. 1085, e 1087. LL. CC.

(l) *Extat in L. 22. C. de procurat. ubi*

1133. Mandatum agendi non valet ad transigendum (a). **Mandatum** per ignorantiam consumatum post mortem mandantis actionem praebet mandatario (b): item in negotiorum gestione (c).
1134. Manifesta, et notoria non indigent probationibus (d).
1135. Manu militari decreta judicum nonnunquam impleri oportet (e).
1136. Masculinus sexus continet faemininum (f).

---

sic. — Procuratoribus institutis, et post contestatam litem dominis effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales inimicitiae, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam invitis his, transferri lis potest.

Vide L. 14. L. 21. ff. mandat. L. 6. §. 17. ff. de excusat. tutor. L. 20. ff. mand. L. 10. et 23. ff. eod.

(a) *Fluit ex L. 7. Cod. de transact. ubi sic.* — Transactionis placitum ab eo interpositum, cui causae actionem, non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuae derogavit (1).

(1) Concorda virtualmente con l'art. 1880 comma 2. delle LL. CC. ove per gli atti di alienazione, è di cui una specie la transazione, il mandato debb'esser espresso.

(b) *Extat in L. 26. ff. mand. in princ. ubi sic.* — Inter causas omittendi mandati etiam mors mandatoris est: nam mandatum solvitur morte: si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicitur. Iulianus quoque scripsit, mandatoris morte solvi mandatum, sed obligationem aliquando durare (2).

Vide §. 10. Instit. eod. L. 18. in princ. ff. eod. L. 15. C. mand.

(2) Concorda con gli art. 1880 e 1881 LL.CC.

(c) *Extat in L. 58. in princ. ff. mandati. ubi sic.*—Si praecedente mandato Titium defenderas, quamvis mortuo eo, cum hoc ignorares, ego puto mandati actionem adversus haeredem Titii competere, quia mandatum morte mandatoris non etiam mandati actio solvitur. Quod si sine mandatu defensionem suscepisti: negotium quodammodo defuncti gerere institueras, et quemadmodum, si illum liberasses, competeret tibi negotiorum gestorum actio: ita potest dici, et haeredem ejus eadem actione teneri (3).

(3) Concorda con l'art. 1327. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 7. C. de accusat. ubi sic.* — Ea quidem, quae per officinm Praesidibus denunciantur, et citra solemnia accusationum posse perpendi, incognitum non est: verum si falsis nec ne notoriis insimulatus sit, perpenso judicio dispici debet.

Vide L. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog.

(e) *Fluit ex L. 3. in princ. ff. Ne vis ei fiat. ubi sic.* — Si quis missus fuerit in possessionem fideicommissi servandi causa, et non admittatur: potestate ejus inducendus est in possessionem, qui eum misit: aut si quis volet uti Interdicto, consequens erit dicere, Interdictum locum habere. Sed melius erit dicere, extra ordinem ipsos jure suae potestatis exsequi oportere decretum suum, nonnumquam etiam per manum militarem (4).

(4) Concorda con l'art. 635. L. pr. civ. per lo braccio, che la forza pubblica deve prestare a richiesta dell'uffiziale ministeriale.

(f) *Extat in L. 1. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Verbum hoc, si quis, tam masculos, quam faeminas complectitur.

Et in L. 195. ff. eod. ubi sic. — Pronunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumque plerumque porrigitur.

Vide L. 3. §. 1. de negot. L. 3. §. 1. de homin. lib. exhib. L. 16. ff. de jur. fisc. L. 7. §. 1 ff. de jurisd. L. 62. in fin. L. 65. §. 6. ff. de legat. 3. L. 46. ff. de legat. 2. L. 60. et 79. ff. de legat. 3.

1137. Mater semper certa, pater ex nuptiis apparet (a). Materfamilias dicitur, quae est notae auctoritatis (b).

1138. Materiam saepe superat opus (c).

1139. Matri interdum liberorum educatio defertur potius, quam patri (d).

1140. Matri ab intestato succedunt aeque omnes filii ex diversis matrimoniis (e).

1141. Matrimonium facit consensus non concubitus (f). Eadem mulier duobus simul nupta esse nequit (g).

1142. Matrimonium stat, quod patre cogente factum est (h). Ubi matrimonium non est, nec dos esse potest (i).

(a) *Extat in L. 5. ff. de in jus vocando. ubi sic.*—Quia (*mater*) semper certa est, etiamsi vulgo conceperit: pater vero is est, quem nuptiae demonstrant (1).
Vide L. 16. ff. de his, qui sui.

(1) Concorda l'art. 234. LL. CC. comma 1.

(b) *Extat in L. 3. §. 6. in fine. ff. de liber. exhib. ubi sic.*—Cum audis matremfamilias, accipe notae auctoritatis faeminam.

(c) *Fluit ex L. 13. §. 1. ff. de verb. signi ubi sic.* — Res abesse videtur, ut Sabinus ait, et Pedius probat, etiam hae, quarum corpus manet, forma mutata est (2).

(2) Concorda con l'art. 496. LL. CC.

(d) *Extat in L. 3. §. 5. ff. de liberis exhib. ubi sic.* — Etiam si maxime autem probet filium pater in sua potestate esse: tamen causa cognita, mater in retinendo eo potior erit; idque decretis Divi Pii quibusdam continetur: obtinuit enim mater ob nequitiam patris, ut sine deminutione patriae potestatis apud eam filius moretur (3).
Vide L. 1. §. 3. ff. eod. Vid. tit. ubi pupill. educ.

(3) Concorda con l'art. 232. LL. CC.

(e) *Extat in L. 4. ff. ad SC. Tertillianum. ubi sic.* — Matris intestatae defunctae haereditatem ad omnes ejus liberos pertinere, etiam si ex diversis matrimoniis nati fuerint, juris est (4).
Vide L. 4. in fin. C. de secund. nupt. Novell. 22. c. 29.

(4) Concorda con l'art. 667. LL. CC.

(f) *Extat in L. 30. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nuptias non concubitus, sed consensus facit (5).
Fluit haec regula ex L. 15. in fin. ff. de condit. et demonstr. L. 8. in princ. L. 11. in princ. C. de repud. Novell. 22. c. 3. adde L. 8. C. de incestis.

(5) Concorda con l'art. 153. LL. CC.

(g) *Extat in §. 6. Instit. de nupt. ubi sic.*—Adfinitatis quoque veneratione a quarumdam nuptiis abstinere necesse est, ut ecce, privignam, aut nurum uxorem ducere non licet, quia utraeque filiae loco sunt. Quo ita scilicet accipi debet, si fuit nurus, aut privigna tua. Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc filio tuo nupta est, alia ratione uxorem eam ducere non poteris, quia eadem duobus nupta esse non potest (6).
Vide L. 18. in princ. C. ad L. Jul. de adult.

(6) Concorda con l'art. 155. LL. CC.

(h) *Extat in L. 22. ff. de ritu nuptiar. ubi sic.* — Si patre cogente ducit uxorem, quam non duceret, si sui arbitri esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur: maluisse hoc videtur.

(i) *Extat in §. 12. Instit. de nuptiis, ubi sic.* — Si adversus ea, quae diximus, aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intelligitur (7).
Vide L. 1. in princ. ff. unde vir. et uxor.

(7) Argomento dall'art. 1348. LL. CC.

1143. Matrimonii votum ex natura est liberorum procreatio (a).
1144. Matrimonia debent esse libera (b).
1145. Matris iratae facta professio fidem non facit (c).
1146. Media via eligi potest (d).
1147. Media tempora non nocent (e).
1148. Meliorationes, id est, impensas utiliter factas in fundo locato conductor repetit (f).
1149. Meliorationes repetit emptor evictus bonae fidei possessor (g).
1151. Meliorationes repetit haeres fideicommissarius (h): non legatarius conditionalis (i).

(a) *Fluit ex L. 220. ff. de verb. sign. §. 3. in princ. ubi sic.*—Praeter haec omnia natura nos quoque docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo, et voto uxores ducunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt contineri etc.

(b) *Fluit ex L 134. in princ. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Titia quae ex alio filium habebat, in matrimonium coit Gajo Sejo habenti filiam, et tempore matrimonii consenserant, ut filia Gaii Seji filio Titiae desponderetur, et interpositum est instrumentum, adjecta poena, si quis eorum nuptiis impedimento fuisset: postea Gajus Sejus constante matrimonio diem suum obiit, et filia ejus noluit nubere. Quaero an Gaii Seji haeredes teneantur ex stipulatione? Respondit, ex stipulatione, quae proponeretur, cum non secundum bonos mores interposita sit, agenti exceptionem doli mali obstaturam, quia inhonestum visum est, vinculo poenae matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta.

Vide L. 19. ff. eod. L. 71. §. 1. ff. de condit, et demonstr. L. 4. C. de nuptiis.

(c) *Extat in L. 29. §. 1. ff. de probat. ubi sic.* — Mulier gravida repudiata, filium enixa absente marito, ut spurium, in actis professa est. Quaesitum est, an is in potestate patris sit, et, matre intestata mortua, jussu ejus haereditatem matris adire se possit, nec obsit professio a matre irata facta? Respondit, veritati locum superfore.

(d) ***Fluit ex §. 7. Instit. quib. ex caus. manum. in hisce verbis.*** — Ideo nos mediam quodammodo viam eligentes etc.

(e) *Extat in L. 6. §. 2. ff. de haered. instit. ubi sic.* — Solemus dicere, media tempora non nocere, ut puta, civis Romanus haeres scriptus est, viro testatore, factus peregrinus, mox civitatem Romanam pervenit media tempora non nocent.

Vide L. 49. §. 1. et L. 50. in princ. ff. eod. §. 4. vers. med. Instit. de haered. diff. et qual.

(f) *Vide supra. — Aphor. 821.*

(g) *Extat in L. 38. ff. de rei vindic. in princ. ubi sic.* — In fundo alieno, quem imprudens emeras, aedificasti, aut conseruisti, deinde evincitur: bonus judex varie ex personis, causisque constituet. Finge et dominum eadem facturum fuisse: reddat impensam, ut fundum recipiat, usque eo dumtaxat, quo pretiosior factus est, et si solus pretii fundo accessit, solum quod impensum est (1).

(1) Concorda con l'art. 1480. LL. CC.

(h) *Extat in L. 58. ff. de legat. 1. ubi sic.*—Domus haereditarias exustas, et haeredis nummis exstructas, ex causa fideicommissi post mortem haeredis restituendas, viri boni arbitratu sumptuum rationibus deductis, et aedificiorum aetatibus examinatis, respondi (2).

(2) Concorda con l' art. 960 LL. CC.

(i) *Extat in L. 61. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Sumptus autem in reficienda domo necessarios a legatario factos, petenti ei legatum, cujus postea conditio extitit, non esse reputandos existimavi.

1151. Meliorationes non repetit empytheuta morosus (a).

1152. Meliorem quis agrum sic facere debet, ne illum vicini deteriorem faciat (b).

1153. Melius est rem habere, quam in personam agere (c).

1154. Melius est intacta jura servare, quam vulnerata causa remedium quaerere (d).

1155. Melius est plerumque litem contestari, quam non (e). Melius est pauca tuto agere, quam multa cum periculo (f).

1156. Mens dicentis potentior, quam vox, tamen nemo sine voce dixisse existimatur (g).

(a) *Extat in L. 2. C. de jure emphitheut. ubi sic.* — In emphytheuticariis contractibus sancimus, si quidem aliquae pactiones in emphytheuticis instrumentis fuerint conscriptae; easdem et in omnibus aliis capitulis observari, et de rejectione ejus, qui emphytheusim suscepit, si solitam pensionem; vel publicarum functionum apochas non praestiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum. Sed per totum triennium neque pecunias solverit, neque epochas domino tributorum reddiderit, volenti ei licere eum a prediis emphytheuticariis repellere, nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quae emponemata dicuntur, vel poena opponenda (1).

Vide idem in Perez. Cod. dicto tit. n. 21. eum sit fundus datus ad meliorandum.

Vide tamen contra ex Decis. 110. de Franchis. Argum. L. 55. §. 1. L. 61. et L. penult. ff. loc. ut placet Ioanni Voet. in Pandect. Tit. Si ager vestigalis n. 52. et aliis ab eo citatis (2).

(1) Abrogato dall'art. 1703. LL. CC.

(2) Concorda con il cit. art. 1703. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 3. §. 2. ff. de rivis. ubi sic.* — Si quis novum canalem vel fistulas in rivo velit collocare cum id nunquam habuerit; utile ei hoc interdictum futurum Labeo ait, nos et hic opinamur, utilitatem ejus, qui ducit sine incommoditate ejus, cujus ager est, spectandam (3).

Vide etiam L. 1. §. 2. ff. de aqua.

(3) Concorda con gli art. 583. 595. 597. 622. e 623. LL. CC.

(c) *Extat in L. 204. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Minus est actionem habere, quam rem.

Immo vide L. 15 ff. eod.

(d) *Extat in L. 5. circ. finem. C. in quib. caus. in integr. rest. ubi sic.*—Melius etenim est, intacta eorum (*minorum*) jura servari, quam post causam vulneratam remedium quaerere.

(e) *Extat in L. 86. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non; sed plerumque melior.

Et in L. 87. ff. eod. ubi sic. — Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit.

Fluunt hae regulae ex L. 58. ff. de obl. et act. L. 29. ff. de novat.

(f) *Extat in Novell. 44. cap. 1. §. 3. ubi sic.* — Et non fingant tabelliones occasiones per aegritudinem forte discedentes, aut occupationes hujusmodi: licebit enim eis, si quid tale fuerit, evocare eos, qui contrahunt, et per se causam complere: promde haec; quae contingunt raro, non impedimentum facient universis, eo quod nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit, licet aliquid sit valde justissimum, tamen suscipere quandam solicitam dubitationem: sed nec quaestus eorum minores fieri per hoc, propter contrahentium frequentiam occasionem habentes: cum *melius sit pauca agere caute, quam multis interesse periculose.*

(i) *Extat in L. 7. §. 2. in fin. ff. de supellect. legat. ubi sic.* — Sed etsi magnopere me Tuberonis, et ratio, et aucto-

1157. Meretrici quod datur non repetitur (a).

1158. Metu factum ratum non habetur (b). Metum non probat adversarii dignitas (c).

1159. Metus accipitur majoris molitatis, non vanus timor (d); etiam si terror fit in persona liberorum (e).

1160. Metus non facile praesumitur (f). Metus est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio (g).

1161. Meum est, quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo (h). Cum judicatur rem meam esse simul judicatur alterius non esse (i).

---

ritas movet : non tamen a Servio dissentio, non videri quemquam dixisse, cujus non suo nomine usus sit : nam et si prior, atque potentior est, quam vox, mens dicentis : tamen nemo sine voce dixisse existimatur, nisi forte et eos, qui loqui non possunt, conatu ipso, et sono quodam καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ id est inarticulata voce dicere existimamus.

Vide L. 12. in fin. L. 117. in fin. ff. de legat. 1. L. 34. in fin. ff. de legat. 2. L. 69. in fin. ff. de legat. 3. L. 19. in princ L. 102. §. 2. ff. de condit. et demonstr. L. 23. in fin. C. de legat. L. 16. C. de fideicom.

Vide supra. — Aphor. 450.

(a) *Extat in L. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. caus. ubi sic.* — Sed quod meretrici datur repeti non potest, Labeo, et Marcellus scribunt; sed nova ratione, non ea, quod utrius turpitudo versatur, sed solius dantis : ita enim turpiter facere, quod sit meretrix : non turpiter accipere, cum sit meretrix.

(b) *Extat in L. 1. ff. quod metus causa ubi sic.* — Ait Praetor, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo. Olim ita edicebatur, quod vi, metusve causa: vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam voluntati: metus instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatione sed postea detracta est vis mentio ; ideo, quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur (1).

Vide L. 21. §. 1. ff. eod.

Vide L. 116. in prin. ff. de r. j. L. 9. C. de contrah. stipulat.

(1) Concorda con gli art. 1065. e 1066. e 1067. LL. CC.

(c) *Extat in L. 6. C. de his quae vi ubi sic.* — Ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet : unde intelligis, quod ad metum arguendum, per quem dicis initum esse contractum, senatoria dignitas adversarii tui sola non est idonea.

Immo vide L. 11. C. eod.

(d) *Extat in L. 5. ff. quod. metus causa ubi sic.* — Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed majoris malitatis (2).

Vide etiam L. 6. 7. 8. ff. eod.

(2) Concorda col cit. art. 1067. LL. CC.

(e) *Extat in L. 8. §. 3. ff. quod metus. causa. ubi sic.* — Haec, quae diximus ad Edictum pertinere, nihil interest, in se quis veritus sit, an in liberis suis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur (3).

Vide L. 7. circ. med. princ. C. de curator. furios. §. ult. Instit. de noxat. action.

(3) Concorda col cit. art. 1067. LL. CC.

(f) *Argum. L. 23. ff. quod. metus. causa.*

(g) *Vide L. 1. ff. quod metus causa in Aphor. 1158.*

(h) *Extat in L. 49. ff. de rei vindit. ubi sic.* — Solum, partem esse aedium existimo, nec alioquin subjacere uti mare navibus. §. 1. Meum est quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo.

Vide L. 12. §. 3. ff ad exhibend.

(i) *Extat in L. 40. ff. de Procur. §. 2. in fin. ubi sic.* — Nam cum judicatur rem meam esse, simul judicatur illius non esse.

Vide L. 30. § 1. vers. cum autem. ff. de except. rei jud.

1162. Miles non potest donare focariae suae (a).

1163. Minor sine tutoris auctoritate adquirere potest, non alienare (b): neque se obligare (c).

1164. Minor in integrum non restituitur in eo, quod fecit in minori aetate, et major factus ratum habuit (d), nec in delictis (e); nec si major factus probaverit testamentum (f); nec si falso se majorem adseveraverit (g); nec si injuriarum judicium semel omiserit (h).

(a) *Extat in L. 2. C. de donat. inter vir. et uxor. ubi sic.* — Si ancillam nummis tuis comparatam esse Praesidi provinciae probaveris, donationisque causa focariae tuae nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante jure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen meos a focariis suis hac ratione, fictisque adulationibus spoliari nolo.

(b) *Extat in L. 11. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Pupillus quantum ad adquirendum, non indiget tutoris auctoritate (1): alienare vero nullam rem potest, nisi praesente tutore auctore, (2) et ne quidem possessionem, quae est naturalis, ut Sabinianis visum est, quae sententia vera est.

Vide § 2. *Instit. quib. alien. licet. L. 9. ff. de auct. tutor. in princ.*

(1) Vedi l'art. 859. LL. CC. ove la donazione fatta ad un minore non emancipato debb'esser accettata dal suo tutore previa l'approvazione del consiglio di famiglia.

(2) Vedi l'art. 1078. LL. CC. che vieta a' minori di contrattare, e l'art. 380. d. LL. che vieta anche ai loro tutori di alienare.

(c) *Extat in d. L. 9. in princ. ff. de auctor. tutor. ubi sic.* — Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest (3): adquirere autem sibi stipulando, et per traditionem accipiendo, etiam sine tutoris auctoritate potest: sed credendo obligare sibi non potest; quia sine tutoris auctoritate nihil alienare potest.

(3) V. il cit. art. 380. LL. CC. che vieta anche ai tutori di ipotecare gl'immobili de'loro minori. Vedi l'eccezioni negli art. 1262. à 1266 d. LL.

(d) *Extat in L. 3. §. 1. in princ. ff. de minor. ubi sic.* — Si quis cum minore contraxerit, et contractus inciderit in tempus, quo major efficitur, utrum initium spectamus, an finem? et placet, ut est constitutum, si quis major factus comprobaverit, quod minor gesserat, restitutionem cessare.

Et in L. 2. C. si major factus. ubi sic. — Qui post vigesimum quintum annum aetatis ea, quae in minore aetate gesta sunt, rata habuerint, frustra rescissionem eorum postulent (4).

Vide L. 1. C. eod.

(4) Concorda con il cit. art. 1265. LL. CC.

(e) *Extat in L. 9. §. 2. circ. med. ff. de minor. ubi sic.* — Et placet in delictis minoribus non subveniri, nec hic itaque subvenietur (5).

Vide L. 37. §. 1. ff. eod. L. 23. ff. de furtis.

(5) Vedi la nota all' aforismo 61.

(f) *Extat in L. 30. ff. de minor. ubi sic.* — Si filius emancipatus contra tabulas non accepta possessione, post inchoatam restitutionis quaestionem, legatum ex testamento patris major vigintiquinque annis petiisset: liti renunciare videtur: cum et si bonorum possessionis tempus largiretur: electo judicio defuncti, repudiatum beneficium Praetoris existimaretur.

Adde L. 20. in fin. ff. eod. L. 7. C. de his. qui accusare.

(g) *Extat in L. 2. C. si minor. se major. dix ubi sic.* — Si is, qui minorem nunc se esse adseverat, fallaci majoris aetate mendacio te deceperit: cum juxta statuta juris errantibus, non etiam fallentibus minoribus publica jura subveniant, in integrum restitui non debet (6).

Vide L. 32. ff. de minor.

(6) Abrogato dall'art. 1261. LL. CC.

(h) *Extat* 37. *in princ. ff. de*

1165. Minor sine tutore, vel curatore condemnari nequit (a). Masculus minor post decimum quartum annum completum, foemina post decimum secundum annum testari possunt (b).

1166. Minor summa inest majori (c).

1167. Minoribus non committitur reipublicae administratio (d).

1168. Minoribus dissipantibus pecuniam mutuatam, denegatur actio creditori adversus eos (e).

1169. Minoribus datur fructus morae ex ipsa re non tradita (f).

1170. Minus petens in judicio non laeditur; ideoque judex ad veram quantitatem respicere debet (g).

---

minor. ubi sic. —Auxilium in integrum restitutionis executionibus poenarum paratum non est: ideoque injuriarum judicium semel omissum repeti non potest (7).

(7) Concorda in generale con l'art. 44. Leg. proc. pen.

(a) *Extat in L. 45. §. 2. ff. de re judic. ubi sic.* — Contra indefensos minores tutorem, vel curatorem non habentes nulla sententia proferenda est (1).

Vide L. 6. C. quom. et quand. judex.

(1) Concorda con l'art. 373. LL. CC. ove in generale è disposto; che il minore in tutti gli atti civili viene rappresentato dal suo tutore.

(b) *Extat in L. 5. ff. qui testam. facere poss. in princ.* ubi sic.* — A qua aetate testamentum vel masculi vel faeminae facere possunt, videamus? Verius est in masculis quidem quartum decimum annum spectandum in faeminis vero duodecimum completum (2).

(2) Vedi l'art. 819. LL. CC. ove il minore (sia maschio sia femina giusta l'art. 311. d. LL.) che non è giunto agli anni 16, non può in verun modo disporre, salva l'eccezione nel cap. ix. tit. ii. Dopo però gli anni 16. può disporre fino alla metà di ciò, che può disporre il maggiore art. 820. d. LL.

(c) *Fluit ex L. 1. §. 4. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Si stipulanti mihi decem, tu viginti respondeas, non esse contractam obligationem nisi in decem constat. Ex contrario quoque si me viginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio nisi in decem non erit contracta: licet enim oportet congruere summam, attamen manifestissimum est, viginti et decem inesse.

Vide L. 28. §. 5. ff. de pactis. L. 32. in fine ff. de condict. indebiti.

(d) *Extat in L. 8. in princ. ff. de muner. et honor. ubi sic.* —Ad Rempublicam administrandam ante vigesimum quintum annum, vel ad munera, quae non patrimonii sunt, vel honores, admitti minores non oportet: denique nec decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt etc.

Vide L. 6. §. 1. L. 11. ff. de decurion. L. 2. in princ. ff. de vacat. L. 2. in fin. ff. de jure immun. L. 2. in fin. ff. de reg. jur. L. 8. C. quando provocare non est necess. Excipe L. 3. §. 10. ff. de munerib. et honor.

(e) *Argumento L. 3. §. 9. ff. de in rem verso* (3).

(3) Argomento in senso contrario dell'art. 1266. LL. CC.

(f) *Extat in L. 26. §. 1. in fin. ff. de fideicom. libert. ubi sic.* —Certe minoribus viginti quinque annis et in hoc tribuendum esse auxilium, ut videatur in re mora esse: nam qua ratione decretum, et a Divo Severo constitutum est, in re moram esse circa pecuniaria fideicommissa, quae minoribus relicta sunt, multo magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti (4).

Vide L. 5. ff. de minor. L. 3. C. in quib. caus. in integr. rest. necess.

(4) Concorda con l'art. 397. LL. CC. comma 1.

(g) *Extat in L. 1. §. 3. C. de plus. petit. ubi sic.* — Si vero quis minus, quam re vera sit, taxaverit suam litem, nec ad hoc respiciat judex, sed in veram quantitatem calculum ferat.

Et in L. 2. §. 1. Cod. eod. ubi sic.— Qui autem minus petit in judicio, in nullo laeditur.

Vide §. 34 Instit. de act.

1171. Minus licet, cui plus licet (a). Minus in dubio debetur (b).

1172. Mobilis res nunquam pro diviso possideri potest (c): res mobilis usucapitur, non praescribitur (d).

1173. Mobilis est statua affixa basi, nec est aedis; ornatus enim aedis causa paratur (e).

1174. Mobilis res triennio usucapitur (f).

1175. Mobilis res prius distrahenda, inde res soli (g).

1176. Modus non curatur, dummodo effectus habeatur (h).

(a) *Extat in L. 21. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

Adde L. 25. 110. in princ. L. 163. 165. ff. eod.

Fluit regula ex L. 11. §. 3. ff. ad leg. Jul. de adult. L. 2. C. ne fidejuss. vel mandat. dot. Vide tamen L. 65. in fin. ff. de judiciis. L. 7. §. 3. ff. de reb. eor.

(b) *Argum. leg. 39. §. 6. in fin. ff. de legatis 1.*

(c) *Extat in L. 8. in fine ff. de rei vindic. ubi sic.* — Quae distinctio neque in re mobili, neque in haereditatis petitione locum habet: nunquam enim pro diviso possideri potest (1).

Vide L. 19. in princ. ff. commun. divid.

(1) Argomento dall'art. 1095. LL. CC.

(d) *Extat in L. 2. C. in quib. caus. cessat. long. temp. praescript.* — In servorum proprietatis negotio cum usucapio locum habeat, ad quaestionem longi temporis praescriptionis superfluo pervenitur.

Immo vide L. 3. ff. de divers. tempor. praescript.

(e) *Extat in L. 245. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Statuae affixae basibus structilibus, aut tabulae relegatae catenis, aut erga parietem adfixae, aut si similiter cohaerent lychni, non sunt aedium: ornatus enim aedium causa parantur, non quo aedes perficiantur (2).

Immo vide L. 12. §. 23. ff. de instruct.

(2) Vedi l'art. 448. LL. CC. comma 4. ove le statue si reputano immobili, quando sono collocate in una nicchia formata per esse espressamente non ostante che possono levarsi senza rottura, o deteriorazione.

(f) *Extat in L. unic. circ. med. C. de usucap. transform. ubi sic.* — Et eam duximus esse corrigendam: ut si quis alienam rem mobilem, seu semoventem in quacumque terra, sive in Italica, sive provinciali bona fide continuum triennium detinuerit, is firmo jure eam possideat, quasi per usucapionem eam acquisitam (3).

(3) Concorda con l'art. 2185. LL. CC. anche per le cose mobili perdute, o rubate.

(g) *Extat in L. 15. §. 2. ff. de re judic. ubi sic.* — In venditione itaque pignorum captorum facienda, primo quidem res mobiles, animalia pignori capi jubent, mox distrahi: quarum pretium si suffecerit, bene est: si non suffecerit, etiam soli pignora capi jubent, et distrahi: quod si nulla moventia sint, a pignoribus soli initium faciunt (4) etc.

(4) Concorda in quanto ai beni de' minori con l'art. 2107. LL. CC.

(h) *Fluit ex L. 5. C. de donat. quae sub. modo ubi sic.* — Si quid mater filiae suae in potestate patris constitutae sub hac conditione, si fuerit intra biennium emancipata, donaverit; licet hoc matris voluntate sui juris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto, sui juris quocumque modo effecta, ad similitudinem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, vel vindicare potest.

Vide L. 3. C. de instit. et substit.

1177. Modus possidendi consistit in jure, modus tenendi possessionem consistit in corpore (a).

1178. Modus in legatis adscriptus pro conditione habetur (b). Modus contractui adjectus illum non suspendit, et quisquis modum cogitur adimplere (c). Modus insertus favore solius accipientis non reddit actum modalem, sed liberum (d).

1179. Momentum non est in consideratione (e).

1180. Monstruosa pro liberis non habentur (f).

1181. Mora perpetuat obligationem (g).

(a) *Fluit ex L. 10. C. de adquir. vel retin. posses. ubi sic.* — Nemo ambigit, possessionis duplicem esse rationem, aliam, quae jure consistit: aliam, quae corpore: utramque autem ita demum esse legitimam, cum omnium adversariorum silentio, et taciturnitate firmatur: interpellatione vero, et controversia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione, et causa in judicium deducta, super jure possessionis vacillet, ac dubitet.
Vide L. 26. ff. de rei vind. L. 2. in fin. L. 10. ff. de praescript. long. temp.

(b) *Extat in L. 1. C. de his, quae sub. modo ubi sic.* — In legatis quidem, et fideicommissis etiam modus adscriptus pro conditione observatur. Sed si per te non stat, quominus voluntati testatoris pareas, sed per eum, cui nubere jussa es, quominus, id, quod tibi relictum est, obtineas, non oberit.
Vide L. 8. §. 1. vers. idem. ff. de condit. instit. L. 21. §. 3. ff. de annuis legat. L. 71. §. 1. L. 108. ff. de condit. et demonstr. Vide tamen L. 17. §. 2. L. 44. ff. de manumiss. test.
Vide quid sit modus. in L. 17. §. ult. ff. de condit. et demonstr.

(c) *Fluit ex L. 41. in princ. ff. de contr. empt. ubi sic.* — Cum ab eo, qui fundum alii obligatum habebat, quidem sic emptum rogasset, ut esset is sibi emptus, si eum liberasset, dummodo ante Kalendas Iulias liberaret: quaesitum est, an utiliter agere possit ex empto in hoc, ut venditor eum liberaret? respondit videamus quid inter ementem, et vendentem actum sit: nam si actum est, ut omni modo intra Kalendas Iulias venditor fundum liberaret, ex empto erit actio ut liberet, nec sub conditione emptio facta intelligetur: veluti si hoc modo emptor interrogaverit, erit mihi fundus emptus, ita ut cum intra Kalendas Iulias liberes, vel ita ut eum intra Kalendas a Titio redimas. Si vero sub conditione facta emptio est, non poterit agi, ut conditio impleatur.

(d) *Fluit ex L. 13. §. 2. ff. de donat. inter vir. et uxor. ubi sic.* — Cum quis acceperit, ut in suo aedificet condici ei id non potest, quia magis donari ei videtur. Quae sententia Neratii quoque fuit: ait enim, datum ad villam extruendam vel agrum serendum quod alioqnin facturus non erat is, qui accepit, in speciem donationis cadere etc.

(e) *Argum. L. ult. in fin. C. de bonis. quae liberis.*

(f) *Extat in L. 14. ff. de statu hominum ubi sic.* — Non sunt liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur, veluti si mulier monstrosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliavit, aliquatenus videtur effectus, et ideo inter liberos connumerabitur.
Vide L. 3. in fin. C. de posthum. haered. instit. L. 135. et 38. ff. de verb. sig.

(g) *Fluit ex L. 5. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Quod te mihi dare oporteat, si id postea perierit, quam per te factum erit, quominus id mihi dares, tuum fore id detrimentum constat. Sed cum quaeratur, an per te factum sit, animadverti debebit, non solum in potestate tua fuerit, nec ne, aut dolo malo feceris, quominus esset, vel fuerit, necne: sed etiam si aliqua justa causa sit, propter quam intelligere deberes te dare oportere (1).
Extat in L. 91. ff. de verb. oblig. §. 3. ubi sic. — Sequitur videre de eo, quod

1182. Mora judicii cursum usurarum non impedit (a).
1183. Mora modici temporis non consideratur in jure (b).
1184. Mora sua cuique debet esse nociva (c).
1185. Mora ultima nocet (d).
1186. Mora rei principalis fidejussori nocet (e). Surripiens statim est in mora (f).

---

veteres constituerunt, quotiens culpa intervenit debitoris, perpetuari obligationem, quemadmodum intelligendum sit. Et quidem si effecerit promissor, quominus solvere possit, expeditum intellectum habet constitutio: si vero moratus sit tantum: haesitatur an, si postea in mora non fuerit, extinguatur superior mora? Et Celsus adolescens scribit, eum, qui moram fecit in solvendo Sticho, quem promiserat posse, emendare eam moram postea offerendo: esse enim hanc quaestionem de bono et aequo, in quo genere plerumque sub auctoritate juris scientiae perniciose, inquit, erratur. Et sane probabilis haec sententia est, quam quidem et Iulianus sequitur: nam dum quaeritur de damno, et par utriusque causa sit, quare non potentior sit, qui teneat, quam qui persequitur?

Vide L. 73. ff. eod. in fin. Vide L. 82. ff. de v. ob.

(1) Concorda con l'art. 1092. LL. CC. comma 2. ed argomento in senso contrario degli art. 1148. e 1256. d. LL.

(a) *Extat in L. 35. ff. de usur. ubi sic.* — Lite contestata usurae currunt.

Et in L. 90. ff. de verb. obl. ubi sic. — Cum stipulati sumus pro usuris legitimis poenam in singulos menses, si sors soluta non sit, etiam si sortis obligatio in judicium sit deducta, adhuc tamen poena crescit, quia verum est, pecuniam solutam non esse (2).

(2) Argomento dagli art. 754. e 899. L. pr. civ. e dall'art. 202. leg. sulla espropriazione de' 29 dicembre 1828.

(b) *Extat in L. 21. ff. de judiciis ubi sic.* — Si debitori meo velim actionem edere, probandum erit, si fateatur se debere, paratumque dicat solvere, audiendum eum, dandumque diem cum competenti cautela ad solvendam pecuniam; neque enim magnum damnum est in mora modici temporis. Modicum autem tempus hic intelligendum est, quod post condemnationem reis indultum est.

Vide L. 7. ff. de in integr. restit.

(c) *Extat in L. 173. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Unicuique sua mora nocet: quod et in duobus reis promittendi observatur (3).

Vide etiam L. 155. in princ. ff. eod.

Fluit regula ex L. 5. ff. de reb. cred. L. 12. in fin. ff. depos. L. 3. §. pen. et ultim. ff. de act. empt. L. 33. §. 3. et ult. ff. de usuris. L. 14. ff. de jure dot. L. 39. §. 1. vers. ipsius. L. 47. in fin. ff. de legat. 1. L. 78. §. 2. L. 84. ff. de legat. 2. L. 18. in princ. ff. ad SC. Trebell. L. 12. ff. de aqua. L. 127. in fin. ff. de verb. obl. Vide tamen L. 88. ff. de verb. obl.

(3) Argomento dall'art. 1337. LL. CC.

(d) *Argum. L. 26. et 9. ff. solut. matrim.*

(e) *Extat in L. 88. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Mora rei fidejussori quoque nocet (4). Sed si fidejussor servum obtulit, et reus moram fecit, mortuo stico fidejussori succurrendum est etc.

Vide L. 49. ff. eod. L. 24. §. 1. ff. de usur. L. 44. ff. de oper. libert. L. 16. in fin. L. 58. in fin. ff. de fidejuss.

(4) Argomento dall' art. 1158. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 7. C. de condict. ob. turp. caus. ubi sic.* — Eum, qui ob restituenda, quae abegerat, pecora, pecuniam accepit: tam hanc, quam ea; quae per hoc commissum tenuit: restituere debere convenit, licet mortua, vel alio fortuito casu periisse dicantur, cum hoc casu in rem mora fiat.

Vide L. 6. C. eod. L. 8. §. 1. L. ult. ff. de condict. furtiv.

1187. Moram fecisse videtur, qui litigare maluit, quam restituere (a).

1188. Mores facultatibus praeferendi (b).

1189. Morte extincto crimine sine litis contestatione, et condemnatione secuta nulla quaestio superest (c). Mors est casus fortuitus (d).

1190. Mortui in bello in perpetuum vivere censentur (e).

1191. Motus reverentia patris in aliquid peragendo filius excusatur (f).

1192. Mulcta differt a poena, quia pecuniaria est (g).

1193. Mulier familiae suae est caput, et finis (h). Mulier est sagax (i). Mulier non potest esse alterius defensor (k). Mulier turpis ex testamento militis nihil capit (l).

(a) *Extat in L. 82. §. 1. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Si post moram promissoris homo decesserit, tenetur nihilominus, proinde ac si homo viveret: et hic moram videtur fecisse, qui litigare maluit, quam restituere.

(b) *Extat in L. 21. §. 5. ff. de tutor. et curator. datis ubi sic.* — Cum reliquis oportet Magistratum, et mores creandorum investigare; neque facultates enim, neque dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio, vel voluntas, et benigni mores.

(c) *Extat in L. 20. in princ. ff. de accusat. ubi sic.* — Ex judiciorum publicorum admissis non alias transeunt adversus haeredes poenae bonorum ademptionis, quam si lis contestata, et condemnatio fuerit secuta: excepto repetendarum, et majestatis judicio, quae etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur.

Vide supra. — Aphor. 327.

(d) *Argum. L. 36. ff. de judiciis. L. 19. C. de pactis.*

(e) *Extat in princ. Instit. de excusat. tutor. ubi sic.* — Sed si in bello amissi sunt, quaesitum est an prosint? Et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur: hi (1) enim, qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.

Vide L. 18. ff. de excusat. L. ult. ff. de vacat. muner.

(1) Concorda con l'art. 358. LL. CC.

(f) *Extat in L. 4. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini (2).

Fluit regula ex L. 26. §. 1. ff. de pignor. L. 12. ff. de sponsal. L. 22. ff. de ritu nupt.

(2) Vedi l'art. 1068. LL. CC. ove il solo timore riverenziale verso il padre, la madre, o altri ascendenti, senza che vi sia concorsa una violenza di fatto, non basta per annullare il contratto.

(g) *Extat in L. 31. §. 1. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Inter multam autem, et poenam, multum interest: cum poena generale sit nomen omnium delictorum coercitio: multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est (3).

(3) Concorda con gli art. 29. 30. 36. e 39. leg. pen.

(h) *Extat in L. 195. §. fin. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Mulier autem familiae suae et caput, et finis est.

(i) *Fluit ex L. 2. §. 1. C. de his qui veniam aetatis, ubi sic.*—Foeminas quoque, quas morum honestas, mentisque solertia commendat, cum octavum et decimum annum egressae fuerint, veniam aetatis impetrare sancimus etc.

(k) *Extat in L. 18. C. de procur. ubi sic.* — Alienam suscipere defensionem virile est officium, et ultra sexum muliebrem esse constat.

Vide L. 54. ff. de procur. L. 4. C. de procur.

(l) *Extat in L. 41. §. 1. ff. de testam. militis. ubi sic.* — Mulier, in qua turpis suspicio cadere potest, nec ex testamento

1194. Mulier nupta incola est ejusdem viri civitatis (a).
1195. Mulieri luxoriose viventi bonis interdici potest (b).
1196. Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur (c).
1197. Mulieris fecunditas plerumque cessat anno quinquagesimo (d).
1198. Multa judicis arbitrio relinquenda (e).
1199. Multa facta tenent, quae fieri prohibentur; et multa impediunt facienda, quae non impediunt jam facta (f).
1200. Munus pubblicum est officium privato collatum in rem omnium (g).
1201. Munus pubblicum est administratio sine dignitate (h). Honor est administratio cum dignitate (i).
1202. Mutata forma prope interimit substantiam rei, et ea est, quae dat esse rei, et rem conservat in esse (k).

---

militis aliquid capere potest, ut Divus Hadrianus rescripsit.

Vide L. 14. ff. de his, quae ut indignis.

(a) *Extat in L. 38. §. 3. ff. ad Municipal. ubi sic.* — Item rescripserunt, mulierem quamdiu nupta est, incolam ejusdem civitatis videri, cujus maritus ejus est, et ibi unde originem trahit, non cogi muneribus fungi (1).

Vide L. 22. §. 1. ff. eod. L. unic. C. de mulierib. et in quo loco: immo vide. L. 4. C. de municipib.

(1) Concorda con gli art. 113. e 203. LL. CC.

(b) *Extat in L. 15. in princ. ff. de curator. furios. ubi sic.* — Et mulieri, quae luxuriose vivit, bonis interdici potest.

(c) *Extat in L. 13. in princ. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur.

Vide L. 81. §. 1. ff. de legat. 3. L. 25. §. 9. ff. de auro.

(d) *Fluit ex L. 21. ff. de act. empt. ubi sic.* — Si sterilis ancilla sit, cujus partus venit, vel major annis quinquaginta, cum id emptor ignoraverit, ex empto tenetur venditor.

Vide etiam L. 12. C. de legit. haeredib.

(e) *Argumento legis 135. §. 2. ff. de verb. oblig. in fine ubi sic.* — Quod omne ad judicis cognitionem remittendum est (2).

(2) Concorda con gli art. 290. comma 2. art. 1273. LL. CC. ed altri.

(f) *Argum. legis. 8. ff. de his qui sui, et leg. 46. ff. de judiciis. Vide glossam Accurs. ad L. 124. ff. de reg. jur. quae apud. Accurs. est. n. 167.*

(g) *Extat in L. 239. ff. de verb. sign. §. 3. ubi sic.* — Munus publicum est officium privati hominis ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio Magistratus extraordinarium pervenit.

(h) *Extat in 14. §. 1. ff. de munerib. ubi sic.* — Munus aut publicum, aut privatum est. Publicum munus dicitur, quod in administranda Republica cum sumptu sine titulo dignitatis subimus.

(i) *Fluit ex L. 15. ff. de munerib. ubi sic.* — Et si filium pater decurionem esse voluit: tamen defuncto, honores, qui filio decurioni congruentes post mortem patris obtigerunt, ad onus cohaeredis filii non pertinent, cum ei decurioni sufficientes facultates pater reliquerit.

(k) *Extat in L. 9. §. 3. ff. ad exhib. ubi sic.* — Sed si quis rem deteriorem exhibuerit, aeque ad exhibendum eum teneri, Sabinus ait. Sed hoc ibi utique verum est, si dolo malo in aliud corpus res sit translata: veluti si ex scypho massa facta sit, quamquam enim massam exhibeat, ad exhibendum tenebitur: nam mutata forma prope interemit substantiam rei (3).

Vide L. 6. §. 1. ff. de auro, et argent. legat.

(3) Vedi i casi di cambiamenti di forma di due cose unite insieme, art. 491. e seguenti LL. CC.

1203. Mutata res in pristinum statum redire nequit (a).

1204. Mutuans dominus esse debet rei mutuo datae (b).

1205. Mutui datio consistit in rebus, quae numero, pondere, et mensura constant, et restituuntur ejusdem generis, et qualitatis (c).

1206. Mutus, si habet intellectum, intervenire potest in contractu, ubi praesentia opus est (d).

(a) *Vide casus. in L. 83. §. 5. ff. de verb. obl.* (1)

(1) Vedi l' art. 498. LL. CC. ove si può domandare la separazione di due materie, quando l' una non può esser considerata come materia principale dell'altra.

(b) *Extat in L. 2. §. 4. ff. de reb. credit. ubi sic.*—In mutui datione oportet dominum esse dantem, nec obest, quod filiusfamilias, ut servus, dantes peculiares nummos, obligant: id enim tale est, quale si voluntate mea tu des pecuniam: nam mihi actio adquiritur, licet mei nummi non fuerint.

(c) *Extat in L. 1. §. 2. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Mutui autem datio consistit in his rebus, quae pondere, numero, mensurâve constant; veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi ejusdem generis, et qualitatis (2). *Vide L. 2. §. 1. de reb. cred.*

(2) Concorda con gli art. 1764. a 1769. LL. CC.

(d) *Extat in L. 124. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubi non voce, sed praesentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo, hic quidem et respondere potest (3).
Fluit regula ex L. 48. ff. de obl. et act.

(3) Vedi l'art. 860. LL. CC. ove il sordo e muto, che sappia scrivere, può accettare egli stesso, o col mezzo di procuratore una donazione: se poi non sappia scrivere, dovrà farsi l'accettazione da un curatore speciale nominato.

NA

1207. atura dissolvit eodem modo, quo res colligata est (a). **1208.** Natura communis est (b). Naturam fallere grave est (c). **1209.** Naturali jure omnes homines aequales sunt (d). Naturali vitio parcitur (e).
1210. Naturalis ratio tacita lex est (f).
1211. Naturalis origo attendi debet, non id, quod ultra incidit (g).
1212. Naturaliter obligatur, qui debet ex jure gentium (h).
1213. Natus post sextum mensem pro legitimo habetur (i).
1214. Necessaria praetermittere nocet, non vero apponere superflua (k).

(a) *Extat in L. 35. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur (1).

Vide L. 100. 153. ff. eod.

Fluit regula ex L. 80. ff. de solut. L. 1. C. quando liceat. ab empt. Nov. 140. c. 1. §. 1. et ult. Instit. quib. mod. toll. obl. Vide tamen. L. 8. in princ. C. de repud.

(1) Concorda con l'art. 1088. LL. CC.

(b) *Vide casus in L. 12. §. 4. in fine ff. de accusat. ubi sic dicitur* — Sed cum natura communis est, similiter et in eos animadvertetur.

(c) *Vide casus in L. 33. in fin. C. de inoff. testam.*

(d) *Extat in L. 32. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur: non tamen et jure naturali; quia quoad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt.

Fluit regula ex L. 12. in fin. ff. de accus. Instit. de libertinis in princ.

(e) *Argum. L. 24. §. 2. circ. med. ff. de damno infect.*

(f) *Extat in L. 7. in princ. ff. de bonis. damnator. ubi sic.* — Cum naturalis ratio, quasi lex quaedam tacita liberis parentum haereditatem addiceret, velut ad debitam successionem eos vocando etc.

Et in L. 7. §. 1. ff. si tabulae. testam. nullae extab. ubi sic. — Non parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur haereditas: parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit; liberos naturae simul, et parentum commune votum.

Vide L. 36. §. ult. C. de inoff. test. Nov. 1. in princ. § ult. L. 50. §. 2. in fin. de bon. libert. L. 26. ff. si quis. omiss. caus. test.

(g) *Argum. legis. 3. in princ. ff. de tutelis.*

(h) *Fluit ex L. 84. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus.

(i) *Extat in L. 12. ff. de statu hominum. ubi sic.* — Septimo mense nasci perfectum partum, jam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis: et ideo credendum est, eum qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse (2).

Vide L. 3. §. 12. ff. de suis, et legit.

(2) Concorda col numero di 300. giorni indicato nell'art. 234. comma 2. LL. CC. per impugnarsi la qualità di padre.

(k) *Extat in L. 17. C. de testamentis. ubi sic.* — Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit, cum superflua non noceant. Namque necessaria praetermissa imminuunt contractus, et testatoris officiunt voluntati, non abundans cautela.

Vide L. ult ff. de donat. L. 32. §. 6. ff. de auro. L. 26. in fin. ff. de adim. vel transfer. legat. L. 65. in princ. ff. de verb. oblig. L. 94. ff. de reg. jur.

1215. Necessitas non habet legem (a). In necessitatibus nemo liberalis existit (b). Necessitate recepta non sunt exemplo (c).

1216. Negans non tenetur probare (d). Negans potest aliis uti exceptionibus, nisi lex impediat (e). Qui de uno negat, de aliis concedere videtur (f).

1217. Negationes duae aequivalent uni affermationi (g).

1218. Negligentia magna est culpa, culpa magna dolus est (h).

Negligeutia unius alteri non debet nocere (i). Negligentia cum negligentia compensatur (k).

(a) *Argum. leg. unic. ff. de off. consul. L. 10. ff. de excus. tutor. L. 5. ff. de offic. Proconsul* (1).

(1) Concorda con l'art. 62. leg. pen. e con gli art. 1801. 1806. 1826. LL. CC.

(b) *Extat in L. 18. in princ. ff. de adim. vel transf. legat. ubi sic.* — Rem legatam si testator vivus alii donaverit, omnimodo extinguitur legatum, nec distinguimus utrum propter necessitatem rei familiaris, an mera voluntate donaverit, ut si necessitate donaverit, legatum debeatur, si nuda voluntate, non debeatur; haec enim distinctio in donantis munificentiam non cadit; cum nemo in necessitatibus liberalis existat.

Vide L. 29. in princ. ff. de donat.

(c) *Extat in L. 162. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

Fluit haec regula ex L. 5. in princ. ff. de haered. petit. L. 27. ff. de manum. testam. L. 31. C. de sacros. Eccles. L. 1. et 2. C. de patrib. qui filius L. 14. et 15. ff. de legib.

(d) *Extat in L. 2. ff. de probat. ubi sic.* — Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.

Vide L. 23. C. eod.

(e) *Extat in L. 43. ff. de reg. jur. in princ. ubi sic.* — Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur, etiam alia defensione uti, nisi lex impedit.

Fluit regula ex Novell. 18. c. 8. in fine.

(f) *Fluit ex L. 12. ff. de judiciis in princ. ubi sic.* — Cum Praetor unum ex pluribus judicare vetat, caeteris id committere videtur.

(g) *Extat in L. 237. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Duobus negativis verbis, quasi permittit lex magis, quam prohibuit, idque etiam Servius animadvertit.

(h) *Extat in L. 226. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Magna negligentia culpa est (2). magna culpa dolus est.

Vide etiam L. 213. ff. eod. L. 29. in princ. ff. mandat. L. 223. ff. de verb. sign. L. 1. §. 1. ff. si mensor. falsum. mod. L. 32. ff. depos. L. 22. §. 3. ff. ad SC. Trebell L. 8. §. 3. ff. de precario. L. 1. §. 5. ff. de obl. et act. L. 1. §. 2. ff. Si is qui testam. liber. L. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar.

(2) Concorda con gli art. 1336. e 1337. LL. CC.

(i) *Fluit ex L. 3. in princ. ff. de transact. ubi sic.* — Imperatores Antoninus, et Verus ita rescripserunt: Privatis pactionibus non dubium est, non laedi jus caeterorum. Quare transactione, quae inter haeredem, et matrem defuncti facta est, neque testamentum rescissum videri posse, neque manumissis, vel legatariis actiones suae ademptae. Quare quidquid ex testamento petunt, scriptum haeredem convenire debent: qui in transactione haereditatis, aut cavit sibi pro oneribus haereditatis, aut si non cavit, non debet negligentiam suam ad alienam injuriam referre (3).

Vide L. 65. in fine ff. de evict.

(3) Vedi però l'eccezioni nell'art. 1338. LL. CC. per coloro, che son tenuti al fatto delle persone, delle quali debbon rispondere.

(k) *Extat in L. 10. in princip. ff. de compensat. ubi sic.* — Si ambo socii parem negligentiam societati adhibuimus, dicendum est, desinere nos invicem esse obligatos ipso jure compensatione negligentiae

1219. Negligentiam in officio suo quisque adhibere non debet (a).

1220. Negligentiae non subvenitur (b).

1221. Negotiorum gestor tenetur de dolo, et culpa (c); etiam levissima, si modo alius diligentius negotia administraturus esset (d): interdum de dolo tantum (e), non de casu fortuito (f).

1222. Negotiorum gestor tenetur de omissis, si ea debuit facere (g); nec habet actionem de inutilibus gestis (h).

---

facta. Simili modo probatur, si alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam exhibuerit, quae eadem quantitate aestimatur, compensationem factam videri, et ipso jure invicem liberationem.

(a) *Fluit ex L. 3. C. de offic. Praefecti Praetoriorum Orientis. ubi sic.*—Si quos judices, vel propter adversam, et longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse repererit: his ab administratione remotis, et vice eorum aliis subrogatis, furibusque poenis legitimis subactis, ad nostrae mansuetudinis sententiam non crimina, sed vindicta referatur.

Vide L. 14. in fin. ff. de officio Praesidis (1).

(1) Vedi gli art. 219. e 238. leg. pen. ove anzi è punita la trascuraggine dolosa nell'impiego.

(b) *Extat in L. 16. ff. ex quib. caus. major. ubi sic.* — Non enim negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis. Totumque istud arbitrio Praetoris temperabitur, id est, ut ita demum restituat, si non negligentia, sed temporis angustia non potuerunt litem contestari.

Vide L. 24. in fin. ff. quae in fraud. credit.

(c) *Extat in 12. in princ. ff. de negot. gestis. ubi sic.* — Si negotia absentis, et ignorantis geras, et culpam, et dolum praestare debes (2).

Vide L. 20. vers. secundum quae. C. eod. L. 24. C. de usuris. L. 23. ff. de r. j.

(2) Vedi l'art. 1326. LL. CC. ove il gestor di negozio è sottoposto a tutte le obbligazioni che risulterebbero da un espresso mandato. Vedi pure l'art. 1328. d. LL. ove si richiede nel medesimo tutta la cura di un buon padre di famiglia, salve le moderazioni secondo le circostanze.

(d) *Extat in §. 1. in fin. Instit. de obligat. quae ex quasi contr. ubi sic.* — Sicut autem is, qui utiliter gessit negotia, dominum habet obligatum negotiorum gestorum; ita et contra iste quoque tenetur, ut administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, si modo alius diligentior eo commodius administraturus esset negotia (3).

Vide etiam supra. — Aphor. 720.

(3) Vedi il cit. art. 1328. LL. CC.

(e) *Extat in L. 3. §. 9. ff. de negot. gest. ubi sic.* — Interdum in negotiorum gestorum actione Labeo scribit dolum solummodo versari: nam si affectione coactus, ne bona mea distrahantur, negotiis te meis obtuleris: aequissimum esse, dolum dumtaxat te praestare: quae sententia habet aequitatem (4).

(4) Vedi il cit. art. 1328. LL. CC.

(f) *Vide supra. — Aphor. 719.*

(g) *Extat in L. 6. §. 12. ff. de neg. gest. ubi sic.* — Videamus in persona ejus, qui negotia administrat, si quaedam gessit, quaedam non: contemplatione tamen ejus alius ad haec non accessit, etsi vir diligens; quod ab eo exigimus, etiam ea gesturus fuit: an dici debeat, negotiorum gestorum eum teneri, et propter ea, quae non gessit? Quod puto verius (5) etc.

Vide L. 10. C. eod.

(5) Concorda virtualmente con gli art. 1326. e 1327. LL. CC.

(h) *Fluit ex L. 10. §. 1. circ. fin. ff. de neg. gest. ubi sic.* — Sed istam sententiam Celsus eleganter deridet: is enim negotiorum gestorum (inquit) habet actionem qui utiliter negotia gessit: non autem utiliter negotia gerit, qui in rem non neces-

1223. Negotiorum gestor si ignorans emat rem domini, usucapere potest adversus eum (a).

1224. Negotiorum gestor tenetur ad usuras, et ei debentur usurae ex circumstantiis (b).

1225. Negotiorum gestor imputare sibi debet, quod indebitum solvit (c).

1226. Negotiorum gestor mortuo domino incohata explicat, nova non incohat (d).

1227. Negotiorum gestori eventus malus non nocet (e).

1228. Negotiorum gestorum actione uti nequit, qui pietatis causa quid impendit (f).

1229. Nemini frustratio sua prodesse debet (g).

---

sariam, vel quae oneratura est patremfamilias adgreditur (6).

Vide L. pen. in fin. ff. in quib. caus. pign. vel hypotheca.

(6) Concor. in senso contrario con l'art. 2328. LL. CC.

(a) *Fluit ex L. 19. §. 3. ff. de negot. gest. ubi sic.* — Cum me absente negotia mea gereres, imprudens rem meam emisti, et ignorans usucepisti, mihi negotiorum gestorum, ut restituas, obligatus non es: sed si antequam usucapias, cognoscas rem meam esse: subjicere debes aliquem, qui a te petat meo nomine, ut et mihi rem, et tibi stipulationem evictionis committat: nec videris dolum malum facere in hac subjectione: ideo enim hoc facere debes, ne actione negotiorum gestorum tenearis.

Vide L. 24. §. 2. ff. de liberal. causa.

(b) *Extat in L. 19. §. 4. ff. de negot. gest. ubi sic.* — Non tantum sortem, verum etiam usuras ex pecunia aliena perceptas negotiorum gestorum judicio praestabimus: vel etiam quas percipere potuimus. Contra quoque usuras, quos praestavimus vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia impendimus, servabimus negotiorum gestorum judicio (1).

Et in L. 45. ff. eod. in princ. ubi sic. — Quae utiliter in negotia alicujus erogantur, in quibus est etiam sumtus honeste ad honores per gradus pertinentes factus: actione negotiorum gestorum peti possunt.

Vide L. 31. §. 3. et 37. §. 1. ff. eod. L. 20. C. eod. L. 13. et 14. C. de usur. L. 18. Cod. de negot. gest. L. 37. ff. de usuris.

(1) Concorda rimessivamente con gli articoli 1326. a. comma e 1868. LL. CC.

(c) *Extat in L. 23. ff. de negot. gestis. ubi sic.* — Si quis negotia aliena gerens indebitum exegerit, restituere cogitur: de eo autem, quod indebitum solvit magis est, ut sibi imputare debeat.

(d) *Extat in L. 21. §. 2. ff. de negot. gest. ubi sic.*—Si vivo Titio, negotia ejus administrare coepi; intermittere mortuo eo non debeo: nova tamen incohare necesse mihi non est: vetera explicare, ac conservare necessarium est, ut accidit, cum alter ex sociis mortuus est: nam quaecumque prioris negotii explicandi causa geruntur; nihilum refert, quo tempore consumentur, sed quo tempore incoharetur (2).

(2) Concorda con l'art. 1327. LL. CC.

(e) *Extat in L. 10. §. 1. ff. de negot. gest. ubi sic.* — Is autem, qui negotiorum gestorum agit, non solum si effectum habuit negotium, quod gessit, actione ista utetur, sed sufficit si utiliter gessit, et si effectum non habuit negotium etc.

Vide L. 10. C. eod.

(f) *Fluit ex L. 27. §. 1. ff. de negot. gest. ubi sic.* — Titium, si pietatis respectu sororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere respondi.

Vide L. 11. 15. C. eod. L. 34. ff. eod. L. 14. §. 7. ff. de religios.

(g) *Fluit ex L. 37. in fine ff. mandati circ. med. ubi sic.* — Aliter in stipulatione servatur nam tunc id tempus spectatur, quo agitur; nisi forte, aut per permissorem steterit, quominus suo die solveret, aut per creditorem, quominus acciperet: etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet.

1230. Nemo potest propria auctoritate sibi jus dicere; id experiri debet in judicio (a).

1231. Nemo potest partim testatus, partim intestatus decedere (b).

1232. Nemo potest in reficienda sua domo officere juribus vicini (c).

1233. Nemo judex in causa propria (d).

1234. Nemo potest dare tutorem cuiquam, nisi ei, quem in suis haeredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset (e).

1235. Nemo gravatur onere alieno (f).

1236. Nemo potest mutare causam suae possessionis (g).

1237. Nemo persequendo deteriorem, sed meliorem conditionem facit (h).

1238. Nemo de domo sua extrahi debet (i).

1239. Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod praestiterit (k).

(a) *Extat in L. 176. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi (1).

Fluit regula ex L. 7. ff. ad L. Iul. de vi priv. L. ult. ff. eod. L. 13. ff. quod metus causa L. 7. C. unde vi. Vide tamen. L. 10. §. 16. ff. quae in fraudem. L. 3. §. 9. ff. de vi L. 54. C. de decurion.

(1) Concorda per argom. con l'art. 168. leg. pen.

(b) *Extat in L. 7. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ius nostrum non patitur eumdem in pagenis, et testato) et in testato decessisse: earumque rerum naturaliter inter se pugna est (testatus et intestatus) (2).

Vide §. 5. Instit. de haered. instit. L. 15. in fin. de inoff. testam.

(2) Abrogato secondo gli art. 928. 930. 965. 958. LL. CC.

(c) *Vide supra. — Aphor. 484.*

(d) *Extat in L. 51. ff. de recept. qui arbitr. ubi sic.* — Si de re sua quis arbiter factus sit, sententiam dicere non potest, quia se facere jubeat, aut petere prohibeat; neque autem imperare sibi, neque se prohibere quisquam potest.

Vide L. 40. in fin. ff. de fideicom. libertat.

Vide supra. — Aphor. 963.

(e) *Extat in L. 73. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis haeredibus, cum moritur habuit, habiturusve esset, si vixisset (3).

Fluit regula ex L. 1. ff. de testam. tutela. §. penult. Instit. de tutelis.

(3) Concorda con l'art. 319. LL. CC.

(f) *Extat in L. 5. C. de legit. tutela, ubi sic.* — Nemo neque frater, neque alius legitimus in tutelam sive ingenui, sive liberti vocetur, antequam quintum et vigesimum suae aetatis annum impleat. Immineat enim cuique pro sua tantummodo administratione periculum, ne alieno onere alius praegravetur etc.

(g) *Extat in L. 23. C. locato ubi sic.* —Ad probationem rei propriae, sive defensionem, non sufficit locatio ei facta, qui post de dominio coeperit contendere: cum inscientia domini proprii, et errantis nullum habeat consensum; sed ex eventu, si victus fuerit, contractus locationis non constitisse magis declaratur: nemo enim sibi jure possessionem mutare potest (4).

Vide L. 2. et 7. C. de praescript. 30. vel 40. ann. L. 3. §. 19. ff. de acquir. vel amitt. poss. L. 5. C. eod. L. 33. §. 1. ff. de usurp.—Perez. in Cod. de jure emphyth. n. 24. in fine.

(4) Concorda con l'art. 2146. LL. CC.

(h) *Extat in L. 87. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit.

Vide supra. — Aphor. 1155.

(i) *Vide supra. — Aphor. 485.*

(k) *Extat in L. 171. ff. de reg. jur.*

1240. Nemo rem suam utiliter stipulatur (a).

1241. Nemo alieno nomine jure agere potest (b).

1242. Nemo, ex suo delicto meliorem conditionem facere, et fructum capere potest (c).

1243. Nemo se debet locupletari cum aliena jactura (d).

1244. Nemo ad impossibilia tenetur, nec obligatur (e).

1245. Nemo potest esse obligatus apud eundem pro se ipso (f).

1246. Nemo sibi eam legem dicere potest a qua discedere non possit (g).

1247. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet (h).

---

ubi sic. — Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod praestiterit.

Fluit regula ex L. 11. §. 2. de aqua.

(a) *Extat in L. 82. in princ. ff. de verb. oblig. ubi sic.*—Nemo rem suam utiliter stipulatur, sed praetium rei suae non inutiliter: sane rem meam mihi restitui recte stipulari videor.

Vide L. 29. §. 1. ff. eod. L. 1. §. 10. ff. de obl. et act. Instit. §. 2. de inutil. stipul.

(b) *Extat in L. 123. ff. de reg. jur. in princ. ubi sic.* — Nemo alieno nomine lege agere potest (1).

Fluit regula ex Instit. de iis, per quos agere. L. 8. in princ. ff. de inoff. test. L. 5. in princip. ff. si ususfruct. petat.

(1) Concorda con l'art. 1073. LL. CC. Eccettuati i casi negli art. 1119. e 1120. LL. CC.

(c) *Extat in L. 134. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo ex suo delicto meliorem conditionem facere potest.

Fluit regula ex L. 31. ff. de recept. et qui arbitr. L. 26. §. 4. et 6. ff. ex quib. caus. major. L. 9. et 17. in princ. ff. de noxalib. L. 3. §. 11. ff. ad exhib. L. 6. §. ult. ff. mandat. L. 10. §. 1. ff. soluto matrim. L. 1. §. 14. L. 15. de tut. et rat. distr. L. 12. §. 1. ff. de furtis. L. 30. C. de transact.

(d) *Extat in L. 206. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Iure naturae aequum est, neminem cum alterius detrimento, et injuria fieri locupletiorem.

Fluit regula ex L. 14. ff. de condict. indebit. L. 16. ff. de servit. praed. rustic. L. 13. ff. commun. praedior. L. 17. §. 4. in fin. ff. de institor. L. 12. §. 1. ff. de distract. pignor. L. 2. §. 10. ff. ne quid in loco publ.

(e) *Vide supra. — Aphor. 830.*

(f) *Extat in L. 21. §. 3. ff. de fidejussor. ubi sic.*—Quod si stipulator reum haeredem instituerit, omnimodo fidejussoris obligationem peremit, sive civilis, sive tantum naturalis in reum fuisset; quoniam quidem nemo potest apud eundem pro ipso obligatus esse.

Vide L. 71. in princ. ff. eod.

(g) *Extat in L. 22. in princ. ff. de legat. 3. ubi sic.* — Si quis in principio testamenti adscripserit, cui bis legavero, semel deberi volo: postea eodem testamento, vel codicillis sciens saepe eidem legaverit: suprema voluntas potior habetur: nemo enim eam sibi potest legem dicere, ut a priore ei recedere non liceat.

Vide L. 7. §. 8. ff. de donat. inter. vir. et uxor.

(h) *Extat in L 54. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet.

Vide L. 120. ff. eod.

Fluit regula ex L. 20. ff. de adquir. rer. dom. Excipe §. 42. et §. 43. instit. de rer. divis. §. ult. Instit. de usucap. L. 2. C. de commun. rer. alien. §. ult. Instit. de offic. jud. L. 46. ff. de adquir. rer. domin. L. 22. C. de admin. tutor.

1248. Nemo potest plus juris habere, quam suus auctor habuit (a). Nemini leges ludibrio esse debent (b).
1249. Nemo ad poenam sui corporis obligări potest; seu nemo videtur dominus membrorum suorum (c).
1250. Nemo prohibetur utili actione praescriptis verbis agere, deficiente propria actione, vel exceptione (d).
1251. Nemo sibi ipsi obligari potest (e).
1252. Nemo debet quis firmiter adseverare, quod ignorat (f).
1253. Nemo potest vindicare rem ab eo, qui per exceptionem vindicantem repellere potest (g).
1254. Nemo ex sua liberalitate damnum sentire debet (h).
1255. Nemo praesumitur fraudare eos, qui sciunt, et consentiunt (i).
1256. Nemo obligatur ex alterius contractu (k).

(a) *Extat in L. 120. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo plus commodi haeredi suo relinquit, quam ipse habuit.
Vide L. 54. et 59. L. 160. §. ult. L. 175. §. 1. ff. eod.

(b) *Fluit ex L. 8. §. circ. princ. 6. C de bonis quae liber. ubi sic.*—Non autem filio damus licentiam, si in integrum restitutionem petat, respuendam credens esse haereditatem, adhuc minoribus curriculis instantibus, iterum per aliam restitutionem adire praefatam haereditatem, ne ludibrio legis ei fiant, saepius eandem et amplecti, et respuere haereditatem cupienti etc.

(c) *Extat in L. 13. in princ. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Liber homo, suo nomine utilem Aquiliae habet actionem: directam enim non habet; quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur.

(d) *Extat in L. 21. ff. praescr. verb. ubi sic.* — Quotiens deficit actio, vel exceptio, utilis actio, vel exceptio est.

(e) *Fluit ex L. 11. circ. med. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Denique Iulianus, non insubtili ratione motus, patrem, cujus filius haeres institutus est, extero quidem, habita ratione legis falcidiae, restituere haereditatem respondit: quoniam ex persona filii teneretur: ipsi vero filio, non admissa Falcidia, quoniam ex persona sua sibi filius obligari non posset; ac pater non ut haeres, sed ut pater, rogari videtur.

(f) *Extat in L. 13. §. 3. ff. de actionib. empt., et vend. ubi sic.* — Quid tamen, si ignoravit quidem furem esse, adseveravit autem bonae frugi, et fidum, et caro vendidit? Videamus, an ex empto teneatur? Et putem, teneri: atqui ignoravit: sed non debuit facile, quae ignorabat, adseverare. Inter hunc igitur, et qui scit, interest: qui scit, praemonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam iudicationem.

(g) *Vide infra. — Aphor. 1585.*

(h) *Fluit ex L. 18. §. 3. ff. de donat. ubi sic.* Labeo ait, si quis mihi rem alienam donaverit, inque eam sumptus magnos fecero, et sic evincatur, nullam mihi actionem contra donatorem competere: plane de dolo posse me adversus eum actionem habere, si dolo fecit.
Vide tamen L. 2. C. de evict.

(i) *Extat in L. 145. ff. de regul. jur. ubi sic.* — Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt.
Fluit regula ex L. 1. §. 33. ff. depositi. L. 1. in. fin. ff. de action. empt. L. 1. in fin. ff. quod. fals. tutor. L. 34. C. de transact.

(k) *Vide infra. — Aphor. 1703.*

1257. Nemo et de facto proprio, dubitare sed certus esse debet (a).
1258. Nepotes in privilegiis personalibus non continentur nomine filiorum (b). Item et in rebus odiosis (c).
1259. Neque velle, neque nolle in pupillo est (d).
1260. Nihil est tam naturale quam aliquid dissolvere eodem modo, quo colligatum est (e).
1261. Nihil interest quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur (f).
1262. Nihil est tam contrarium consensui, quam vis, atque metus (g).
1263. Nocet habenti jus duplex id quod uno jure amisit, sed prodest quod alio jure habet (h).
1264. Nolle non videtur, qui facere non potest (i).
1265. Nomina rerum ex communi usu exaudiri debent (k).

(a) *Fluit ex L. 46. ff. de adquir. vel omitt. haered. ubi sic.* — Cum falsum testamentum diceretur: si quidem ipse haeres accusaretur; quoniam certus esse debeat, se falsum non fecisse; recte adibit haereditatem: sin autem alius argueretur citra conscientiam ejus, non potest adire: quasi dubitet verum esse testamentum.
Vide L. 34. ff. eod. in princ.

(b) *Argum. L. 6. §. 3. C. ad SC. Trebellian.*

(c) *Argum. L. 12. C. de natural. liber.*

(d) *Extat in L. 189. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Pupillus nec velle; nec nolle in ea aetate, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur; nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est (1).
Fluit regula ex L. 43. ff. de obl. et act. L. 1. §. ult. ff. commod.

(1) Vedi l'art 1078 LL. CC. ove non in generale, ma in espressi casi della legge i minori son incapaci di contrattare. Ne' reati vedi la distinzione portata negli art. 65. e seg. leg. pen.

(e) *Vide supra. Aphor. 1207.*

(f) *Extat in L. 112. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nihil interest quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.
Fluit regula ex L. 7. §. 8. ff. de dolo malo. L. 7. §. 14. ff. quib. ex caus. in possess. L. 1. §. 10. ff. ad SC. Turpill.

(g) *Extat in L. 116. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nihil consensui tam contrarium est qui ac bonae fidei judicia sustinet, quam vis, atque metus, quem comprobare contra bonos mores est (2).
Fluit regula ex L. 1. et 21. §. 1. ff. quod. metus causa. L. 9. C. de contrah. stipul. L. 13. Cod. de transact.

(2) Concorda con l'art. 1063. LL. CC.

(h) *Extat in L. 42. in princ. ff. de bonis libertor. ubi sic.* — Filius, qui patri haeres extitit, fratrem exhaeredatum adrogavit, atque ita haerede eo relicto defunctus est; bonorum possessione libertum patris naturalis exhaeredatus non habebit: nam cui non exhaeredato talis adoptio noceret, nocere debet exhaeredato, quoniam poena, quae legibus, aut edicto irrogaretur, adoptionis remedio non obliteratur. Paulus notat: ei, qui alio jure venit, quam eo, quod amisit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest, quod habet: sic dictum est, patrono, eodemque patronae filio non obesse, quod quasi patronus deliquit, si ut patronae filius venire possit.

(i) *Extat in L. 4 ff. de adquir. vel omitt. haered. ubi sic.* — Nolle adire haereditatem non videtur, qui non potest adire.

(k) *Extat in L. 7. §. 2. ff. de supell. legat. ubi sic.* — Servius fatetur, sententiam ejus, qui legaverit, aspici oportere, in quam rationem ea solitus sit referre:

1266. Nomina hominum sunt mutabilia, rerum vero immutabilia (a).

1267. Nomina dumtaxat inventa sunt ad res significandas, si indubitabili signo eas demonstraverint (b).

1268. Nomina comparata sunt publico consensu ad recognoscendos singulos (c).

1269. Nominatim id exprimitur, quando de eò dubitari nequit (d).

1270. Non habere videtur, vel nostrum non est, quod nobis avelli potest (e).

1271. Non licet actori, quod reo licitum non est (f).

1272. Non capitur, qui jus publicum sequitur (g).

1273. Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice fit (h).

1274. Non verbis, sed rebus leges imponuntur (i).

1275. Non datur, quod non fit accipientis (k).

Verum si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere esset (ut puta escarium argentum, aut penulas, et togas) supellectili quis adscribere solitus sit: non idcirco existimari oportere, supellectili legata ea quoque contineri: non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere.

(a) *Extat in L. 4. in princ. vers. rer. ff. de legat. 1. ubi sic.*—Rerum enim vocabula immutabilia sunt: hominum mutabilia.

Vide L. unic. C. de mutat. nomin.

(b) *Fluit ex L. 9. §. 8. ff. de haer. instit. ubi sic.* — Si quis nomen haeredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstraverit, quod pene nihil a nomine distat, non tamen eo, quod contumeliae causa solet addi, valet institutio.

(c) *Et in L. 10. C. de ingenuis ubi sic.* — Ad recognoscendos singulos nomina comparata, publico consensu, ob celandos natales ingenuis, si mutentur, minime nocet etc.

Vide L. 9. C. de liberal. caus. et §. 29. Instit. de legat.

(d) *Fluit ex L. 2. ff. de lib. et posth. ubi sic.* — Nominatim exhaeredatus filius et ita videtur, filius meus exhaeres esto, si nec nomen ejus expressum sit, si modo unicus sit: nam si plures sunt filii, benigna interpetratione potius a plerisque respondetur, nullum exhaeredatum esse.

Vide in Accurs. summarium hujus. leg.

(e) *Extat in L. 139 ff. de reg. jur. §. 1. ubi sic.* — Non videtur perfecte cujusque id esse, quod ex causa auferri potest.

Fluit regula ex L. 82. in princ. ff. de legat. 1.

(f) *Extat in L. 41. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

Fluit regula ex L. 17. et 25. ff. de procur.

(g) *Extat in L. 116. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sie* — Non capitur, qui jus publicum sequitur.

Fluit regula ex L 11. ff. de minor. L. ult. C. de in integrum restitutione.

(h) *Extat in L. 176. ff. de reg. jur. ubi sie.* — Non est singulis concedendum quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi.

Vide supra. — Aphor. 1230.

(i) *Extat in L. 2. in fin. C. comm. de legat. ubi sie.* — Nos enim non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus.

Vide L. 3. C. de liber. praeter. L. 1. C. de latin. libert. L. 3. §. 9. ff. de adim. vel transfer. legat. L. 9. C. quae rei pignori.

(k) *Extat in L. 167. ff. de reg. jur. in*

1276. Non fatetur, sed non negat, qui tacet (a).
1277. Non fatetur, qui errat in facto, nisi jus ignoraverit (b).
1278. Non videtur rem amittere is, cui propria non fuit (c).
1279. Non potest plus esse in accessione, quam in re principali (d).
1280. Non videtur desiisse habere, qui nunquam habuit (e).
1281. Non videtur vim facere, qui suo jure utitur (f).
1282. Non videtur quis sponte abdicare jus suum, nec proicere sua velle (g).
1283. Non alienat, qui omittit possessionem (h).
1284. Non repudiamus, quod habere non possumus (i).
1285. Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri (k).
1286. Non sunt sumenda arma a manu rei (l). Non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona (m).

---

princ. ubi sic. — Non videntur data, quae eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

Fluit regula ex L. ult. ff. de condict. causa data. L. 75. in fin. ff. de verb. oblig. §. 14. Instit. de action.

Vide supra — Aphor.365.

(a) *Extat in L. 142. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Qui tacet non utique fatetur; sed tamen verum est eum non negare.

(b) *Extat in L. 2. ff. de confess. ubi sic.* — Non fatetur, qui errat, nisi jus ignoravit.

Vide L. 57. ff. de obl. et action.

(c) *Extat in L. 83. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit.

Vide L. 208. ff. eod.

Vide tamen L. 38. in fin. ff. ad L. Aquil.

(d) *Extat in §. 5. Instit. de fidejussor. ubi sic.* — Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in principali re....

(e) *Extat in L. 208. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit.

Vide L. 83. et 174. ff. eod.

Fluit reg. ex L. 5. ff. de injust. rupt. L. 96. in princ. de condit. et demonstr. L. 13. ff. de suis. L. 116. ff. de verb. obl. L. 19. ff. quemadm. servit. amitt.

(f) *Extat in L. 155. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non videtur vim facere, qui suo jure utitur, et ordinaria actione experitur.

Vide L. 55. 151. ff. eod.

Fluit regula ex L. 12. in fin. ff. de vi.

(g) *Extat in L. 25. in princ. vers. qui enim. ff. de probat. ubi sic.* — Qui enim solvit nunquam ita resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, ut indebitas effundat.

(h) *Vide supra — Aphor. 72.*

(i) *Extat in L. 174. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.

Fluit regula ex L. 12. in princ. L. 18. ff. de adquir. vel omitt. haer.

(k) *Extat in L. 63. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.

Fluit regula ex L. 21. et 24. in princ. ff. de usuris.

(l) *Extat in L. 5. Cod. de edendo. ubi sic.* — Non est novum, eum, a quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, ut fides rei constare possit.

Vide L. 6. C. eod. L. 19. ff. ad exhib.

(m) *Argum. L. 9. Cod. de sacros. Eccles. Vide gloss. ibid.*

1287. Non oportet laudando augeri malitiam (a).

1288. Non videtur res reddi, quae deterior redditur (b).

1289. Non omnium, quae a majoribus nostris instituta sunt, ratio reddi potest (c).

1290. Non dum existit, quod pendet (d). Non praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum (e).

1291. Nostrum sine facto nostro ad alium transferri non potest (f). Nostrum est, quod ex re nostra fit (g).

1292. Nova lex quamvis pendeat de futuro, trahitur tamen ad praeterita, si de praeterito locum habeat (h).

1293. Novandi praesumptio non oritur lege (i).

1294. Novare non intelligitur, qui fidejussorem recipit (k).

(a) *Extat in L. 1. §. 4. ff. de serv. corrupt. ubi sic.* — Sed utrum ita demum tenetur, si bonae frugi servum perpulit ad delinquendum, an vero et si malum hortatus est, vel malo monstravit, quemadmodum faceret? Et est verius etiam si malo monstravit, in quem modum delinqueret, teneri eum. Imo et si erat servus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus, hic vero laudator hujus propositi extitit, tenetur: non enim oportet laudando augeri malitiam.

(b) *Extat in L. 14. in princ. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Labeo, et Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura, videri rem abesse, quoniam earum pretium non in substantia, sed in arte sit positum.

Et in L. 3. §. 1. ff. commodati. ubi sic. — Si reddita quidem sit res commodata, sed deterior reddita, non videbitur reddita, quae deterior facta redditur, nisi quod interest, praestetur: proprie enim dicitur res non reddita, quae deterior redditur.

Vide L. 1. §. 16. ff. depositi.

(c) *Extat in L. 20. ff. de legib. ubi sic.* — Non omnium, quae a majoribus constituta sunt, ratio reddi potest.

Vide L. 9. ff. de relig. Adde L. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil. L. 3. C. de crim. sacril.

(d) *Extat in L. 169. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

Fluit regula ex L. 35. ff. de judic. L. 12. in fin. L. 25. §. 1. ff. de usufr. L. 9. in princ. ff. de rebus credit. L. 1. §. 1. ff. de SC. Maced. L. 43. §. 9. ff. de Ædil. Edict. L. 9. 20. ff. de donat. inter. vir. et uxor. L. 9. §. 2. ff. de liber. et posth. L. 59. §. 6. ff. de haer. instit. L. 53. ff. ad leg. Falcid. L. 2. §. 3. ff. unde legit. L. 43. §. ult. ff. de acquir. rer. dom. L. 116. in fine ff. de verb. oblig. §. 5. Instit. quib. mod. jus patriae potest.

(e) *Argum. leg. 30. ff. quando dies legat. et 25. ff. de verb. obl.*

(f) *Extat in L. 11. ff. de reg jur. ubi sic.* — Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

Fluit regula ex tit. C. de reb. alien. non alien.

(g) *Vide supra. — Aphor. 1161.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 1081.*

(i) *Extat in L. 8. C. de novation. circ. fin. ubi sic.* — Et generaliter definimus, voluntate solum esse, non lege novandum, et si non verbis exprimatur, ut sine novatione, (quod solito vocabulo ἀνευ καινότητος Graeci dicunt) causa procedat: hoc enim naturalibus inesse rebus volumus et non verbis extrinsecus supervenire (1).

Vide L. 2. ff. eod.

(1) Concorda con l'art. 1227. LL. CC.

(k) *Extat in L. 6. ff. de novat. in princ. ubi sic.* — Si ita fuero stipulatus, quanto

1295. Novare potest tutor; si id expediat (a), delegare potest, etsi non expediat (b).
1296. Novare potest procurator omnium bonorum (c).
1297. Novare potest curator (d), si expediat.
1298. Novare potest alter correorum stipulandi (e).
1299. Novare etiam potest is, cui recte solvitur (f).
1300. Novari possunt legata, et in stipulationem deduci (g).
1301. Novatio est prioris obligationis in aliam translatio (h).

---

minus a Titio debitore exegissem, tantum fidejubes? non fit novatio: quia non hoc agitur, ut novetur. (2)
Vide etiam L. 8. §. 2. ff. eod.

(2) Concorda per argom. dall'art. 1225. n. 2. LL. CC. ove per avvenir la novazione, occorre che si sostituisca un nuovo debitore, e che sia espressamente liberato il primo debitore: il che non si verifica aggiungendosi un fidejussore al debitor principale, che rimane obbligato.

(a) *Extat in L. 20. ff. de novat. ubi sic.* — Novare possumus aut ipsi, si sui juris sumus: aut per alios, qui voluntate nostra stipulantur. §. 1. Pupillus sine tutoris auctoritate non potest novare: tutor potest, si hoc pupillo expediat: item procurator omnium bonorum (1).
Vide L. 41. ff. de adm. et peric. tutor.

(1) La novazione essendo un atto di amministrazione non entra nel divieto dettato negli art. 380. e 390. LL. CC. pe'casi di alienazione.

(b) *Extat in L. 96. in princ. ff. de solutionib. ubi sic.* — Pupilli debitor tutore delegante pecuniam creditori tutoris solvit, liberatio contigit (2), si, non malo consilio cum tutore habito, hoc factum esse probetur: sed et interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit.

(2) Vedi la precedente nota applicabile anche alla delegazione.

(c) *Vide d. leg. 20. ff. de novat. n. 1295.* (3)

(3) Vedi la stessa nota n. 1. applicabile pure ai mandatari generali.

(d) *Extat in L. ult. ff. de novat. §. 1. ubi sic.* — Adgnatum furiosi, aut prodigi curatorem, novandi jus habere minime dubitandum est, si hoc furioso, vel prodigo expediat (4).

(4) Vedi la stessa nota n. 1. applicabile ancora ai tutori degl'interdetti, pe' quali hanno luogo le medesime disposizioni, che la legge detta pe'minori art. 432. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 21. ff. de novat. ubi sic.* — Si debitorem meum jussero tibi solvere: non statim tu etiam stipulando id novare possis, quamvis debitor solvendo tibi liberaretur (5).

(5) Concorda con l'art. 1225. n. 3. LL. CC.

(f) *Extat in L. 10. ff. de novat. ubi sic.* — Cui recte solvitur, is etiam novare potest, excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim: nam Titius novare non potest, licet recte ei solvitur.
Vide L. 10. in fin L. 11. L. 27. in princ. ff. de pactis. Immo vide L. 16. L. 25. ff. de novat.

(g) *Extat in L. 8. §. 1. ff. de novat. ubi sic.* — Legata, vel fideicommissa si in stipulationem fuerint deducta, et hoc actum, ut novetur: fiet novatio, si quidem pure, vel in diem fuerint relicta, statim; si vero sub conditione, non statim, sed ubi conditio extiterit. Nam et alias qui in diem stipulatur, statim novat si hoc actum esset, cum certum sit, diem quandoque venturum, aut qui sub conditione stipulatur, non statim novat, nisi conditio extiterit.
Vide L. 5. et L. 14. §. 1. ff. eod.

(h) *Extat in L. 1. ff. de novat. in princ. ubi sic.*—Novatio est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem, vel naturalem transfusio, atque translatio: hoc est cum ex praecedenti causa ita nova constituatur,

1302. Novatio non fit nisi expresso pacto (a).

1303. Novatione tolluntur hypothecae, et omnes prioris obligationis accessiones (b).

1304. Nudi consensus contrario dissensu dissolvuntur (c).

1305. Nulla dos dicitur soluto matrimonio (d).

1306. Nulla adjecta die in obligatione praesenti die debetur (e).

1307. Nunquam ex postfacto crescit praeteriti delicti aestimatio (f).

1308. Nuptiae praestant immortalitatem humano generi (g).

1309. Nuptiis extantibus liberi patrem sequuntur (h); nuptiis non exstantibus filii matrem sequuntur (i).

---

ut prior perimatur. Novatio enim a novo nomen accepit, et a nova obligatione (6).
Vide L. unic. C. etiam. ob chirographariam.

(6) Concorda con l'art. 1215. n. 1. LL. CC.

(a) *Extat in L. ult. C. de novat. ubi sic.* — Novationem nocentia corrigentes volumina, et veteris juris ambiguitates resecantes, sancimus: si quis vel aliam personam adhibuerit vel mutaverit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam esse crediderit, vel conditionem, seu tempus addiderit; vel detraxerit, vel cautionem minorem acceperit, vel aliquid fecerit, ex quo veteris juris conditores introducebant novationes; nihil penitus prioris cautelae innovari, sed anteriora stare, et posteriora incrementum illis accedere; nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem; et hoc expresserint, quod secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, voluntate solum esse, non lege novandum, et si non verbis exprimatur, ut sine novatione (quod solito vocabulo ἄνευ καινότητος Graeci dicunt) causa procedat etc.
Vide L. 2. ff. de novat. Adde L. 22. ff. de legat.

(b) *Extat in L. 18. ff. de novat. ubi sic.* Novatione legitima facta, liberantur hypothecae, et pignus, usurae non currunt (1)
Vide L. 2. C. eod; L. 11. §. 1. ff. de pignorat. L. unic. C. etiam ob chirographariam.

(1) Concorda con gli art. 1225. n. 1. e 1233. 1234 LL. CC.

(c) *Extat in L. 35. ff. de reg. jur ubi sic.* — Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur: Nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur. (2)

(2) Concorda con l'art. 1088. LL. CC.

(d) *Extat in L. 1. §. 3. ff. pro dot. ubi sic.* — Constante autem matrimonio, pro dote usucapio inter eos locum habet, inter quos est matrimonium, caeterum si cesset matrimonium, Cassius ait cessare usucapionem: quia ei dos nulla sit (3).
Vide L. 3. ff. de jur. dot. §. 12. in fin. de nupt.

(3) Argom. dagli art. 1377. 1383. e 1384. LL. CC.

(e) *Vide supra — Aphor. 418.*

(f) *Extat in L. 138. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nunquam crescit ex postfacto praeteriti delicti aestimatio (4).
Fluit regula ex L. 9. in princ. de furtis.

(4) Vedi gli art. 78. a 84. e 85. e seguenti leg. pen. per l'aumento della pena contra i recidivi, e reiteratori di reati.

(g) *Vide. Nov. 22. in praefatione.*

(h) *Extat in L. 19. ff. de statu hom. ubi sic.* Cum legitimae nuptiae factae sint, patrem liberi sequuntur (5): vulgo quaesitus, matrem sequitur.

(5) Concorda con l'art. 234. LL. CC.

(i) *Extat in L. 24. ff. de statu hom.*

1310. Nutu interdum obligamur (a). Nutu haeres institui non potest (b).

---

ubi sic. — Lex naturae est, qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit (6).

Vide L. 19. ff. eod. L. 1. §. 2. ff. ad municipal.

Vide supra. — *Aphor. 668.*

Aphor. 1097.

Aphor. 1137.

(6) Concorda con l'art. 674. LL. CC.

(a) *Extat in L. 52. §. ult. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Sed et nutu solo pleraque consistunt.

Vide L. 93. §. 1. ff. de adq. vel omitt. haered. L. 65. §. 3. ff. ad SC. Trebell. L. 21. in princ. ff. de legat. 3. L. 22. C. de fideicom. L. 17. ff. de novat. Excipe L. 1. §. 2. ff. de verb. obl. L. 29. C. de testam. De quo vide infra Aphor. 1843.

(b) *Fluit ex leg. 29. in princ. Cod. de testam. ubi sic.* — Jubemus omnino testatorem, si vires habeat ad scribendum, nomen haeredis, vel haeredum in sua subscriptione, vel in quacumque parte testamenti ponere: ut sit manifestum secundum illius voluntatem haereditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate, vel literarum imperitia hoc facere minime potuerit: testibus testamenti praesentibus, nomen, vel nomina haeredis, vel haeredum ab eo nuncupari, ut omnimodo scient testes, qui sint scripti haeredes; et ita certo haeredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere, neque articulate loqui potest: mortuo similis est, et falsitas in elogiis committitur etc.

Vide L. 7. in fin. ff. de supell. legat. L. 9. §. 9. ff. de haered. instit.

OB



1311. bediens ei, qui potestatem habet, non est inculpa, ut damnum praestet (a).

1312. Oblatae pecuniae periculum est debitoris (b).

1313. Oblatio post moram purgat moram (c).

1314. Oblatio, et obsignatio totius pecuniae solemniter suo loco facta liberat debitorem (d). Oblatum eo modo agnoscendum, aut recipiendum, quo oblatum est (e).

1315. Obligatio nulla est ejus, qui promittit, quod nullius esse potest (f), et quod non adstringit necessitate contrahentes (g).

(a) *Extat in L. 169. ff. de reg. jur. in princ. ubi sic.* — Is damnum dat, qui jubet dare, ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit.

Vide L. 167. §. 1. eod. Vide infra.— Aphor. 358.

Fluit regula ex L. 1. §. 13. ff. de vi. et vi arm.

(b) *Extat in L. 102. in princ. ff. de solut. ubi sic.* — Creditor oblatam a debitore pecuniam, ut alia die accepturus, distulit; mox pecunia, qua illa respublica utebatur, quasi aerosa jussu Praesidis sublata est; item pupillaris pecunia, ut possit idoneis nominibus credi, servata, ita interempta est, quaesitum est; cujus detrimentum esset? Respondi, secundum ea, quae proponerentur, nec creditoris, nec tutoris detrimentum esse (1).

(1) Abrogato dall'art. 1210. LL. CC. ove l'offerta reale seguita dal deposito libera il debitore, e la cosa depositata rimane a rischio del creditore.

(c) *Extat in L. 73. §. ult. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Stichi promissor, post moram offerendo, purgat moram: certe enim doli exceptio nocebit ei, qui pecuniam oblatam accipere noluit (2).

Vide L. 72. in princ. ff. de solution.

(2) Concorda con il cit. art. 1210. LL. CC. per la parte, con la quale l'offerta libera il debitore.

(d) *Extat in L. 9. C. de solut. ubi sic.* — Obsignatione totius debitae pecuniae solemniter facta, liberationem contingere, manifestum est. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, si eo loco, quo debetur, solutio fuerit celebrata (3).

Vide L. ult. ff. de leg. commiss. L. 19. C. de usur. L. 20. C. de pignor.

(3) Concorda con il cit. art. 1210. e con gli art. 1211. e 1217. d. LL.

(e) *Argum. Legis 16. ff. de admin. et peric. tutor* (4).

(4) Argom. dal cit. art. 1210. LL. CC.

(f) *Extat in L. 182. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere (5).

Fluit ex L. 83. §. 5. ff. de verb. oblig.

(5) Concorda con l'art. 1082. LL. CC.

(g) *Extat in L. 13. C. de contrah. empt. ubi sic.* — In vendentis, vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est: idcirco dominus invitus ex hujusmodi conventione rem propriam, vel quilibet alius distrahere non compellitur.

Vide L. 7. ff. de contrah. empt.

1316. Obligatio nulla sine causa (a): item si causa non secuta sit (b).
1317. Obligatio ultra causam non valet (c).
1318. Obligatio tacita esse potest extra id, quod agitur (d).
1319. Obligatio mutuatur ex tutela (e).
1320. Obligatio nulla ex conditione potestativa (f), id est, si volam.

(a) *Extat in L. 3. ff. de condict. sine causa ubi sic.*--Qui sine causa obligantur, incerti condictione consequi possunt, ut liberentur: (1) nec refert, omnem quis obligationem siue causa suscipiat, an majorem, quam suscipere eum oportuerit, nisi quod, alias, condictione id agitur, ut omni obligatione liberetur, alias, ut exoneretur. Veluti qui decem promisit; nam siquidem nullam causam promittendi habuit, incerti condictione consequitur, ut tota stipulatio accepto fiat; at si, cum quinque promittere deberet, decem promisit, incerti condictione consequetur, ut in quinque liberetur.

Vide L. 1. in princ. ff. eod. L. 4. C. de condict. ob caus. dat.

(1) Concorda con l'art. 1085. LL. CC.

(b) *Extat in L. 1. §. 1. ff. de condict. sine caus. ubi sic.* — Sed et si ob causam promisit, causa tamen secuta non est, dicendum est, condictionem locum habere.

Et in L. 4. ff. eod. ubi sic. — Nihil refert, utrumne ab initio sine causa quid datum sit, an causa, propter quam datum sit, secuta non sit (2).

(2) Argom. dall' art. 1121. LL. CC. relative alle obbligazioni condizionali.

(c) *Fluit ex L. 17. ff. de pactis. in princ. ubi sic.* — Si tibi decem dem, et paciscar, ut viginti mihi debeantur, non nascitur obligatio ultra decem: re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum sit (3).

Vide L. 11. §. 1. ff. de reb. cred. L. 22. C. de fidejuss.

(3) Concorda con l'art. 1085. LL. CC. mentre l'obbligazione al di là della causa convenuta ricade nel caso di esser senza causa.

(d) *Extat in L. 13. §. 2. ff. commod. ubi sic.* — Si libero homini, qui mihi bona fide serviebat quasi servo, rem commodavero, videamus an habeam commodati actionem; nam et Celsus filius ajebat, si jussissem eum aliquid facere, vel mandati cum eo, vel praescriptis verbis experiri me posse. Idem ergo et in commodato erit dicendum. Nec obstat, quod non hac mente cum eo, qui liber bona fide nobis serviret, contraheremus, quasi eum obligatum habituri: plerumque enim id accidit, ut extra id, quod ageretur, tacita obligatio nascatur (4), veluti, cum per errorem indebitum solvendi causa datur.

(4) Concor. virtualmente con l'art. 1086. LL. CC.

(e) *Extat in L. 5. §. 1. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Tutelae quoque judicio qui tenentur, non proprie ex contractu obligati intelliguntur: nullum enim negotium inter tutorem, et pupillum contrahitur: sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Et hoc autem casu mutuae sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore: sed et contra tutor cum pupillo habet actionem, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditori ejus obligaverit (5).

Vide L. 1. §. 1. ff. de contrar. tut.

(5) Concorda, messi in confronto gli art. 373, ed altri con gli art. 394. 397. ed altri LL. CC.

(f) *Extat in L. 8. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Sub hac conditione si volam, nulla fit obligatio; pro non dicto enim est, quod dare, nisi velis, cogi non possis: nam nec haeres promissoris ejus, qui nunquam dare voluerit, tenetur, quia haec conditio in ipsum promissorem nunquam extitit (6).

Vide L. 17. 108. §. 1. ff de verb. oblig. L. 13. C. de contrah. empt.

(6) Concorda con l'art. 1127. LL. CC.

1321. Obligatio non adquiritur alteri per alterum (a).

1322. Obligatio inutilis non convalescit auctoritate judicis, aut legis (b).

1323. Obligatio faciendi, re non facta, transfertur in obligationem dandi, et post moram in id quod interest (c).

1324. Obligatio alternativa in stipulationibus reducitur ad minus (d): et si res altera perierit, altera debetur (e).

1325. Obligatio principalis principali accedens utramque stare facit: si vero accessoria principali accederit, ambo confundentur (f).

1326. Obligatio in perpetuum extincta non reviviscit (g).

1327. Obligatio non cessat sine die apposita (h).

(a) *Vide supra. — Aphor. 97.*

(b) *Extat in L. 27. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Obligationes, quae non propriis viribus consistunt, neque officio judicis, neque Praetoris imperio, neque legis potestate confirmantur.

Vide L. 29. et 210. ff. de r. j.

(c) *Fluit ex L. 44. §. 5. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Si ita stipulatus sim: si fundum non dederis, centum dare spondes? Sola centum in stipulatione sunt, in exsolutione fundus (1). §. 6. Sed si navem fieri stipulatus sum, et si non feceris, centum: videndum, utrum duae stipulationes sint, pura, et conditionalis, et existens sequentis conditio non tollat priorem, an vero transferat in se, et quasi novatio prioris fiat? Quod magis verum est.

Vide L. 13. in princ. ff de re judic.

(1) Vedi l'art. 1096. LL. CC. ove ogni obbligazione di fare, e di non fare, nel caso, che il debitore non adempia, si risolve nel risarcimento de'danni, ed interessi.

(d) *Fluit ex L. 109. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Si ita stipulatus fuero, decem, aut quindecim dabis? decem debentur. Item si ita, post annum, aut biennium dabis? post biennium debentur. Quia in stipulationibus id servatur, ut quod minus esset, quodque longius esse videretur in obligationem deductum (2).

Vide L. 83. §. 2. et 3 ff. de verb. oblig.

(2) Concorda per argomento degli articoli 1143. e 1115. LL. CC.

(e) *Extat in L. 95. in princ. ff. de solut. ubi sic.* — Stichum, aut Pamphilum, utrum ego velim, dare spondes? Altero mortuo, qui vivit solus petetur: nisi si mora facta sit in eo mortuo, quem petitor elegit; tunc enim perinde solus ille, qui decessit, praebetur ac si solus in obligationem deductus fuisset (3).

(3) Concorda con l'art. 1147. LL.

(f) *Extat in L. 93. §. 2. ff. de solut. ubi sic.* — Sed et si reus haeredem fidejussorem scripserit, non confunditur obligatio, et quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi, quae sequelae locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio: quotiens duae sint principales, altera alteri potius adjicitur ad actionem, quam confusionem parere (4).

(4) Argom. dall'art. 1255. LL. CC.

(g) *Extat in L. 98. §. 8. ff. de solution. ubi sic.* — Arcam promisi alienam: in ea dominus insulam aedificavit, an stipulatio extincta sit, quaesitum est? Respondi: si alienum hominem promisi, et is a domino manumissus est, liberor. Nec admissum est, quod Celsus ait, si idem rursus lege aliqua servus effectus sit, peti eum posse: in perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest: et si servus effectus sit, alius videtur esse etc.

Vide L. 27. §. 2. ff. de pactis. L. 10. §. 9. in fine. ff. de in rem. verso.

(h) *Extat in L. 34. §. 1. ff. de pignor. ubi sic.* — Idem quaesiit, cum epistola talis emissa sit Δανεισάμενος παρά σε δηνάρια πεντακόσια, παρεκάλεσά σε, μὴ βεβαιωτὴν, ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν. οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ἡ ταβέρνα, καὶ οἱ δοῦλοί με οὐδενὶ κατέχονται, ἢ σοί. καὶ ὡς εὐσχήμονι ἀνθρώπῳ ἐπιστεύσας. id est mutuatus abs te quincentos denarios, rogavi te, ne sponsorem, sed pignus a me acciperes: exacte enim, et pro certo nosti, nemini alii ta-

1328. Obligatio faciendi, et non faciendi convertitur in pecuniam (a).

1329. Obligatio incerta ex stipulatu parit condictionem incerti; sed sine ulla demonstratione nulla est (b). Obligatio per sententiam non tollitur, sed per exceptionem rei judicatae (c).

1330. Obligatio tollitur partim solutione, partim pacto de non petendo (d).

1331. In Obligatione individua multa sunt, quae solutione dividuntur (e).

1332. Obligationes, et dominia rerum sunt causae proximae actionum (f).

---

bernam, servosque meos, quam tibi esse obligatos, et tamquam honesto viro fidem habueris: an pignus contractum sit? An vero ea epistola nullius momenti sit, cum sine die, et consule sit? Respondit, cum convenisse de pignoribus videtur, non idcirco obligationem pignorum cessare, quod dies, et consules additi, vel tabulae signatae non sint (5).

(5) Vedi per gli atti pubblici la leg. de' 23. novembre 1819, ove la mancanza della data, dell'atto, e della firma delle parti porta la nullità dell'atto.

(a) *Extat in L. 13. §. 1. ff. de re judic. ubi sic.* — Si quis promiserit, prohibere se, ut aliquod damnum stipulator patiatur, et faciat; neque ex ea re damnum stipulator patietur, et faciat: (ita habeatur) facit, quod promisit: si minus, quia non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur: sicut evenit in omnibus faciendi obligationibus (1).

Vide L. 113. §. 1. L. 114. ff. de verb. oblig.

(1) Concorda con l'art. 1096. LL. CC.

(b) *Extat in Instit in princ. de verbor. oblig. ubi sic.* — Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione, et responsione, cum quid dari, fierive nobis stipulamur: ex qua duae proficiscuntur actiones, tam conditio certi, si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta sit: quae hoc nomine inde utitur, quod stipulum apud veteres firmum appellatur, forte a stipite descendens (2).

Vide L. 75. in princ. ff. eod.

Vide Vinn. Instit. eod. ubi refert. — *Quod si id, quod in obligationem deductum est, nullos certos fines habet, aut ad utilissimum deduci potest, stipulatio inutilis est, veluti si fundus sine demonstratione promissum. L. 96. §. 4. ff. de jur. dot. L. 94. cum seqq. L. 115. ff. de verb. oblig.*

(2) Concorda con l'art. 1083. LL. CC.

(c) *Extat in §. 5. Inst. de exception. ubi sic.* — Item si in judicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam; nihilominus obligatio durat: et ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest: sed debes per exceptionem rei judicatae adjuvari.

Vide L. 7. §. 4. ff. de except. rei jud.

(d) *Extat in L. 5. C. de pactis. ubi sic.* — Creditori tuo si partem pecuniae exsolvisti, de parte vero non petenda inter te, et eum convenit, ob causas, negotiave ejus tuo patrocinio, fideque defensa: ea obligatione partim civili jure, partim honorario liberatus es. Nam exceptio perpetua pacti conventi, vel doli, residui petitionem repellit; cum et solutum per ignorantiam repeti posset.

Vide L. 7. §. 7. ff. eod.

(e) *Fluit ex L. 85. §. 5. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — In solidum vero agi oportet, et partis solutio adfert liberationem, cum ex causa evictionis intendimus; nam auctoris haeredes in solidum denunciandi sunt, omnesque debent subsistere, et quolibet defugiente omnes tenebuntur: sed unicuique pro parte haereditaria praestatio injungitur (3).

Vide L. 139. ff. eod. L. 257. L. 5. §. ult. ff. eod. — *Vide tamen infr. Aphor. 1333.*

(3) Concorda con gli art. 1170. 1171. 1174. LL. CC.

(f) *Vide Vinnium. Instit. de act. n. 4.*

1333. Obligationes individuae in solidum ab haeredibus praestandae (a).
1334. Obligationes nullae, quae propriis viribus non consistunt (b).
1335. Obligationes consensuales pariunt mutuas praestationes (c).
1336. Obligationes constituit animus obligandi (d).
1337. Obligationes, et actiones incipiunt ab haeredibus, et contra haeredes (e). Obligationum spectandae sunt causae, id est, dies, conditio, modus, accessio (f).
1338. Obliquiter aliqua conceduntur, quae directe non concederentur (g).
1339. Obscura verba declarantur per praecedentia clara (h).
1340. Obscura legata declarantur ex conjecturis (i).
1341. Obscura locutio contrahentis fallendi causa dolus est (k).

(a) *Extat in L. 192. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ea quae in partes dividi non possunt, solida a singulis haeredibus debentur (1).
Fluit ex L. 2. §. 2. ff. de verb. oblig.

(1) Concorda con il cit. art. 1174. e con l'art. 1176. LL. CC.

(b) *Vide supra. — Aphor. 1322.*

(c) *Extat in L. 2. §. 3. ff. de obl. et act. ubi sic* — Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono, et aequo praestare oportet (2).
Vide Instit. de oblig. ex consens. in fin.

(2) Argomento dagli art. 1088. e 1089. LL.CC.

(d) *Extat in L. 3. §. 1. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Non satis autem est dantis esse nummos, et fieri accipi, ut obligatio nascatur: sed etiam hoc animo dari, et accipi, ut obligatio constituatur. Itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi: quamquam et donantis fuerit, et mea fiat: tamen non obligabor ei, quia non hoc inter nos actum est (3).

(3) Argom. dall'art. 1109. LL. CC.

(e) *Vide supra. — Aphor. 33.*

(f) *Extat in L. 44. in princ. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Obligationum fere quatuor causae sunt: aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus, aut accessio.

(g) *Fluit ex L. 3. in fin. ff. quae res pign. ubi sic.* — Saepe enim, quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum petere potest.
Vide L. 55. §. ff. de adquir. vel omitt. haer. L. 10. in princ. ff. quemadmod. servitus. amitt. L. 22. §. 3. ff. mandati. Immo. vide L. 8. in fin. ff. de usurp.

(h) *Argum. leg. 34. §. 6. ff. de legat. 2.* (4).

(4) Concorda con l'art. 1114. LL. CC.

(i) *Fluit ex L. 50. §. ult. ff. de legat. 1. ubi sic.* —Si numerus nummorum legatus sit, neque apparet, quales sunt legati ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est exquirenda: sed et mens patrisfamiliae, et legatarii dignitas, vel charitas, et necessitudo; item earum, quae praecedunt, vel quae sequuntur summarum scripta sunt respectanda.

(k) *Fluit ex L. 43. §. 2. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Dolum malum a se abesse praestare venditor debet, qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam, qui insidiose, obscure dissimulat.

1342. Obscura innotescunt ex affectione cujusque (a).
1343. Obscura in re, quod favorabilius est, judicandum (b).
1344. Obscure respondere, et nihil respondere paria sunt (c).
1345. Obsequium varium est ratione personarum, quibus debetur (d).
1346. Occupantis melior est conditio (e).
1347. Odia sunt restringenda; favores ampliandi (f).
1348. Odio alieno nemo debet praegravari (g).
1349. Officii judicis sunt ea, quae in judicio versantur (h).
1350. Officium suum nemini debet esse damnosum (i).
1351. Officium publicum nemini nocere debet (k). Officium pietatis mercede geri non debet (l).

(a) *Extat in L. 168. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cujusque capit interpretationem.

(b) *Argum. leg. 10. in fin. ff. de manumiss. test.*

(c) *Extat in L. 11. ff. de interrogat. §. 7. ubi sic.* — Nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus, an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

(d) *Fluit ex nota Accursii ad L. 5. C. de negot. gest.* — *Veneratio, (inquit) qua Deo tenemur, appellatur religio: illa, quae est inter patrem et filium, appellatur pietas: illa, quae est inter libertum, et patronum, appellatur obsequium: quae vero est inter hominem, et hominem, appellatur officium humanae naturae.*

(e) *Extat in L. 19. in princ. ff. de re judic. ubi sic.* — Inter eos, quibus ex eadem causa debetur, occupantis melior conditio est: nec deducitur, quod ejusdem conditionis hominibus debetur, sicuti fit in de peculio actione, nam et hic occupantis melior est causa etc. (1).

Vide L. 22. §. 4. C. de jur. delib.

(1) Argomento dall'art. 1095. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 19. ff. de lib. et posthum. qua institutiones benigne accipiendas, exhaeredationes non esse adjuvandas fertur.*

(g) *Vide casum in L. 33. §. 1. C. de inofficioso test.*

(h) *Extat in L. 25. §. 8. in fin. ff. de Ædilit. Edict. ubi sic.* — Iudici enim, statim atque judex factus est, omnium rerum officium incumbit, quaecumque in judicio versantur: ea autem, quae ante judicium contingunt, non valde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim injuncta.

(i) *Extat in L. 7. circ. med. ff. testam. quemadm. aperi ubi sic.* — Sit iniquum, damnosum cuique esse officium suum.

Vide L. 61. §. 5. circ med. ff. de furt. L. 27. §. 15. ff. ad SC. Trebell.

(k) *Extat in L. 29. ff. ex quib. caus. maj. ubi sic.* — Videlicet, ut cui officium publicum, vel damno, vel compendio sit.

Vide L. 1. 18. ff. eod. L. 140. ff. de reg. jur.

(l) *Vide casum in L. 3. C. de infantib. expos. ubi vers. fin. sic dicitur.* — ne videantur quasi mercimonio contracto ita pietatis officium gerere.

1352. Officium est parentum dotare filias (a).
1353. Officium magistratus est jus reddere (b).
1354. Omissio necessariorum vitiat testamenta, et contractus (c).
1355. Omnes consentire debent in eo, quod omnes tangit (d).
1356. Omne jus primo personarum causa constitutum est (e).
1357. Omnia, quae jure contrahuntur, contrario jure pereunt (f).
1358. Omnino intelligendum, quod ex consilio agitur (g).
1359. Onus vectigalis fundo cohaeret, non personae (h).
1360. Onus cum lucro adnexum est (i). Onus secundum emolumentum regulatur (k).

(a) *Extat in L. 19. ff. de ritu nupt. ubi sic.* — Capite XXXV legis Iuliae. Qui liberos, quos habent in potestate, injuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt: ex constitutione Divorum Severi, et Antonini per Proconsules, Praesidesque provinciarum coguntur in matrimonium collocare, et dotare. Prohibere autem videtur, et qui conditionem non quaerit.

Et in L. 7. circa med. Cod. de dotis. promiss. ubi sic. — Neque enim leges incognitae sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera, et irrevocabilis, ut puro nomine, et liberalitas, et debitum suam sequantur fortunam(1).

Adde L. 14. Cod. de jur. dot. L. 41. §. 11. ff. de legat. 3.

(1) Concorda con l'art. 194. comma 2. LL. CC.

(b) *Fluit ex Novell. 114. C. 1. qua mulctantur judices id omittentes* (2).

(2) Vedi l'art. 4. LL. CC. ove contra i giudici, che ricusano di giudicare sotto pretesto di silenzio, oscurità, o difetto della legge si può agire come rei di denegata giustizia.

(c) *Extat in L. 17. C. de testam. ubi sic.* — Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit, cum superflua non noceant. Namque necessaria praetermissa imminuunt contractus, et testatoris officiunt voluntati, non abundans cautela (3).

Vide Instit. in princ. hoc tit.

(3) Vedi gli art. 26. e 27. leg. sul notariato dei 23. novembre 1819. con i quali sono distinte le omissioni, o contravvenzioni negli atti notariali, altre portano la nullità dell' atto, altre semplice multa ai notai.

(d) *Extat in L. 5. in fin. C. de auct. praestanda ubi sic.* — Ut, quod omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur.

Vide L. 8. ff. de aqua.

(e) *Extat in L. 2. ff. de statu homin. ubi sic.* — Cum igitur hominum causa omne jus constitutum sit: primo de personarum statu, ac post de caeteris, ordinem Edicti perpetui secuti, et his proximos, atque conjunctos applicantes titulos, ut res patitur, dicemus.

(f) *Extat in L. 100. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Omnia, quae jure contrahuntur, contrario jure pereunt.

Vide etiam L. 35. 153. ff. eod.

(g) *Fluit ex L. 76. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In totum omnia, quae animi destinatione agenda sunt, nonnisi vera, et certa scientia perfici possunt.

(h) *Fluit ex L. 7. ff. de public. et vectigal. ubi sic.* — Imperatores Antoninus, et Verus rescripserunt in vectigalibus ipsa praedia, non personas conveniri, et ideo possessores etiam praeteriti temporis vectigal solvere debere, eoque exemplo actionem, si ignoraverint, habituros (4).

(4) Argomento dagli art. 1986. e 1987. LL. CC. ove il tesoro pubblico gode privilegio per il peso fondiario su i prodotti del fondo.

(i) *Vide supra. — Aphor. 1116.*

(k) *Argom. legis. 22. §. 3. in fin. Cod. de furtis.*

1361. Operis vetustas pro titulo est (a).

1362. Optima legum interpres consuetudo (b).

1363. Optione facta in utraque re, sententiam mutare nequit eligens (c): sicut et debitor (d).

1364. Opus novum facit, qui aliquid mutat (e).

1365. Opus a pluribus pro indiviso factum singulos obligat in solidum (f).

1366. Ordo nominae servatur inter pares honoratos (g).

(a) *Fluit ex L. 26. ff. de aqua. ubi sic.* — Scaevola respondit, solere eos, qui juri dicundo praesunt, tueri ductus aquae, quibus auctoritatem vetustas daret, tametsi jus non probaretur (1).

Vide L. 10. in princ. ff. si serv. vind. L. 3. §. ff. de aqua quotid.

(1) Concorda con gli art. 611. e 613. LL. CC.

(b) *Vide supra. — Aphor.* 279.

(c) *Extat in L. 20. ff. de option. legata. ubi sic.* — Apud Aufidium Lib. 1. rescriptum est: cum ita legatum est: vestimenta, quae volet, triclinaria sumito, sibique habeto: si is dixisset, quae vellet, deinde antequam ea sumeret, alia se velle dixisset; mutare voluntatem eum non posse, ut alia sumeret, quia omne jus legati prima testatione, qua sumere se dixisset, consumpsit; quoniam res continuo ejus fit, simul ac si dixerit eam sumere.

Vide L. 5. in princ. L. 33. in fin. L. 48. §. 9. ff. de legat. 1. L. 11. in fine ff. de legat. 2.

(d) *Extat in d. L. 84. §. 9. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Stichum, aut Pamphytum utrum haeres meus volet, Titio dato; si dixerit haeres Stichum se velle dare, Sticho mortuo, liberabitur; cum autem semel dixerit haeres, utrum dare velit, mutare sententiam non poterit.

Vide d. L. 11. in fin. ff. de legat. 2. — Vide supra — Aphor. 895.

(e) *Extat in L. 1. §. 11. ff. de operis novi nunc. ubi sic.* — Opus novum facere videtur, qui aut aedificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutat.

(f) *Extat in L. 15. §. 2. ff. quod vi ubi sic.* — Si in sepulcro alieno terra congesta fuerit jussu meo, agendum esse, quod vi, aut clam mecum, Labeo scribit, et si communi consilio plurium id factum sit: licere vel cum uno, vel cum singulis experiri: opus enim, quod a pluribus pro indiviso factum est, singulos in solidum obligare: si tamen proprio quis eorum consilio hoc fecerit, cum omnibus esse agendum, scilicet in solidum. Itaque alter conventus alterum non liberabit: quinimo perceptio ab altero: superiore enim casu alterius conventio alterum liberat. Praeterea sepulcri quoque violati agi potest.

Vide L. 7. in fin. L. 8. ff. de jurisd. Immo vide L. 9. in fin. ff. quod vi.

(g) *Extat in L. 2. §. 1. ff. de Decurion. ubi sic.* — Restitutus tamen in ordinem, utrum eum ordinem teneat, quam primum, habuit, an vero, quam nunc nactus est, quaeri potest, si forte de ordine sententiarum dicendarum agatur? Arbitror tamen eumdem ordinem tenere, quem pridem habuit (2) etc.

(2) Concorda con l'art. 104. leg. de' 29 maggio 1817.

1367. Osculo sponsae dato a sponso munera, morte alterutrius ante nuptias secuta, sponsus repetit pro parte dimidia: siu vero, munera a sponsa fuerint sponso facta, ab eo restituuntur integra (a).

(k) *Extat in L. 16. C. de donat. ante nuptias. ubi sic.*—Si a sponso rebus sponsae donatis, interveniente osculo, ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctae haeredes, cujuslibet gradus sint, et quocumque jure successerint: ut donatio stare pro parte dimidia, et resolvi pro parte dimidia videatur. Osculo vero non interveniente, sive sponsus, sive sponsa obierit, totam infirmari donationem, et donatori sponso, vel haeredibus ejus restitui. Quod si sponsa, interveniente, vel non interveniente osculo, donationis titulo (quod raro accidit) fuerit aliquod sponso largita, et ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus successores, donatarum rerum dominium transferatur.

PA



1368. Pacta sunt servanda (a). Pactum contra legem privatae utilitatis valet; item de furto (b).

1369. Pactum novissimum in stipulationibus servandum (c).

1370. Pactum contra leges, et bonos mores nullum (d).

1371. Pactum contra regulas juris nullum (e). Pactum a jure communi remotum non servandum (f).

1372. Pactum de quota litis nullum (g).

(a) *Extat in L. 1. in princ. ff. de pactis. ubi sic.* — Hujus Edicti aequitas naturalis est. Quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, servare?

Et in L. 7. §. 7. ff. eod. ubi sic. — Ait Praetor: pacta conventa, quae neque dolo malo, neque adversus legem, plebiscita, Senatusconsulta, Edicta Principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, servabo (1).

(1) Concorda con l'art. 1088. LL. CC.

(b) *Extat in L. 7. §. 14. ff. de pactis. ubi sic.* — Si paciscar ne operis novi nunciationem exequar, quidam putant non valere pactionem, quasi in ea re Praetoris imperium versetur: Labeo autem distinguit, ut si ex re familiari operis novi nunciatio sit facta, liceat pacisci; si de re publica, non liceat, quae dixtinctio vera est. Et in caeteris igitur omnibus ad Edictum Praetoris pertinentibus, quae non ad publicam laesionem, sed ad rem familiarem respiciunt, pacisci licet. Nam et de furto pacisci lex permittit (2).

Vide L. 27. §. 4. L. 17. §. 1. ff. eod. L. 29. C. eod.

(2) Concorda per argomento dall' art. 109. L. pr. cit.

(c) *Extat in L. 12. C. de pactis — ubi sic.* — Pacta novissima servari oportere tam juris, quam ipsius rei aequitas postulat. Quapropter si conventione, quae praecessit, diversa pars u uram se non esse consensit, et maxime, si, ut proponis, id etiam apud acta Praesidis adseveravit: actionem, quae super prima conventione fuerat, exercere, non prohiberis.

Vide L. 27. §. 2. ff. eod. in Aphor. 1373.

(d) *Extat in L. 6. C. de pactis. ubi sic.* — Pacta, quae contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati juris est (3).

Vide L. 7. §. 7. ff. eod. L. 1. §. 7. ff. depos. L. 14. §. 1. ff. solut. matrim. L. 26. et 61. ff. de verb. obl. L. 30. C. de pact. L. 4. C. de inutil. stip.

(3) Concorda con l'art. 7. LL. CC.

(e) *Extat in L. 28. in princ. ff. de pactis. ubi sic.* — Contra juris civilis regulas pacta conventa rata non habentur etc.

Vide tamen. L. 31. ff. eod.

(f) *Extat in L. 7. §. 16. ff. de pactis. ubi sic.* — Et generaliter, quotiens pactum a jure communi remotum est, servari hoc non oportet, nec legari, nec jnsjurandum de hoc adactum, ne quis agat, servandum Marcellus lib. 2. digestorum scribit, et si stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet, servanda non est, sed omnimodo rescindenda.

Vide §. 3. d. leg et L. 28. eod. L. 27. ff. de reg. jur.

(g) *Extat in L. 53. ff. de pactis. ubi sic.* — Sumptus quidem prorogare litiganti honestum est, pacisci autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, sed pars dimidia ejus, quo ex ea lite datum erit, non licet.

Vide L. 5. C. de postul. L. 15. C. de

1373. Pactum non tollitur per aliud posterius ipso jure, nisi novatione (a). Pactum, quod ex intervallo sit appositum in aliquo contractu, non videtur inesse ipso contractu (b).

1374. Pactum de haereditate viventis (quod dicitur corvinum) nullum est, nisi ipse vivens voluntatem suam eo accomodaverit, et in eo usque ad extremum vitae spiritum perseveraverit (c).

1375. Pactum reale correo prodesse, et socio, non ei nocere potest (d). Pactum personale non item (e).

1376. Pactum nudum non parit obligationem. (f).

---

procurat. L. 20. C. mand. L. 19. §. 6. in fin. ff. loc. L. 4. §. 5. ff. de manumiss. (4).

(4) Il colpevole del patto de quota litis è punito correzionalmente art. 207. e 208. leg. pen.

(a) *Extat in L. 27. §. 2. ff. de pactis. ubi sic.* — Pactus, ne peterel, postea convenit, ut peteret: prius pactum per posterius elidetur: non quidem ipso jure, sicut tollitur stipulatio per stipulationem, si hoc actum est, quia in stipulationibus jus continetur: in pactis factum versatur, et ideo replicatione exceptio elidetur. etc.

Obstat L. 95. §. 4. ff. de solut. Vide Instit. quib. mod. toll. obl. §. 3. vers. sed cum hoc.

(b) *Extat in L. 7. §. 5. vers. fin. ff. de pactis. ubi sic.* — Idem responsum scio a Papiniano, et si post emptionem ex intervallo aliquid extra naturam contractus conveniat: ob hanc causam ex empto agi non posse, propter eamdem regulam, ne ex pacto actio nascatur. Quod et in omnibus bonae fidei judicibus erit dicendum. Sed ex parte rei locum habebit pactum; quia solent et ea pacta, quae postea interponuntur, parere exceptiones.

Vide L. 27. C. eod.

(c) *Extat in L. ult. C. de pactis. circ. med. ubi sic.* — Sed nobis omnes hujusmodi pactiones odiosae esse videntur, et plenae tristissimi, et periculosi eventus. Quare enim, quodam vivente, et ignorante, de rebus ejus quidam paciscentes conveniunt? Secundum veteres itaque regulas, sancimus, omnimodo hujusmodi pacta quae contra bonos mores inita sunt, repelli, et nihil ex his pactionibus observari (1) nisi ipse forte (de cujus haereditate pactum est) voluntatem suam eis accomodaverit, et in ea usque ad extremum vitae suae spatium perseveraverit: tunc etenim (2) sublata acerbissima spe, licebit eis illo sciente, et jubente hujusmodi pactiones servare etc.

Vide L. 46. ff. de haer. inst. L. 15. C. de pactis.

(1) Concorda con l'art. 708. LL. CC.

(2) Abrogato dall'art. 1445. LL. CC.

(d) *Extat in L. 21. §. 5. in fin. ff. de pactis. ubi sic.* — Et in rem pacta omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse, ejus, qui paciscebatur, interfuit: itaque debitoris conventio fidejussoribus proficiet. (3)

Vide L. 7. §. 1. ff. de except. L. 32. ff. de pactis. L. 9. §. 1. ff. de duob. reis constit. Adde casum. L. 95. §. penult. ff. de solut.

(3) Argom. dagli art. 1150. 1151. 1161. 1731. 1736. 1908. 1910. LL. CC.

(e) *Extat in L. 25. §. 1. ff. de pactis ubi sic.* — Personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad haeredem Labeo ait. §. 2. Sed quamvis fidejussoris pactum reo non prosit: plerumque tamen doli exceptionem reo profuturam, Iulianus scribit (4).

Nota. — Si paciscar creditori meo, ne a me petat, sed ab haerede, haeredi non proderit exceptio, quia est pactum personale.

(4) Argom. dagli art. 1161. comma 2. 1162. e seguenti LL. CC. e 1908. d. LL.

(f) *Extat in L. 7. §. 4. ff. de pactis. ubi sic.* — Sed cum nulla subest causa pro-

1577. Pactum procuratoris principali prodest, et nocet (a). Pactum contra naturam contractus vestitur (b).
1578. Pactum ob turpem causam non valet (c).
1579. Pactum de alia re ad aliam non trahitur (d)
1580. Pactum patris, ut dotis pars fratri restituatur, transit ad liberos supervenientes, fratre excluso (e).
1581. Pactum derogat legi contractus (f).
1582. Pactum privatorum formam juris fiscalis convellere non potest (g).
1583. Pactum de fideicommisso conditionali valet (h).
1584. Par in parem non habet imperium (i).

---

pter conventionem, hic constat non posse constitui obligationem. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem.
Vide tamen. L. 5. §. 2. ff. de solut. Vide ff. de doli mali, et met. except.

(a) *Extat in L. 10. §. ult. ff. de pactis. ubi sic.* — Plerumque solemus dicere, doli exceptionem subsidium esse pacti exceptionis, quosdam denique, qui exceptione pacti uti non possunt, doli exceptione usuros, et Iulianus scribit, et alii plerique consentiunt: ut puta si procurator meus paciscatur, exceptio doli mihi proderit, ut Trebatio videtur: qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita et prodesse (1).

(1) Concorda virtualmente con l' art. 1870. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 6. ff. de rescind. vendit. ubi sic.* — Si convenit, ut res, quae venit, si intra certum tempus displicuisset, redderetur, ex empto actio est, ut Sabinus putat, aut proxima empti in factum datur.
Vide etiam L. 2. ff. de haer. et act. vend.

(c) *Extat in L. 27. §. 4. ff. de pactis. ubi sic.* — Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda: veluti si paciscar, ne furti agam, vel injuriarum, si feceris: expedit enim timere furti, vel injuriarum poenam (2) etc.
Vide L. 70. §. ult. ff. de fidejuss.

(2) Concorda con gli art. 1085. e 1087. LL. CC.

(d) *Extat in d. L. 27. et d. §. 4. in fine ff. de pactis. ubi sic.* — Ante omnia enim animadvertendum est, nec conventio in alia re facta, aut cum alia persona: in alia re, aliave persona noceat.
Vide L. 38. §. 17. ff. de verb. oblig.

(e) *Extat in L. 40. §. 3. ff. de pactis. ubi sic.* — Pater, qui dotem promisit, pactus est, ut post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud haeredem suum fratrem remaneret: ea conventio liberis a socero postea susceptis, et haeredibus testamento relictis per exceptionem doli proderit: cum inter contrahentes id actum sit, ut haeredibus consulatur; et illo tempore, quo pater alios filios non habuit in fratrem suum judicium supremum contulisse videatur.
Vide L. 202. ff. de condit. et demonstr. L. 30. C. de fideic. L. 7. C. de rev. don. L. 2. et 12. ff. de pact. dot. L. 15. §. 3. ff. de testam.

(f) *Argum. leg. 43. ff. de pactis.*

(g) *Extat in L. 42. ff. de pactis. ubi sic.* — Inter debitorem, et creditorem convenerat, ut creditor onus tributi praedii pignorati non agnosceret; sed ejus solvendi necessitas debitorem spectaret: talem conventionem, quantum ad fisci rationem, non esse servandam respondi: pactis etenim privatorum formam juris fiscalis convelli non placuit.
Vide L. ult. C. sine censu, vel relinque. L. 52. §. pen. ff. de pactis.

(h) *Vide supra. — Aphor. 649.*

(i) *Fluit ex L. 4. ff. de recept. qui arbitrium. ubi sic.* — Nam Magistratus superiore, aut pari imperio nullo modo possunt cogi: nec interest, ante, an ipso magistratu arbitrium susceperint: inferiores possunt cogi.
Vide L. 13. §. 3. ff. ad SC. Trebell. L. 58. ff. de judiciis.

1385. Parens sumptus, quos affectione domestica; et pietatis munere fecit, repetere nequit (a). Parens relinquere secundo conjugi, non potest ultra id quod relinquisset ei liberorum, cui minus dederit (b).

6386. Parentes, et liberi in infinitum dicuntur (c).

1387. Parentes, in quantum facere possunt, damnantur (d).

1388. Parentibus debentur alimenta, et reverentia (e).

1389. Parentibus etiam naturalibus debetur reverentia (f).

1390. Parentum persona semper sancta est liberis (g).

1391. Paria delicta mutua compensatione tolluntur (h). Paria sunt certum exprimere in sententia, vel se referre ad acta certum continentia (i):

(a) *Extat in L. 1. C. de negot. gest. ubi sic.* — Cum tutores filiorum tuorum suspectos facere, eisdemque tutores, seu curatores peteres, munere pietatis fungebaris: quae causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis: cum, etiam si quis pro affectione domestica aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere possit.

(b) *Extat in L. 6. C. de secund. nupt. in princ. ubi sic.* — Hac Edictali lege in perpetuum valitura sancimus, si ex priore matrimonio procreatis liberis pater, materve ad secunda, vel tertia, aut alterius repetiti matrimonii vota migraverit, non sit ei licitum novercae, vel vitrico, testamento, vel sine scriptura, seu codicillis, haereditatis jure, sive legati, sive fideicommisso titulo plus relinquere, nec dotis, aut ante nuptius donationis nomine, seu mortis causa habita donatione, conferre, nec inter vivos conscribendis donationibus (quae etsi constante matrimonio civili jure interdictae sint, morte tamen donatoris ex certis causis confirmari solent) quam filio, vel filiae si unus, vel una extiterit. Quod si plures liberi fuerint, singulis aequas partes habentibus minime plus, quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum novercam transferri etc.

Vide etiam Novellam. 22. cap. 27 (1).

(1) Concorda con l'art. 1051. LL. CC.

(c) *Extat in L. 4. ff. de in jus. voc. §. 2. ubi sic.* — Parentem hic utriusque sexus accipe. Sed an in infinitum quaeritur? Quidam parentem usque ad tritavum appellari ajunt: superiores, majores dici. Hoc veteres existimassePomponius refert, sed Cajus Cassius omnes in infinitum parentes dicit: quod et honestius est, et merito obtinuit.

Vide L. 51. ff. de verb. sign.

(d) *Extat in L. 16. ff. de re judic. ubi sic.* — Sunt, qui in id quod facere possunt, conveniuntur, id est, non deducto aere alieno. Et quidem sunt hi fere, qui pro socio conveniuntur, socium autem omnium bonorum accipiendum est. Item parens.

Et in L. 17. ff. eod. ubi sic. — Patronus, patrona, liberique eorum, et parentes. Item maritus de dote in id, quod facere potest, convenitur.

Vide L. 7. §. 1. ff. de obsequiis parent. §. 38. Instit. de action.

(e) *Extat in L. 5. C. de patria potestate. ubi sic.* — Filia tua non solum reverentiam, sed et subsidium vitae ut exhibeat tibi, Rectoris provinciae auctoritate compelletur (2).

Vide L. 2. ff. de obsequiis. par. L. 1. C. de alend. liber.

(2) Concorda con gli art. 195. e 287. LL. CC.

(f) *Extat in L. 6. ff. de in jus. voc. ubi sic.* — Parentes naturales in jus vocare nemo potest: una est enim omnibus parentibus servanda reverentia.

(g) *Argum. leg. 1. ff. de obsequiis par.*

(h) *Extat in L. 39. ff. solut. matrim. ubi sic.* — Viro, atque uxore mores invicem accusantibus, causam repudii dedisse utrumque, pronunciatum est. Id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contempserunt, neuter vindicetur: paria enim delicta mutua compensatione dissolvuntur.

(i) *Fluit ex L. 5. §. 1. ff. de re judic. ubi sic.* — Si judex aliquem sic condemnet, ut, quod habet ex testamento, vel codicillis Maevii, restitueret Titio: sic acci-

Paria sunt consentire a principio, et post (a).

1392. Pars continetur in appellatione rei (b).

1393. Pars adjuncta sequitur naturam totius (c).

1394. Pars indefinita, dimidiam significat (d). Pars minor non aptatur majori, ut aequalitas fiat, sed contra (e).

1395. Partium solutio multa incommoda habet, seu res per particulas solutae facile dissipantur (f). Idem judicium de toto quoad totum, et de parte quoad partem (g).

1396. Partus, qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis, custoditur, quoties de ejus commodo agitur (h); immo est ejus causa favorabilior, quam jam nato (i).

---

piendum est, quasi quantitatem nominavit, quae testamento, vel codicillis relicta est etc.

Vide L. 59. §. 1. ff. eod. L. 3. C. quae sent. sine certa quant. L. 77. ff. de haered. inst.

Vide tamen. L. 75. §. 6. ff. de verb. obl.

(a) *Fluit ex L. 10. §. 6. ff. de aqua, et aquae pluv. ubi sic.* — An tamen subsequi voluntas possit, videamus? Et placet, nihil interesse, utrum praecedat voluntas aquae ductionem, an subsequatur; quia et posteriorem voluntatem Praetor tueri debet.

Vide L. 47. ff. eod. L. 28. C. de adult. L. ult. §. 3. ff. de eo, per quem factum.

(b) *Extat in L. 72. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Appellatione rei pars etiam continetur.

(c) *Extat in L. 26. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Proculus indicat; hoc jure nos uti, quod Servio et Labeoni placuisset; in quibus propria qualitas expecteretur, si quid additum erit, toto cedit: ut statuae pes, aut manus; schypho fundus, aut ansa; lecto fulcrum; navi tabula; aedificio caementum; tota enim ejus sunt, cujus ante fuerant.

Vide L. 23. §. 2. et 5. ff. de rei vindic.

(d) *Extat in L. 164. §. 1. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Partitionis nomen non semper dimidium significat: sed prout est adjectum; potest enim juberi aliquis, et maximam partiri; posse, et vicesimam, et tertiam, et prout libuerit: sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.

Et in L. 43. ff. de usufr. ubi sic. — Etiam partis bonorum ususfructus legari potest: Si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur.

(e) *Argum. L. 10. C. de pactis. conventis.*

(f) *Vide Vinnium. Instit. quib. mod. tollitur. obligat. n. 4. in fine.*

(g) *Extat in L. 76. ff. de rei vind. in princ. ubi sic.* — Quae de tota re vindicanda dicta sunt, eadem et de parte intelligenda sunt: officioque judicis continetur, pro modo partis ea quoque restitui jubere, quae simul cum ipsa parte restitui debeat.

Vide L. 51. in fin. ff. de admin. et peric. tutor. L. 3. ff. pro derelicto.

(h) *Extat in L. 7. ff. de statu homin. ubi sic.* — Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur (1), quotiens de commodis ipsius partus quaeritur: quamquam alii, antequam noveatur, nequaquam prosit.

Vide L. 26. ff. eod. L. 231. ff. de verb. sign. L. 1. ff. de ventr. in possess. mitt.

(1) Concorda virtualmente con l'art. 215. LL. CC.

(i) *Extat in d. L. 1. §. 15. ff. de ventr. in poss. mitt. ubi sic.* — Et generaliter, ex quibus causis Carbonianam bonorum possessionem puero Praetor dare solitus est, ex eisdem causis ventri quoque subvenire Praetorem debere non dubitamus: eo facilius, quo favorabilior est causa partus, quam pueri: partui enim in hoc fa-

1397. Partus septimestris est perfectus (a): et legitimus est natus etiam ex quinquagenaria (b).

1398. Partus in utero portio matris est: editus ad patrem pertinet (c). Partus sequitur ventrem (d).

1399. Parum est jus nosse, si personae, quorum causa constitutum est, ignorentur (e).

1400. Pater is est, quem justae nuptiae demonstrant (f).

1401. Pater non videtur esse is, qui aliquandiu ex causis generare cum uxore non potuit (g).

---

vetur, ut in lucem producatur: puero, ut in familiam inducatur: partus enim iste alendus est, qui et si non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam Reipublicae nascitur.

(a) *Extat in L. 12. ff. de statu hom. ubi sic.* — Septimo mense nasci perfectum partum, jam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis; et ideo credendum est, eum, qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse (1).

Adde L. 29. in princ. ff. de liber. et posthum. L. 3. §. 11. ff. de suis. et legit. Novell. 39 C. 2.

(1) Concorda virtualmente con gli art. 234. e seguenti LL. CC. sulla perfezione del parto di giorni 300.

(b) *Extat in L. 12. C. de legit. haered. ubi sic.* — Si major quinquagenaria partum ediderit, si debet hujusmodi soboles suo patri succedere, et haereditatem ejus nancisci, a Caesariana advocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis hujusmodi partus inveniatur, et raro contingat: nihil tamen eorum, quae probabiliter a natura noscuntur esse producta, respui: sed omne jus, quod ex quacumque lege liberis praestitum est, hoc merum, atque immutilatum hujusmodi filiis, vel filiabus servo omnibus successionibus, sive ex testamento, sive ab intestato; et summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit etc.

Vide L. 21. ff. de act. empt. L. 3. ff. de legib. L. 64. ff. de reg. jur.

(c) *Extat in L. 1. §. 1. in princ. ff. de inspic. ventr. ubi sic.* — Ex hoc rescripto evidentissime apparet. — Senatusconsulto de liberis agnoscendis locum non habuisse, si mulier dissimularet se praegnantem, vel etiam negaret: nec immerito: partus enim, antequam edatur mulieris portio est, vel viscerum. Post editum plane partum a muliere jam postea maritus jure suo filium per Interdictum desiderare, aut exhiberi sibi, aut ducere permitti extra ordinem. Igitur Princeps in causa necessaria subvenit.

(d) *Extat in L. 7. C. de rei vind. ubi sic.* — Partum ancillae matris sequi conditionem nec statum patris in hac specie considerari, explorati juris est (2).

Vide L. 42. C. de liberal. causa. L. 28. C. eod. Adde L. ult. C. de fugit. L. 22. L. 36. L. 44. C. de Decur. L. 15. C. de muril. L. 1. §. 2. ff. ad Municip. L. 19. ff. de statu hom. L. 5. §. 1. ff. de rei vindic. L. ult. ff. de adquir. rer. dom.

(2) Argom. dall'art. 674. LL. CC.

(e) *Extat in §. 12. Instit. de jur. nat. gent. et civ. ubi sic.* — Omne autem jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de personis videamus: nam parum est jus nosse, si personae, quarum causa constitutum est, ignorentur.

(f) *Extat in L. 5. ff. de in jus voc. ubi sic.* — Quia semper (mater) certa est, etiam si vulgo conceperit. Pater vero is est, quem nuptiae demonstrant (3).

Vide L. 6. ff. de his qui sui.

(3) Concorda con l'art. 234. LL. CC.

(g) *Extat in L. 6. ff. de his. qui sui ubi sic.* — Filium enim definimus, qui ex

1402. Pater haeres filii minoris ejus nomine restituitur (a).
1403. Pater onustus excusatur a muneribus (b).
1404. Pater usumfructum habet in bonis maternis filiorum (c), nec illum amittit denuo nubens (d). Eumdem usumfructum habet in omnibus, quae liberis quaeruntur, exceptis peculiis castrensibus, et quasi castrensibus: (e) non quando cum aliis filis filio succedit (f).

---

viro, et uxore ejus nascitur. Sed si fingamus abfuisse maritum, verbi gratia per decennium reversum anniculum invenisse in domo sua, placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium. Non tamen ferendum Iulianus ait, eum, qui cum uxore sua assidue moratus nolit filium adgnoscere, quasi non suum. Sed mihi videtur, quod et Scaevola probat, si constet maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse infirmitate interveniente, vel alia causa; vel si ea valitudine paterfamilias fuit, ut generare non possit; hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse (1).

Vide L. 1. §. 14. ff. de agnosc. et alend. lib. L. 9. C. de nuptiis. L. 12. ff. de statu. hom. Novell. 19.

(1) Concorda con l'art. 134. e seguenti LL. CC.

(a) *Extat in L. 3. §. 9. ff. de minor. ubi sic.* — Pomponius adjicit, ex his causis, ex quibus in re peculiari filiifamilias restituuntur; posse et patrem quasi haeredem, nomine filii, post obitum ejus, impetrare cognitionem.

Vide L. 6. ff. de integr. restit.

(b) *Fluit ex L. 2. §. 1. ff. de vocat. et excus. munerum. ubi sic.* — Numerus liberorum, aut septuaginta annorum ab honoribus, aut muneribus his cohaerentibus excusationem non praestat, sed a muneribus tantum civilibus.

(c) *Extat in L. 2. C. de bonis. matern. ubi sic.* — Quidquid avus, avia, proavus, proavia ex materna linea venientes nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, testamento, fideicommisso, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam intestati successione coutulerint; pater filio, filiaeve integra, illibataque custodiat, ut vendere, donare, relinquere, alteri obligare (sicut nec materna bona) non possit, usufructu (2) duntaxat ad eum pertinente: ita ut quemadmodum ipse super his rebus licentiam totius potestatis amittit; defuncto eo, filio, filiaeve praecipua computentur: nec ab illis, qui ex parte sunt cohaeredes vindicentur.

(2) Concorda con l'art. 298. LL. CC. sino all'età di anni 18. del figlio.

(d) *Extat in L. ult. C. de bonis matern. ubi sic.* — Omnem ambiguitatis confusionem amputantes, hac liquida, et compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater, ex quo filios habuit, permanere voluerit, sive novercam filiis superinduxerit: legibus, quae de maternis bonis latae sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usumfructum maternarum rerum, etiam si ad secundas migraverint nuptias sine dubio habere debebunt (3): nec ullam filiis, vel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbam vocem, accusationemque posse competere.

Vide Novell. 22. cap. 34.

(3) Concorda virtualmente con l'art. 300. LL. CC. perchè cessa l'usufrutto, quando la sola madre passi a seconde nozze.

(e) *Extat in L. 6. C. de bonis quae liberis. circ. med. ubi sic.* — Si quis itaque filiusfamilias vel patris sui, vel avi, vel proavi in potestate constitutus aliquid sibi acquisierit, non ex ejus substantia, cujus in potestate sit, sed ab aliis quibuscumque causis, quae ex liberalitate fortunae, vel laboribus suis ad eum perveniant: eas suis parentibus non in plenum, sicut antea fuerat, sancitum, sed usque ad usumfructum solum adquirat, et eorum ususfructus quidem apud patrem, vel avum, proavum quorum

1405. Pater filio succedit in bonis a se profectitiis (a); non in donatis a principe (b). Pater, et filius eadem persona reputantur (c). Pater creditur bene consulere suis liberis (d).

1406. Paterfamilias est dominus domus, licet pater non sit (e).

1407. Patrem liberi sequuntur in legitimis nuptiis (f).

---

in sacris sit constitutus, permaneat ..... exceptis castrensibus peculiis, quorum nec usumfructum patrem, vel avum, vel proavum habere, veteres leges concedunt: in his enim nihil innovamus, sed vetera jura intacta servamus: eadem observandn etiam in his peculiis, quae quasi castrenia peculia ad instar castrensis peculii accesserunt (4).

Vide §. 2. *Instit. de adquisit. per adrog. L.* 2. *ff. de SC. Maced. Adde L.* 7. *C. hoc. tit.* §. *ult. Instit. de testam. militis.*

(4) Concorda con l'art. 301. LL. CC.

(f) *Extat in Novella* 118. *C.* 2. *circ. med. ubi sic.* — Si vero cum ascendentibus inveniantur fratres; aut sorores ex utrisque parentibus conjuncti defuncto: cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur: si autem pater, aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe haereditate secundum personarum numerum, uti et ascendentium, et fratrum singuli aequalem habeant portionem: nullum usum ex filiorum, aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare: quoniam pro hac usus portione, haereditatis jus et secundum proprietatem per praesentem dedimus legem: differentia nulla servanda inter personas istas, sive faeminae, sive masculi fuerint; qui ad haereditatem vocantur: et sive per masculi, sive per faeminae personam copulantur; et sine suae potestatis, sive sub potestate fuerit is, cui succedunt etc.

Vide Aut. Item haered. C. de bonis. quae liber.

(a) *Extat in L.* 2. *C. de bonis quae liberis. in princ. ubi sic.* — Constitutionis novae capitulum clariore interpretatione sancimus, ut quae per filios, nepotes, pronepotes, itemque filias, neptes, proneptes, quamvis in potestate sint, minime adquiri patri decrevimus, a marito, vel uxore quocumque titulo collata, sive ultima transmissa voluntate: nullus ad id quoque pertinere existimet, quod ab ipso parente datum, vel dotis, ante nuptias donationis causa, pro una ex memoratis personis praestitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, revertatur (5).

(5) Concorda con l'art. 670. LL. CC.

(b) *Extat in L.* 7. *C. de bonis quae liber. ubi sic.* — Cum multa privilegia Imperialibus donationibus jam praestita sunt, dignum incrementum et his conferre nostra dignata est Clementia. Si quis igitur a serenissimo principe, vel a piissima augusta; sive masculus, sive faemina donationes sit consecutus, vel consecuta sive mobilium, sive immobilium, sive semoventium rerum filiusfamilias tamen constitutus, vel constituta, habeat hujusmodi res omni adquisitione absolutas; et nemini adquirat, neque earum usumfructum pater, vel avus, vel proavus sibi vindicet, sed ad similitudinem castrensis peculii omnem facultatem in eas filii, vel filiae familias habeant etc.

Vide Novellam 52. §. 2. *Adde L.* 26. *C. de donat. inter vir. et uxor. L.* 31. *ff. de legib. L.* 6 *in princ. C. de bon. quae liber.*

(c) *Extat in L.* 11. *in fin. C. de impuber. et aliis substit. ubi — Refertur casus, et dicitur* sic. In secunda autem specie, cum et natura pater, et filius eadem esse persona pene intelligantur, dimidiam etc.

(d) *Vide L.* 7. *C. de curat. furios. in Aphorismo* 64.

(e) *Extat in L.* 195. §. 2. *circa med. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet: recteque hoc nomine appellatur, quamvis filium non habeat: non enim solam personam ejus, sed et jus demonstramus etc.

(f) *Vide supra. — Aphor.* 1097.

1408. Patria potestas est parentum in liberos. (a). Non solvitur invito patre (b): solvitur emancipatione (c), et aliis causis (d).

1409. Patria potestas in pietate, non in atrocitate consistit (e) Patria potestas est inaestimabilis (f).

1410. Patris mores refunduntur in filios: ita patriae mores in cives (g).

1411. Patris originem liberi sequuntur (h).

1412. Patris reatus filio non impedit honores (i).

1413. Patris adfectui parcitur (k).

1414. Patronatus jus ad filium non haredem transit (l).

(a) *Extat in L. 3. ff. de his. qui sui ubi sic.* — Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex justiis nuptiis procreavimus: quod jus proprium civium Romanorum est (1).

(1) Vedi l'art. 289. LL. CC. ove la patria potestà è data al solo padre durante il matrimonio.

(b) *Extat in L. 31. ff. de adoption ubi sic.* — Non potest filius, qui est in potestate patris ullo modo compellere eum, ne sit in potestate, sive naturalis, sive adoptivus.

(c) *Extat in §. 6. Instit. quib. mod. jus patr. pot. solv. ubi sic.* — Praterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse (2).

Vide L. 5. C. de dolo malo.

(2) Concorda con il cit. art. 288. LL. CC.

(d) *Vide tot. tit. Instit. quib. mod. jus patri. pot. solv.* (3)

(3) Vedi il cit. art. 288. LL. CC. ove la patria potestà si scioglie quando il figlio giunge agli anni 25, quando sia emancipato pria di tal età, quando contragga matrimonio, e quando viva con casa, ed economia separata.

(e) *Extat in L. 5. ff. de leg. Pompej. de parric. ubi sic.* — Divus Hadrianus fertur, cum in venatione filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat, in insulam eum deportasse: quod latronis magis, quam patris jure eum interfecit: nam patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere.

Vide L. 1. §. ult. ff. de liber. exhib.

(f) *Extat in L. 114. §. 8. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Sed si liberos suos emancipare rogatus fuerit non cogitur hoc facere: potestas enim patris inaestimabilis est.

Immo vide L. 92. ff. de condit. et demonstr.

(g) *Vide supra. — Aphor. 114.*

(h) *Extat in L. 36. C. de decurion. ubi sic.* — Exemplo Senatorii ordinis, patris originem unusquisque sequatur: nec valeant specialiter rescripta, si quis se, matris origine defensa, a majore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit: neque ulla pro more provinciae referri sinatur exceptio.

(i) *Extat in L. 3. §. 9. ff. de muner. et honor. ubi sic.* — Quod pater in reatu criminis alicujus est, filiis impedimento ad honores esse non debet.

Vide L. 2. §. 7. ff. de decur.

(k) *Fluit ex L. 11. §. 3. ff. quod. falso tutor. ubi sic.* — Iulianus libro XXI. Digestorum tractat: an etiam in patrem debeat dari haec actio, qui filiam minorem duodecim annis nuptum dedit? Et magis probat, patri ignoscendum esse, qui filiam suam maturius in familiam sponsi perducere voluit: affectu enim propensiore magis, quam dolo malo id videri fecisse.

Vide L. 14. §. 7. ff. de bonis libert.

(l) *Extat in L. 9. in princ. ff. de jur. patron. ubi sic.* — Filii haereditate paterna se abstinentes, jus, quod in libertis habent, non amittunt. Idem, et in emancipato.

Vide L. 47. ff. de bon. libert.

1415. Pecunia penes tutorem extincta tutela non debet esse sterilis (a). Pecuniae nomine in dubio numerata et signata intelligitur (b). Pecunia turpiter accepta justius penes eum est, qui deceptus est, quam qui decepit (c).

1416. Perdit, qui donat (d). Perfectum est, quod ex suis partibus constat (e).

1417. Periculum est creditoris, si offerente debitore, creditor sit in mora in accipiendo (f). Periculum imputatur ei, qui se ponit in illo (g).

1418. Periculum est emptoris in re vendita nondum tradita (h).

1419. Permutando neuter est venditor, neuter emptor (i).

1420. Persona ante quaerenda, quam juris ratio (k).

(a) *Extat in L. 3. §. 4. ff. de contrar. tut. ubi sic.* — Usuras utrum tamdiu consequetur tutor, quamdiu tutor est, an etiam post finitam tutelam, videamus; an ex mora tantum? Et magis est, ut, quoad ei reddatur pecunia, consequatur: nec enim debet ei sterilis esse pecunia (1).

(1) Concorda con l'art. 397. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 7. §. 3. ff. de SC. Macedon. ubi sic.* — Mutui dationem non solum numeratae pecuniae, verum omnium, quae mutuo dari possunt, an accipere debeamus videndum? Sed verba videntur mihi ad numeratam pecuniam referri; ait enim Senatus, mutuam pecuniam dedisset (2) etc.

(2) Vedi gli art. 1764. a 1764. LL. CC. ove l'idea del mutuo è più generica.

(c) *Extat in L. 9. in fin. ff. de doli mali et met. except. ubi sic.* — Nam turpiter accepta pecunia justius penes eum est, qui deceptus sit, quam qui decepit.

Vide L. 3. ff de condict. ob turp. caus.

(d) *Argum. L. 7. de donat. in princ. ubi sic.* — Filiusfamilias donare non potest, neque si liberam peculii administrationem habeat: non enim ad hoc ei conceditur libera peculii administratio, ut perdat. (3)

(3) Concorda con l'art. 814. LL. CC.

(e) *Extat in L. 1. in princ. ff. de orig. jur. ubi sic.* — Facturus legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi; non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret etc.

Vide L. 139. §. 2. ff. de verb. sign. L. 15. in princ. ff. de divers. tempor. praescript.

(f) *Argum. a contr. leg. 5. ff. de reb. cred. L. 23. et 91. §. 3. ff. de verb. obl.*(4).

(4) Concorda con gli art. 1092. e 1210. LL.CC.

(g) *Vide casus in L. 11. ff. ad leg. Aquil. in princ.*

(h) *Etat in L. 1. C. de periculo, et comm. rei vend. ubi sic.* — Post perfectam venditionem omne commodum, et incommodum, quod rei venditae contingit, ad emptorem pertinet (5).

Vide L. 1. 7. et 8. ff. eod. L. 4. ff. de furtis. L. 62. §. 2. ff. de contrah. empt.

(5) Concorda con gli art. 1428. 1470 e 1092. LL. CC.

(i) *Extat in L. 1. ff. de rerum permut. in princ. ubi sic.* — Sicut aliud est vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor, ita pretium aliud, aliud merx; at in permutatione discerni non potest, uter emptor, vel uter venditor sit etc.

Vide supra. — Aphor. 900.

(k) *Extat in L. 14. circa med. ff. de jure Codicill. ubi sic.* — Ego autem ausim sententiam Proculi verissimam dicere; nullius enim momenti est legatum, quod datum est ei, qui tempore codicillorum in rebus non est, licet testamenti fuerit: esse

1421. Personarum ratio habenda erit in judiciis (a).
1422. Petitione haereditatis tenetur, etiam qui unam rem haereditariam possidet (b).
1423. Peti quae possunt, ea et dividi possunt (c).
1424. Petitorum alter victus si acquieverit, alterius petitioni non praejudicatur (d).
1425. Pignori dare fructus rei est (e).
1426. Pignoris sunt, quae ex pignore nascuntur (f).
1427. Pignoris persecutio electa actionem personalem non impedit (g).
1428. Pignus est species alienationis (h).
1429. Pignus vendi potest ob sortem non solutam, et etiam ob usuras; item ob impensas in illud factas (i).

---

enim debet, cui detur: deinde sic quaeri, an datum consistat; ut non ante juris ratio, quam persona quaerenda sit eto.

(a) *Vide casum in L. 15. ff. de neg. gest.*

(b) *Extat in L. 9. ff. de haeredit. petit. ubi sic.* —Regulariter definiendum est: eum demum teneri petitione haereditatis, qui vel jus pro haerede, vel pro possessore possidet, vel rem haereditariam.

Et in L. 10. ff. eod. ubi sic. — Licet minimam §. 1. Itaque qui ex asse, vel ex parte haeres est, intendit quidem haereditatem suam esse totam, vel pro parte; sed hoc solum ei officio judicis restituitur, quod adversarius possidet: aut totum si ex asse sit haeres, aut pro parte, ex qua haeres est.

Vide L. 1. §. 1. ff. si pars haered. petat.

(c) *Extat in L. 25. §. 19. ff. de haereditatis petit. ubi sic.* — Hoc Senatusconsultum ad petitionem haereditatis factum, etiam in familiae erciscundae judicio locum habere placet: ne res absurda sit, ut quae peti possunt, dividi non possint.

(d) *Vide L. 63. in fin. ff. de re judic. in Aphor. 15* (1).

(1) Argomento dall'art. 597. L. pr. civ.

(e) *Vide supra. — Aphor. 15.*

(f) *Vide supra — Aphor. 364.*

(g) *Extat in L. 13. ff. de pign. et hypoth. in princ. ubi sic.* — Grege pignori obligato, quae postea nascuntur, tenentur. Sed et si prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renovatus, pignori tenebitur.

Vide L. 29. ff. eod. Vide supra. — Aphor. 11.

(h) *Extat in L. 10. C. de obl. et act. ubi sic.* — Adversus debitorem electis pignoribus personalis actio non tollitur; sed eo, quod de pretio servari potuit, in debitum computato, de residuo manet integra (2).

Vide L. 8. in fin. C. si certum petat. L. 3. 5. et 9. C. de distract. pign. L. 9. in fin. ff. eod. L. 28. ff. de reb. cred.

(2) Concorda con l'art. 1939. LL. CC.

(i) *Fluit ex L. ult. C. de reb. alien. non alien. ubi sic.* — Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi. Similique modo et servitutes minime imponi, nec emphytheuseos contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiserit (3).

Vide L. 1. §. 2. ff. quae res pignori.

(3) Argomento dagli art. 380 407. e simili LL. CC.

(k) *Extat in L. 8. §. 5. ff. de pignorat. act. ubi sic.* — Cum pignus ex pactione venire potest, non solum ob sortem non solutam venire poterit, sed ob caetera quo-

1430. Pignus proprie rei mobilis constituitur (a).
1431. Pignus differt ab hypoteca; illud enim ad creditorem transit; hujus autem possessio non transit (b).
1432. Pignus rei alienae convalescit, si debitor ejusdem rei postea dominus fuerit (c).
1433. Pignus persequi potest pro pensione etiam antequam dies solutionis venerit (d).
1434. Plura negotia, quam negotiorum vocabula (e).
1435. Plura ad judicis cognitionem remittenda (f).
1436. Pluralis locutio saltem duorum numero est contenta (g).
1437. Plures una sententia condemnati pro virili tenentur (h).
1438. Plures actiones limitatim cognoscendae (i).
1439. Plures eamdem rem in solidum possidere nequeunt (k).

---

que, veluti usuras, et quae in id impensa sunt (4).

Vide L. 11. §. 3. ff. h. t. L. 13. in fin. ff. de pignor.

(4) Concorda con gli art. 1948, 1950, 1951. e 1952. LL. CC.

(a) *Extat in L. 238. §. 2. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Pignus appellatum a pugno: quia res, quae pignori dantur, manu traduntur: unde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant pignus proprie rei mobilis constitui (1).

Vide §. 7. in fin. Instit. de action.

(1) Concorda con l'art. 1942 comma 1. LL. CC.

(b) *Extat in L. 9. §. 2. ff. de pignorat. act. ubi sic.* — Proprie pignus dicimus, quod ad creditorem transit; hypothecam, cum non transit, nec possessio ad creditorem (2).

Vide §. 7. circ. fin. Instit. de action. Immo vide L. 5. §. 1. ff. de pignor.

(2) Concorda virtualmente con la definizione dettata nell'art. 2000. LL. CC.

(c) *Extat in L. 41. in princ. ff. de pign. act. ubi sic.* — Rem alienam pignori dedisti, deinde dominus rei ejus esse coepisti, datur utilis actio pignoratia creditori etc.

Vide L. 20. in princ. ff. eod. Adde L. 46. ff. de act. empt.

(d) *Extat in L. 14. in princ. ff. de pignor. et hypoth. ubi sic.* — Quaesitum est, si non dum dies pensionis venit, an et medio tempore persequi pignora permittendum sit? Et puto dandum pignoris persecutionem, quia interest mea; et ita Celsus scribit (3).

(3) Concorda con l'art. 219. leg. di pr. civ.

(e) *Extat in L. 4. ff. de prescript. verb. ubi sic.* — Natura enim rerum conditum est, ut plura sint negotia, quam vocabula.

(f) *Vide casum in L. 135. §. 2. ff. de verb. obl.*

(g) *Extat in L. 12. ff. de testib. ubi sic.* — Ubi numerus testium non adjicitur etiam duo sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est.

Vide L. 217. in fin ff. de verb. sign.

(h) *Vide supra. — Aphor. 234.*

(i) *Fluit ex L. 11. ff. de jurisd. omn. jud. in princ. ubi sic.* — Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra jurisdictionem judicantis sit, coacervatio vero omnium excedat modum jurisdictionis ejus, apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo placuit, quae sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata est.

Vide §. 1. hujus leg. L. 19. in fin. ff. eod. L. 1. C. de defens. civit. Novell. 15. C. 3. §. ult. Adde L. 74. §. 1. ff. de judiciis. L. 28. ff. ad Municip.

(k) *Extat in L. 3. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. possess. ubi sic.* — Ex contrario plures eamdem rem in solidum possidere non possunt.

Vide L. 5. §. ult. ff. commod. L. 19.

1440. Plus solvit, qui cito solvit: minus solvit, qui sero solvit (a).

1441. Plus continet minus (b).

1442. Plus si solutum sit, quando res est individua, tota repetitur, manente pristina obligatione (c).

1443. Poena soluta repeti non potest (d).

1444. Poena non irrogatur, nisi quae quaque lege, vel alio jure specialiter delicto imposita sit (e).

1445. Poena stipulata committitur die, sub qua stipulata est, existente, etiam sine interpellatione (f).

1446. Poena stipulationis a defuncto promissa repetitur contra omnes ejus haeredes, etiamsi unus eorum eam non commiserit; nec uno solvente, alius liberatur (g).

---

in princ. ff. de praecorio. Immo vide 15. §. 18. ff. de doma infect. L. 3. in princ. ff. uti possid. L. 15. §. 4. de precar. Vide supra. — Aphor. 326. et 730.

(a) *Vide infra. — Aphor. 1624.*

(b) *Vide supra. — Aphor. 902.*

(c) *Extot in L. 84. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cum amplius solutum est, quam debebatur, cujus pars non invenitur, quae repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.

Vide L. 27. §. 4. ff. de condit indebit.

(d) *Extat in L. 46. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod a quoquo poenae nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

Et in L. 42. ff. de condict. indeb. ubi sic. — Poenae non solent repeti, cum depensae sunt.

Vide L. 22. in princ. §. 1. ff. de pignor. act. L. 46. §. 5. ff. de proc. L. 72. in fin. ff. pro socio. L. 3. §. 14. ff. de tabul. exhib.

(e) *Extot in L. 131. ff. 1. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Inter multam autem, et poenam multum interest: cum poena generale sit nomen, omnium debitorum coercitio: multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est (1): poena autem non tantum pecuniaria, verum capitis, et aestimationis irrogari solet: et multa quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit; poena non irrogatur, nisi quae quaque lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est (2), quinimo multa ibi dicitur, ubi specialis poena non est imposita.

(1) Concorda con gli art. 30. e 59. leg. pen.

(2) Argomento dall'art. 3. leg. pen.

(f) *Extot in L. 12. C. de contrah. et committ. stip. ubi sic.* — Magnam legum veterum obscuritatem, quae protrahendarum litium magnam occasionem usque adhuc praebebat, amputantes, sancimus: ut si quis certo tempore facturum se aliquid; vel daturum stipuletur, vel quae stipulator voluit, promiserit, et adjecerit, quod si statuto tempore minime haec perfecta fuerint, certam poenam dabit: sciat minime se posse debitor ad evitandam poenam adjicere, quod nullus eum admonuit: sed etiam citra nullam admonitionem eidem poenae pro stipulationis tenore fiet obnoxius (3); cum ea, quae promisit, ipse in memoria sua servare, non ab aliis sibi manifestari debeat poscere.

Vide L. 23 ff. de verb. obl. L. 4. de leg. commiss. L. 1. in fin. ff. de act. empt.

(3) Vedi l'art. 1185. LL. CC. ove non s'incorre nella pena, se non quando siesi in mora.

(g) *Extot in L. 5. §. 4. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Si sortem promiseris, et si ea soluta non esset, poenam: etiam si unus ex haeredibus tuis portionem suam ex sorte solverit, nihilominus poenam committet, donec portio cohaeredis solvatur. Idemque est de poena ex compromisso, si unus paruerit, alter non paruerit sententiae judicis: sed a cohaerede ei satisfieri debet: nec enim aliud in his stipulationibus sine injuria stipulationis constitui potest (4).

Vide L. 75. §. 6. ff. eod. L. 1. C. de condict. furtiv.

(4) Vedi gli art. 1185, e 1186. LL. CC. ove nelle obbligazioni indivisibili si può ripetere l'intera pena contra uno degli eredi contraventore; nelle obbligazioni divisibili poi si ripete la quota salva la eccezione nell'art. 1186.

1447. Poena in pluribus delictis alia aliam non consumit (a).

1448. Poena est personalis, secus in crimine majestatis, quae transit ad filios quoad effectum (b).

1449. Poena subeunda loco patrati delicti (c).

1450. Poenalis aestimatio non augetur ex post facto (d). Augetur saepius delinquenti (e) et ex qualitate personarum (f).

1451. Poenam cogitationis nemo patitur (g). Poenam non meretur, quod legitime factum est (h).

(a) *Extat in L. 2. in princ. ff. de priv. delict. ubi sic.* — Nunquam plura delicta concurrentia (1) faciunt, ut ullius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit poenam.

Vide L. 27. in princ. ff. ad leg. Aquil. L. 11. §. ult. ff. de serv. corrupt. L. 1. §. 22. L. 2. §. 1. ff. de tutel. et ration. L. 60. ff. de obl. et act. L. 21. in fin. ff. de fur. L. 8. §. 2. ff. arbor. furtim. caesar. L. 25. L. 41. ff. de injur. Immo vide L. 6. in fin. ff. nautae. L. 34. in princ. L. 53. ff. de obl. et act.

(1) Concorda con gli art. 79. e seguenti leg. pen. e con l'art. 285. leg. pr. pen. e cou gli art. 52. a 54. leg. pen.

(b) *Extat in L. 5. C. ad leg. Iul. majest. ubi hoc dicitur. Vide L. 20. ff. de poenis* (2).

(2) Concorda con l'art. 1. leg. pen.

(c) *Extat in L. 28. §. 15. ff. de poenis. ubi sic.* — Famosos latrones in his locis ubi grassati sunt, furca figendos, compluribus placuit; ut et conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, et solatio sit cognatibus, et affinibus interemptorum eodem loco poena reddita, in quo latrones homicidia fecissent: nonnulli etiam ad bestias eos damnaverunt (3).

Vide L. 3. in fin. princ. ff. de re milit. L. 7. §. 4. ff. de accusat. Nov. 8. c. 8. in fin. Nov. 69. c. 1. L. fin. ff. de noxal. action.

(3) Concorda con l'art. 6. n. 1. leg. pen.

(d) *Extat in L. 138. §. 1. ff de reg. jur. ubi sic.* — Numquam crescit ex postfacto praeteriti delicti aestimatio (4).

Fluit regula ex L. 9. in princ. ff. de furtis.

(4) Argomento dell' art. 60. leg. pen.

(e) *Extat in L. 28. §. 3. ff. de poenis. ubi sic.* — Solent quidam, qui vulgo se Iuvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentibus se acclamationibus popularium accomodare, qui si amplius nihil admiserint, nec ante sint a Praeside admoniti: fustibus caesi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur: quod si ita correpti, in eisdem deprehendantur; exilio puniendi sint; non nunquam capite plectendi, scilicet cum saepius seditiose, et turbulente se gesserint: et aliquotiens adprehensi, tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseveraverint (5).

Vide L. 3. C. de Episc. Aud.

(5) Concorda con gli art. 78. a 88. leg. pen.

(f) *Extat in L. 28. §. ult. ff. de poenis ubi sic.* — Majores nostri in omni supplicio severius servos, quam liberos, famosos, quam integrae famae homines, punierunt (6).

Vide L. 16. §. 3. ff. eod. immo vide L. 8. in fin. C. de Episcop.

(6) I casi di recidiva, e di reiterazione rendono la pena del colpevole più grave art. 78, e seg. leg. pen.

(g) *Extat in L. 18. ff. de poenis ubi sic.* — Cogitationis poenam nemo patitur (7).

Vide L. 225. ff. de verb. sign. L. 1. in fin. ff. quod quisque juris; vide tamen. L. 6. in princ. C. de his, qui ad Eccles. L. 5. in princ. C. ad Leg. Iuliam Majestatis.

(7) Concorda virtualmente con gli art. 69. e seguenti leg. pen. ove il pensiero deve di delinquere debb'esser accompagnato con qualche atto di esecuzione impedito per cause non dipendenti del colpevole.

(h) *Extat in L. 4. in princ. C. ad L. Iul. de adult. ubi sic.* — Gracchus, quem Numerius in adulterio noctu deprehensum

1452. Poenam incurrens poenitentia non liberatur (a).
1453. Poenam saepe minuit aetas, et imprudentia (b).
1454. Poenam petere permittur ei, qui in eam non incidit (c).
1455. Poenae non exasperandae, sed molliendae (d) ideo in poenalibus causis benignius interpetrandum est (e).
1456. Poenae sequuntur auctores suos (f).
1457. Poenitentiae locus fit rebus integris (g).
1458. Possessio vitiosa adversus extraneos juvat (h). Possessio incertae rei non est (i).
1459. Possessio juris est non tantum corporis (k).

---

interfecit, si ejus conditionis fuit, ut per legem Iuliam impune occidi potuerit: quod legitime factum est, nullam poenam meretur. Idemque filiis ejus, qui patri paruerunt, praestandum est etc.

(a) *Extat in L. 65. ff. de furtis. ubi sic.* — Qui ea mente alienum quid contrectavit, ut lucri faceret; tametsi mutato consilio in domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato poenitentia sua nocens esse desiit.

Vide L. 1. §. 25. ff. depos. L. 17. §. 1. in fin. ff. de Ædilitio Edicto L. 5. ff. vi bonor. rapt. L. 3. C. de apostat. Immo vide L. 11. ff. de in jus vocand. L. 9. in princ. ff. ad L. Cornel. de falsis. L. 1. C. de crim stellion.

(b) *Vide supra. — Aphor. 485.*

(c) *Extat in L. 154. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit.

Fluit regula ex L. 54. §. 1. ff. locat. L. 77. §. 27. ff. de legat. 2. L. 76. §. ff. de furtis. L. 21. C. de pactis.

(d) *Extat in L. 42. ff. de poenis. ubi sic.*—Interpetratione legum poenae molliendae sunt potius, quam asperandae (1).

Vide L. 155. in fin. ff. de reg. jur. L. 10. in fin. ff. de reb. dub.

(1) Argomento dall'art. 60. leg. pen. e dagli art. 290. e 291. leg. pr. pen.

(e) *Extat in d. L. 155. §. 2. ff. de regulis jur. ubi sic.* — In poenalibus causis benignius interpretandum est (2).

Vide etiam L. 56. et 192 in fin. eod. Fluit regula ex d. L. 42. et L. 32. ff. de poenis.

(2) Argomento da' cit. art. 60. leg. pen. e 290. e 291. leg. pr. pen.

(f) *Fluit ex L. 22. in fin. C. de poenis. ubi sic.* — Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum (3) etc.

(3) Argomento dall'art. 1. leg. pen.

(g) *Extat in L. 24. §. 4. circ. med. ff. loc. ubi sic.*—Sera est enim patientia fruendi, quae offertur eo tempore, quo frui colonus aliis rebus illigatus non potest. Quod si paucis diebus prohibuit, deinde poenitentiam agit; omniaquae colono in integro sunt, nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet (4).

(4) Argomento dall'art. 1214. LL. CC.

(h) *Extat in L. fin. ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* — Adversus extraneos vitiosa possessio prodesse solet.

Vide L. 1. in fin. ff. eod. L. ult. C. de rei vindic. §. 4. vers. commodum. Institut. de interdict.

(i) *Extat in L. 3. §. 2. ff. de adquir. vel am. poss. ubi sic.* — In certam partem rei possidere nemo potest, veluti si hac mente sis, ut quidquid Titius possidet, tu quoque velis possidere.

Vide L. 32. in fin. ff. de usurp.

(k) *Extat in L. 49. §. 1. ff. de adquir. vel ami poss. ubi sic.* — Qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt; habere possidere non possunt: quia possessio non tantum corporis, sed et juris est.

Vide L. 44. §. 4. ff. de usurp. d. L. 49. in princ.

1460. Possessio interrumpitur interpellatione judiciali (a) et interrupta intercidit (b).
1461. Possessio adita haereditate non transit, nisi naturaliter comprehensa (c).
1462. Possessio cognoscenda prius, inde proprietas (d).
1463. Possessio aliud est, aliud dominium (e).
1464. Possessio solo animo amitti potest; acquiri non item (f).
1465. Possessio defuncti quasi juncta descendit ad haeredem (g).
1466. Possessio nihil habet commune cum proprietate (h).

(a) *Extat in L. 10. circ. med. C. de adq. et ret. poss. ubi sic.* — Interpellatione vero, et controversia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione, et causa in judicium deducta super jure possessionis vacillet, ac dubitet (1).
Vide L. 26. C. de rei vindic. L. 2. in fin. L. 10. C. de praescript. long. temp.

(1) Concorda con l'art. 1150 LL. CC.

(b) *Argum. L. 13. §. 4. ff. de acquir. vel amitt. poss.*

(c) *Extat in L. 23. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* — Cum haeredes instituti sumus, adita haereditate, omnia quidem jura ad nos transeunt: possessio tamen nisi naturaliter comprehensa ad nos non pertinet (2).
Vide L. 30. §. 5. ff. eod. Immo vide L. 30. in princ. ff. ex quib. caus. maj.

(2) Vedi gli art. 645. 930, e 932. LL. CC. ove gli eredi acquistano ipso jure il possesso da' beni ereditari in determinati casi.

(d) *Extat in L. 35. ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* — Exitus controversiae possessionis hic est tantum, ut prius pronunciet judex uter possideat; ita enim fiet, ut, is qui victus est de possessione, petitoris partibus fungatur, et tunc de domino quaeratur (3).
Vide L. 24. ff. de rei vind. L. 36. ff. de judiciis. L. 3. C. fin. reg. L. 1. §. 3. ff. uti possid.

(3) Concorda con gli art. 129. e 131. leg. pr. civ.

(e) *Extra in L. 1. §. 2. ff. uti possid. ubi sic.* — Hujus autem Interdicti proponendi causa haec fuit, quod separata esse debet possessio a proprietate; fieri enim potest, ut alter possessor sit, dominus non sit; alter dominus quidem sit, possessor vero non sit: fieri potest, ut et possessor idem, et dominus idem.
Vide L. 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. posses.

(f) *Extat in L. 3. §. 6. ff. de adquir. vel amitt. posses. ubi sic.* — In amittenda quoque possessione affectio ejus, qui possidet, intuenda est; itaque si in fundo sis, et tamen nolis eum possidere: protinus amittes possessionem. Igitur amitti et animo solo potes, quamvis adquiri non potes.
Vide L. 44. in fin. ff. eod. Obstat L. 8. ff. eod. et L. 153. in fin. ff. de reg. jur.

(g) *Extat in L. 30. in princ. ff. ex quib. caus. major. ubi sic.* — Cum miles, qui usu capiebat decesserit, et haeres impleverit usucapionem, aequum est rescindi, quod postea usucaptum est: ut eadem in haeredibus, qui in usucapionem succedunt, servanda sint, quia possessio defuncti, quasi juncta descendit ad haeredem, et plerumque nondum haereditate adita completur (4).
Obstat L. 23. in princ. ff. de adquir. vel amitt. possess.

(4) Concorda con l'art. 2141. LL. CC. e 127. leg. pr. civ.

(h) *Extat in L. 12. §. 1. ff. ad adquir. vel amitt. poss. ubi sic.*—Nihil commune habet proprietas cum possessione: et ideo non denegatur ei Interdictum Uti possidetis, qui coepit rem vindicare: non enim

1467. Possessionem invitus non servat, tamen servat dominium (a).
1468. Possessionis causam nemo sibi mutare potest (b).
1469. Possessionis verbum interdum proprietatem significat (c).
1470. Possessionis tempora emptoris, et venditoris junguntur (d).
1471. Possessionis tempora haeredis et legatarii cum illis defuncti junguntur (f): item viri, et uxoris, donatarii, et donatoris (e); licet medius haeres non possederit (g).
1472. Possessionum vitia a majoribus contracta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comitatur (h).
1473. Possessor in pari causa turpitudinis potior est (i).

---

videtur possessioni renunciasse, qui rem vindicavit (3).
Vide L. 52. in princ. ff. eod. L. 1. §. 2. ff. uti possid. Immo vide L. 8. C. h. t.

(3) Concorda per argom. 129. 130. 131. leg. pr. civ.

(a) *Extat in L. 17. §. 1. ff. de adquir. vel omitt. poss. ubi sic.* — Differentia inter dominium, et possessionem haec est, quod dominium nihilominus ejus manet, qui dominus esse non vult; possessio autem recedit, ut quisque constituit nolle possidere. Si quis igitur ea mente possessionem tradidit, ut postea ei restituatur: desinit possidere.
Vide L. 30. §. 4. L. 44. in fin. ff. eod.

(b) *Extat in L. 3. §. 19 ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* — Illud quoque a veteribus praeceptum est, neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse (1).
Vide L. 19. §. 1. ff. eod. L. 5. C. eod. L. 33. §. 1. ff. de usurpat. L. 6. §. 3. ff. de precar. L. 2. §. 1. ff. pro haerede.

(1) Concorda con l'art. 2146. LL. CC.

(c) *Extat in L. 78. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Interdum proprietatem quoque verbum possessionis significat: sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est.
Vide L. 41. §. 6. ff. de legat. 3. L. 4. C. de contrah. empt. L. 2. 6. C. de praed. et aliis reb. min.

(d) *Extat in L. 14. ff. de usurp. ubi sic.* — Id tempus venditionis prodest emptori, quo, antequam venderet, possedit: nam si postea nactus est possessionem venditor, haec possessio emptori non proficiet (2).
Vide L. 15. §. 2. §. pen. ff. de diver. temp. praescript.

(2) Concorda con l'art. 2141. LL. CC.

(e) *Extat in d. L. 14. §. 1. ff. de usurp. ubi sic.* — In re legata, in accessione temporis, qua testator possedit, legatarius quodammodo quali haeres est (3).
Vide L. 13. §. 10. ff. de adquir. vel amitt. poss.

(3) Concorda con il cit. art. 2141. LL. CC.

(f) *Extat in d. L. 13. §. 5. 6. et 11. ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* §. 5. Non autem ea tantum possessio testatoris haeredi procedit, quae morti fuit injuncta: verum ea quoque, quae unquam testatoris fuerit. §. 6. In dote quoque si data res fuerit, vel ex dote recepta: accessio dabitur vel marito vel uxori §. 11. sed et is, cui res donata est, accessione utetur ex persona ejus, qui donavit (4).
Vide L. 7. §. 3. ff. de jure dot.

(4) Concorda con il cit. art. 2141. LL. CC.

(g) *Vide L. 13. §. 4. ff. de adquir. vel amitt. pos. L. 12. §. 18. ff. pro emptor.*

(h) *Extat in L. 11. C. de adquir. vel retin. poss. ubi sic.* — Vitia possessionum a majoribus contracta perdurant: et successorem auctoris sui culpa comitatur.
Vide L. 24. §. 1. ff. de usurp. L. 4. §. 15. ff. eod. Fac. L. 24. ff. de verb. sign.

(i) *Extat in L. 2. C. de condict. ob*

1474. Possessor bonae fidei est, qui a judice comparavit (a).

1475. Possessor non cogitur titulum dicere suae possessionis, et ad hoc eum cogere incivile est (b).

1476. Possessor praestat rem, si post ejus moram ea perierit (c), et cum re omnem causam (d).

1477. Possessor in restitutione fundi consita tollere nequit (e); nec refigere, quod aedificavit (f).

1478. Possessor malae fidei praestat fructus, quos petitor erat percepturus (g).

1479. Possessor, qui emit a praedone, praescribit (h).

---

turp. caus. ubi sic. — Cum te propter turpem causam, contra disciplinam temporum meorum, domum adversariae dedisse profitearis: frustra eam tibi restitui desideras: cum in pari causa possessoris conditio melior habeatur.

Vide L. 5. C. eod. L. 3. et 4. §. 3. L. 8. ff. eod. L. ult. ff. de condict. sine causa. L. 5. §. 1. ff. de calumn. L. 128. ff. de r. j.

(a) *Extat in L. 237. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui auctore judice comparavit, bonae fidei possessor est.

Vide L. 167. ff. eod.

Fluit regula ex L. 14. §. 1. ff. de relig. L. 11. ff. de adquir. vel amitt. posses.

(b) *Extat in L. 12. ff. de haered. pet. ubi sic.* — Qui interrogatus, cur possideat, responsurus sit, quia possideo; nec contendet se haeredem, vel per mendacium.

Et in L. 13. in princ. ff. eod. ubi sic. — Nec ullam causam possessionis possit dicere etc.

(c) *Extat in L. 15. §. 3. ff. de rei vindic. ubi sic.* — Si servus petitus, vel animal aliud demortuum sit sine dolo malo, et culpa possessoris, pretium non esse praestandum plerique ajunt. Sed est verius, si forte distracturus erat petitor, si accepisset, moram passo, debere praestari: nam si ei restituisset, distraxisset, et pretium esset lucratus (1).

(1) Concorda per argom. dall'art. 1092. LL. CC.

(d) *Extat in L. 20. ff. eod. ubi sic.* — Praeterea restituere debet possessor, et quae post acceptum judicium per eum, non ex re sua, adquisivit: in quo haereditates quoque, legataque, quae per eum servum obvenerunt, continentur; nec enim sufficit, corpus ipsum restitui; sed opus est, ut et causa rei restituatur, id est, ut omne habeat, petitor, quod habiturus foret, si eo tempore, quo judicium accipiebatur, restitutus illi homo fuisset etc.

Vide L. 40. ff. de haered. petit. in princ.

(e) *Extat in L. 53. ff. de rei vind. ubi sic.* — Si fundi possessor eum excoluisset, sevissetve, et postea fundus evincatur, consita tollere non potest (2).

Vide L. 12. ff. de usu. et usufr. legat.

(2) Vedi l'art. 1335. LL. CC. ove al possessore anche di mala fede si dà il diritto a ripetere le spese utili, e necessarie per la conservazione della cosa, anzi il terzo possessore astretto per l'ipotecaria può ripetere le spese, ed i miglioramenti art. 2069. LL. CC.

(f) *Extat in L. 15. in princ. ff. de usu. fr. ubi sic.* — Sed si quid inaedificaverit, postea eum neque tollere hoc, neque refigere posse: refixa plane posse vindicare (3).

Vide L. 12. ff. de usu, et usufr. legat.

(3) Vedi i cit. art. 1335 e 2069. LL. CC.

(g) *Extat in L. 62. §. 1. ff. de rei vind. ubi sic.* — Generaliter autem cum de fructibus aestimandis quaeritur, constat animadverti debere, non an malae fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset: quam sententiam Iulianus quoque probat (4).

Vide L. 27. C. 20.

(4) Concorda virtualmente con l'art. 474. LL. CC.

(h) *Extat in L. 4. C. de rei vind. ubi sic.* — Adversus eos, qui a malae fidei possessoribus fundum bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius, quam usucapionem implerent, vel longae possessionis

1480. Possessor potior est inter duos, quibus fundus distractus, aut donatus fuerit (a).

1481. Possessor bonae fidei praescribit contra fidecommissum (b).

1482. Possessor malae fidei omnes fructus cum ipsa re praestat (c).

1483. Possessor potior est, donec titulus appareat (d).

1484. Possessor potior in pari causa, et in dubiis (e).

---

praescriptionem adipiscerentur, dominium ad te pervenerit (5).

(5) Concorda per argom. degli art. 2141. e 2175. LL. CC. con il primo de' quali per compiere la prescrizione il possessore unisce al proprio possesso anche quello del suo autore, e non si fa distinzione, se questo ultimo abbia posseduto in buona, o mala fede, e con il secondo art. basta a prescrivere, che la buona fede vi sia stata nel tempo dell'acquisto dell'attual possessore.

(a) *Extat in L. 15. C. de rei vind. ubi sic.* — Quotiens duobus in solidum praedium jure distrahitur manifesti juris est, eum: cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem. Si igitur antecedente tempore te possessionem emisse, ac pretium exsolvisse apud Praesidem Provinciae probaveris; obtentu non datorum instrumentorum expelli te a possessione non patietur. Erit sane in arbitrio tuo, pretium, quod dedisti, cum usuris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum, ac sumptuum ratio habeatur: cum et si ex causa donationis utrique dominium rei vindiceris, eum, cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conveniat.

Adde L. 72. ff. eod. L. 9. §. 4. ff. de Pubblic. L. 14. ff. qui potiores. L. 31. ff. act. empti L. 6. C. de haer. vendit (1).

(1) Abrogato dall'art. 2081. LL. CC. ove se taluno venda a due persone lo stesso fondo, il primo compratore con titolo autentico, o di data certa è preferito al secondo, e ciò, perchè la vendita è perfetta col solo consenso anche pria della tradizione, (art. 1428 d. LL.) Vedi pure l'art. 862. d. LL. ove la donazione debitamente accettata è perfetta col solo consenso senza la necessità della formale tradizione.

(b) *Fluit ex L. 36. in princ. ff. de usu et usufruct. legat. ubi sic.* — Sticho testamento manumisso fundi usufructus erat legatus, et cum is uti fruique desisset, fidei haeredum testator commisit, uti eum fundum darent Lucio Titio: sed Stichus testamento suo ejusdem fundi proprietatem nepotibus suis legavit: et haeredes Stichi ex testamento ejus legatariis nepotibus eum fundum tradiderunt. Quaesitum est, cum nepotes legatarii ignoraverint conditionem fundi suprascripti priore testamento datam, et plus quam tempore statuto possederint, an eum fundum sibi adquisierint? Respondit secundum ea, quae proponerentur, legatarios sibi adquisivisse.

(c) *Extat in L. 22. C. de rei. vind. ubi sic.* — Certum est, malae fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re praestare; bonae fidei vero, extantes: post autem litis contestationem, universos (2).

Vide L. 5. et 17. Cod. eod. L. 3. C. de condict. ex leg. §. 35. Instit. de rer. divis. L. 1. in fin. C. de fid. et jur. hastae. §. 2. Instit. de officio jud. L. 25. in princ. ff. de usur.

Vide circa bonae fidei possess. L. 48. ff. de adquir. rer. dom. L. 25. §. 1. L. 45. ff. de usur. L. 78. ff. de rei vind.

(2) Concorda con l'art. 474. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 5. ff. si ususfr. petat. in princ. vers. quod si, ubi sic.* — Quod si forte, qui agit, dominus proprietatis non sit, quamvis fructuarius jus utendi non habet: vincet tamen jure, quo possessores sunt potiores, licet nullum jus habeant. (3).

Vide L. 5. C. de edend. L. ult. C. de rei vind. Instit. de interd. §. 4. vers. com.

(3) Concorda virtualmente con l'art. 127. leg. pr. civ.

(e) *Extat in L. 128. in princ. ff. de reg. juc. ubi sic.* — In pari causa possessor potior haberi debet.

Vide L. 126. §. 2. ff. eod.

Fluit regula ex L. 5. §. 1. ff. de ca-

1485. Possessor habet rei causam cum suis vitiis (a).
1486. Possessor dolo desiens possidere pro possessore damnatur (b).
1487. Possidemus per nos, et per alios nostro nomine (c).
1488. Possidere utilius, quam petere (d).
1489. Possidere aliud est, quam in possessione esse (e): sed cohaeret proprietati jus possessionis (f).
1490. Possidens domum, non singula possidet, quae in ea sunt (g).
1491. Possidet animo, qui dat precario; qui accepit, corpore (h).

---

lumn. L. 9. §. 4. ff. de public. L. 5. in fin. ff. si usufr. petat. L. 8. in fin. L. 2. de condict. ob turp. caus. L. 10. ff. de pignor. L. 36. §. 3. in fin. ff. de testam. milit. L. 1. §. 1. ff. uti possid. §. 4. vers. commod. Instit. de inderdict.

(a) *Extat in L. 13. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* — Cum quis utitur adminiculo ex persona auctoris: uti debet cum sua causa, suisque vitiis (1) etc.
Vide supra. — Aphor. 898.

(1) Concorda in quanto ai privilegi, ed ipoteche con l'art. 2076. LL. CC.

(b) *Extat in L. 131. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur: quia pro possessione dolus est.
Vide L. 150. ff. eod.
Fluit regula ex L. 2. §. 1. ff. si ex noval. L. 13. §. 2. et §. 14. L. 25. §. 8. et 9. ff. de haered. petit. L. 22. L. 27. §. 3. ff. de rei vind. L. 1. §. 11. L. 5. §. 2. L. 9. in princ. et §. 2. ff. ad exhib. L. 4. ff. rer. amotar. L. 1. §. 10. ff. si quis omiss. caus. test. L. 2. §. 42. ff. ne quid. in loc. pub. L. 75. §. 10. ff. quod vi, aut clam. L. 1. in prin. ff. de privat. delict.

(c) *Extat in L. 1. §. 7. ff. de itin. actuque priv. ubi sic.* — Is, cujus colonus, aut hospes, aut quis alius iter ad fundum fecit: usus videtur itinere, vel actu, vel via, et idcirco Interdictum habebit, et haec ita Pedius scribit; et adjicit: etiam si ignoravit, cujus fundus esset, per quem iret, retinere eum servitutem (2).
Vide §. 11. dict. legis. L. 3. §. 4. ff. eod. L. 9. ff. de adquir. vel amitt. possess.

(2) Concorda con l'art. 2134. LL. CC.

(d) *Extat in L. 24. ff. de rei vind. ubi sic.* — Is, qui destinavit rem petere, animadvertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem: quia longe commodius est, ipsum possidere, et adversarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere (3).
Vide L. 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. posses. L. 18. in fin. ff. de vi et vi arm. Instit. de interd. §. 4. vers. commod.

(3) Argomento dall'art. 131. leg. pr. civ.

(e) *Vide in L. 10. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poss. circ. med. vers. est autem ubi sic.* — Est autem longe diversum, aliud est enim possidere, longe aliud in possessione esse etc.

(f) *Fluit ex L. 8. C. de adquir. vel ret. poss. ubi sic.* — Per procuratorem utilitatis causa possessionem, et si proprietas ab hac separari non possit, dominium etiam quaeri placuit.

(g) *Extat in L. 30. ff. de adq. vel amitt. possess. in princ. ubi sic.* — Qui universas aedes possidet: singulas res, quae in aedificio sunt, non videtur possedisse: idem dici debet et de nave, et de armario.
Vide L. 23. ff. de usurp. L. 2. §. 6. ff. pro emptore. L. 7. §. 11 ff. de adq. rer. dom. L. 23. in fin. ff. de rei vind. L. 8. ff. quod vi.

(h) *Extat in L. 15. §. 4. ff. de precar. ubi sic.* — Eum, qui precario rogaverit, ut sibi possidere liceat: nancisci possessionem non est dubium. An is quoque possideat, qui rogatus sit, dubitatum est? Placet autem penes utrumque esse eum hominem, qui precario datus esset: penes eum, qui rogasset, quia possederat corpore: penes do-

1492. Posthumus non dicitur fuisse in potestate patris (a).

1493. Posthumus pro filio habetur, ne dicatur defunctus sine filiis decessisse (b).

1494. Postliminio non gaudet transfuga, et hostium numero habendus est (c).

1495. Post traditionem interpositam nuda voluntas emptionem non resolvit (d).

1496. Potestas in Magistratibus dicitur imperium, in liberorum personis dicitur patria.

1497. Preceptoris nimia saevitia culpae adsignatur (f).

1498. Praedo non est, qui pretium numeravit (g).

---

ninum, quia non discesserit animo possessione (3).

Vide L. 4. §. 1. ff. eod. L. 3. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. possess.

(4) Concorda virtualmente con gli art. 2134. e 2142. LL. CC.

(a) *Extat in L. fin. ff. de collat. bon. ubi sic.* — Si praegnantem quis uxorem reliquerit, et ea ventris nomine in possessionem missa fuerit; interim cessat collatio: nam antequam nascatur, non potest dici, in potestate morientis fuisse: sed nato conferetur.

Vide L. 11. C. eod.

(b) *Extat in L. 187. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Si praegnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse (1).

Fluit ex L. 18. ff. quando dies legat.

(1) Concorda per argomento dell'art. 315. LL. CC.

(c) *Extat in L. 19. §. 4. in princ. ff. de captiv. ubi sic.* — Transfugae nullum postliminium est; nam qui malo consilio, et proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. Sed hoc in libero transfuga juris est, sive faemina, sive masculus sit.

Vide §. 7. 8. d. leg. L. 19. in fin. C. de postlim. L. 14. ff. ex quib. caus. maj.

(d) *Extat in L. 1. C. quando liceat. ab empt. ubi sic.* — Re quidem integra ab emptione, et venditione utriusque partis consensu recedi potest: etenim, quod consensu contractum est, contrariae voluntatis adminiculo dissolvitur. At enim post traditionem interpositam nuda voluntas non resolvit emptionem: si non actus quoque priori similis retro agens venditionem intercesserit (2).

Vide L. 2. ff. h. t. L. 35. ff. de reg. jur.

(2) Vedi l'art. 1456. LL. CC. ove la mancanza della tradizione può far risolvere la vendita.

(e) *Extat in L. 215. ff. de verb. sign. in princ. ubi sic.* — Potestatis verbo plura significantur: in persona Magistratuum imperium (3): in persona liberorum patria potestas: (4) in persona servi dominium etc.

Vide L. 1. §. 4. ff. de tributor. act. L. 5. 13. ff. de jurisd. L. 3. in princ. ff. ne vis fiat. L. 1. §. 1. ff. ad leg. Juliam. Maj. L. 1. §. 21. ff. de exercit. L. 3. §. 3. ff. de donat. inter vir. et uxor. dict. §. 21.

(3) Vedi gli art. 193. e seguenti leg. de' 29 Maggio 1817.

(4) Concorda con l'art. 288. LL. CC.

(f) *Extat in L. 6. ff. ad leg. Aquil. ubi sic.* — Praeceptoris enim nimia saevitia culpae adsignatur.

Vide L. 5. §. ult. in princ. ff. h. t. L. 17. §. 1. ff. de usufr. L. 13. §. 4. ff. loc. L. 16. §. 2. ff. de poenis.

(g) *Extat in L. 13. §. 8. ff. de haer. pet. ubi sic.* — Si quis sciens alienam emit haereditatem, quasi pro possessore possidet,

1499. Praedo recuperat impensas in restitutione, fructuum, si melior res facta sit (a).

1500. Praedo est, qui non voluntate auctoris possessionem nanciscitur (b).

1501. Praefertur Respublica omnibus creditoribus chirographariis (c).

1502. Praefocans partum necare videtur (d).

1503. Praegnans ultimo supplicio non afficitur; donec peperit (e).

1504. Praegnanti viduae alimenta debentur ex haereditate (f).

1505. Praeposteratio verborum non vitiat contractus, nec ultimas voluntates (g).

---

et sic peti ab eo haereditatem quidam putant; quam sententiam non puto veram: nemo enim praedo est, qui pretium numeravit: sed emptor universitatis utili tenetur.

Vide L. 46. ff. eod.

(a) *Extat in L. 36. §. ult. ff. de haer. pet. ubi sic.* — Fructus intelliguntur deductis impensis, quae quaerendorum, cogendorum, conservandorumque eorum gratia fiunt: quod non solum in bonae fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verum etiam in praedonibus, sicut Sabino quoque placuit.

Et in L. 38. circ. fin. ff. eod. ubi sic. — Plane potest in eo differentia esse, ut bonae fidei quidem possessor omnimodo impensas deducat, licet res non extet, in quam fecit; sicut tutor, vel curator consequuntur: praedo autem non aliter, quam si res melior sit (1).

Vide L. 6. §. 3. ff. de neg. gest.

(1) Vedi l'art. 1335. LL. CC. ove al possessor di mala fede dobbon essere rimborsate le sole spese, utili, e necessarie.

(b) *Extat in L. 5. ff. de adquir. vel amitt. poss. ubi sic.* — Si ex stipulatione tibi Stichum debeam, et non tradam eum, tu autem nactus fueris possessionem, praedo es, aeque si vendidero, nec tradidero rem, si non voluntate mea nactus sis possessionem, non pro emptore possides, sed praedo es.

Vide L. 7. L. 9. C. eod.

(c) *Extat in L. 38. §. 1. ff. de reb. auct. jud. poss. ubi sic.* — Respublica ereditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur.

(d) *Extat in L. 4. ff. de agnosc. et alend. liber. ubi sic.* — Necare videtur non tantum is, qui partum perfocat: sed et is, qui abjicit etc. (2)

(2) Vedi gli art. 346. 399. e 403. e seg. leg. pen.

(e) *Extat. in L. 18. ff. de statu homin. ubi sic.* — Imperator Hadrianus Publicio Marcello rescripsit liberam, quae praegnans ultimo supplicio damnata (3) est, liberum parere, et solitum esse servari eam, dum partum ederet. Sed si ei, quae ex justis nuptiis concepit, aqua et igni interdictum est, civem romanum parit, et in potestate patris.

Vide L. 2. ff. de mortuo inferend. L. 1. §. 2. ff. de legat.

(3) Concorda con l'art. 67. leg. pen.

(f) *Extat in L. 5. in princ. ff. de ventr. in poss. mitt. ubi sic.* — Curator ventris alimenta mulieri statuere debet; nec ad rem pertinet, an dotem habeat, unde sustentare se possit, quia videntur, quae ita praestantur, ipsi praestari, qui in utero est.

Vide L. 1. §. 19. ff. eod.

(g) *Fluit ex L. 25. C. de testam. ubi sic.* — Praeposteri reprehensionem, quam novella Constitutio divi Leonis in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus, quam testamentis tollimus: ut tali exceptione cessante, et stipulatio, et alii contractus, et testatoris voluntas indubitate valeant; exactione videlicet post conditionem, vel diem competente.

Vide §. 13. Inst. de inutil. stipul.

1506. Praescriptio non currit contra absentes (a), nec contra minores (b).

1507. Praescriptio annorum quadraginta currit contra Ecclesiam, et venerabilia loca (c): item contra omnes actiones, sive privati, sive publici juris (d).

1508. Praescriptio non valet in tributis (e).

1509. Praescriptio actionis hypothecariae est triginta annorum adversus extraneos possessores, quadraginta adversus debitores, et ejus haeredes (f).

(a) *Extat in L. 4. C. quib. non objicit. long. temp. praescript. ubi sic.* — Si possessio inconcussa sine controversia perseveravit, firmitatem suam tenet objecta praescriptio, quam contra absentes, vel Reipublicae causa, vel maxime fortuito casu, nequaquam valere decernimus (1).

Vide etiam L. 10. C. de praescript. long. temp.

(1) Vedi l'art. 140. LL. CC. ove dopo la sentenza declaratoria dell'assenza chiunque abbia ragioni contra lo assente può agir contra coloro, che saranno stati immessi nel possesso de' beni, o che ne hanno la legal amministrazione, e quindi non vi è impedimento alla prescrizione.

(b) *Extat in L. 3. C. quib. non objicit. long. temp. praescriptio: ubi sic.* — Non incognitum id temporis, quod in minore aetate transmissum est, longi temporis praescriptioni non imputari: ea enim tunc currere incipit, quando ad majorem aetatem dominus rei pervenerit (2).

Vide L. 1. in fin. L. ult. C. si quis rem minor. L. 5. C. in quib. caus. in integr. rest. L. 3. C. de praescript. 30 vel 40. annor.

(2) Concorda con l'art. 2158. LL. CC.

(c) *Extat in Novell. 131. c. 6. ubi sic.* — Pro temporalibus autem praescriptionibus decem, et viginti, et triginta annorum, sacrosanctis Ecclesiis, et aliis venerabilibus locis solam quadraginta annorum praescriptionem opponi praecipimus; hoc ipso servando, et in exaactione legatorum, et haereditatum, quae ad pias causas relicta sunt (3).

Vide Nov. 111. c. 1. Abrogatur. Nov. 9. L. 23. C. de Sacros. Eccl.

(3) La prescrizione corre contra qualunque persona (art. 2157. LL. CC.) ed il tempo più lungo è di anni 30 (art. 2168 LL. CC).

(d) *Extat in L. 4. C. de praescript. 30. vel 40. annor. circ. med. ubi sic.* — Quidquid autem praeteritarum praescriptionum vel verbis, vel sensibus minus continetur implentes, per hanc in perpetuum valituram legem sancimus, ut si quis contractus, vel si qua sit actio, quae cum non esse expressim supradictis temporalibus praescriptionibus concepta, quorumdam tamen vel fortuita, vel excogitata interpretatione saepe dictarum exceptionum laqueos evadere posse videatur, huic saluberrimae nostrae sanctioni succumbat, et quadraginta annorum curriculis procul dubio sopiatur: nullumque jus privatum, vel publicum in quacumque causa, vel quacumque persona, quod praedictorum quadraginta annorum extinctum est, jugi silentio, moveatur (4) etc.

Vide L. ult. C. de fund. patrim. L. ult. C. de fund. rei priv. excip. L. 6. C. h. t.

(4) Vedi il cit. art. 2168. LL. CC. ove il tempo più lungo per la prescrizione di tutte le azioni reali, e personali è di anni 30.

(e) *Extat in L. 6. C. de praesc. 30. vel 40. anni circ. med. ubi sic.* — Ideoque jubemus eos, qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei, seu dominio nequaquam removeri; functiones autem, seu civilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem eis impositam dependere compelli: nec huic patri cujuscumque temporis praescriptionem oppositam admitti (5).

V. L. 2. C. commun. de usucap.

(5) Vedi l'art. 2133. LL. CC. ove la prescrizione corre anche contra lo Stato.

(f) *Extat in L. 7. §. 1. C. de praescript. 30. vel ann. ubi sic.* — Quamobrem jubemus hypothecarum persecutionem, quae

1310. Praescriptio debiti sub conditione, vel sub die currit a conditione, vel a die (a).

1311. Praescriptio debiti annui incipit a singulis annis (b).

1312. Praescriptio juvat ei, qui non est haeres adversus haeredem, non cohaeredi adversus cohaeredem (c).

1313. Praescriptio non currit contra non valentem agere (d).

1314. Praescriptio interrumpitur interpellatione facta uni ex correis solidalibus (e).

1315. Praescriptio bono pnblico introducta est, ne sint rerum dominia diu, et fere semper incerta (f).

1316. Praescriptio contra haeredem nocet fideicommissario (g).

---

rerum movetur gratia, vel apud debitores consistentium, vel apud debitorum haeredes, non ultra quadraginta annos, ex quo competere coepit, prorogari, nisi conventio, aut aetas, sicut dictum est, intercesserit; ut diversitas utriusque rerum persecutionis, quae in debitorem, aut haeredes ejus, quaeque movetur in extraneos, in solo sit annorum numero; verum in aliis omnibus ambae similes sint: in actione scilicet personali his custudiendis, quae prisca Constitutionum sanxit justitia (6).

(6) Vedi l'art. 2074. LL. CC. ove i privilegi, e le ipoteche si estinguono colla prescrizione, la quale si acquista dal debitore con il corso del tempo determinato per la prescrizione delle azioni, che producono la ipoteca, o il privilegio: riguardo ai beni posseduti da un terzo si acquista da costui la prescrizione col periodo del tempo stabilito per prescriver il dominio in suo favore; ed esistendovi titolo di acquisto la prescrizione corre dal dì della trascrizione del titolo.

(a) *Extat in L. 7. §. 4. C. de praesc. 3o. vel 4o. ann. ubi sic.* — Illud autem plusquam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in quibus sub aliqua conditione, vel sub die certa, vel incerta, stipulationes, et promissiones, vel pacta ponuntur, post conditionis exitum, vel post institutae dici certae, vel incertae lapsum praescriptiones 30, vel 40 annorum, quae personalibus, vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt (1).

Vide L. 8. in fin. C. eod. L. 1. in fin. Cod. de annal. except.

(1) Concorda con l'art. 2163. 1. e 3. comma LL. CC.

(b) *Extat in L. 7. §. ult. C. de praesc. 3o. vel 4o. ann. ubi sic.* — In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quae dationem per singulos annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari manifestum est etc. (2).

Vide L. ult. C. de usur.

(2) Concorda con gli art. 2177. e seg. LL. CC.

(c) *Extat in L. 14. in princ. ff. fam. ercisc. ubi sic.* — Sed et si usucapio fuerit coepta ab eo, qui haeres non erat ante litem contestatam, et postea impleta fuerit, rem de judicio subducit (3).

(3) Vedi l'art. 735. LL. CC. ove può prescrivere un coerede, che abbia posseduto divisamente contra il suo coerede.

(d) *Vide supra. — Aphor. 304.*

(e) *Arg. L. 3. §. 1. ff. de duob. reis. et L. 5. C. eod* (4).

(4) Concorda con l'art. 2155. LL. CC.

(f) *Extat in L. 1. ff. de usurp. ubi sic.* — Bono publico usucapio introducta est, ne scilicet quarundam rerum diu, et fere semper incerta dominia essent: cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium.

(g) *Arg. L. 70. ff. ad SC. Trebell. §. ult.*

1517. Praescriptione uti nequit possessor alieno, et precario nomine (a).

1518. Praescriptionis immobilium tempus est annorum decem inter praesentes, viginti inter absentes justo titulo, et bona fide: est triginta annorum, quando mala fides fuerit in auctore possessoris (b).

1519. Praescriptionis actionum tempus est triginta annorum (c), exceptis actionibus minoris temporis (d).

1520. Praesumptio juris tantum admittit probationem in contrarium (e).

1521. Praesumptioni locus est, cum veritas alio modo investigari non potest (f).

(a) *Extat in L. 2. C. de praescript. 30. vel 40. ann. ubi sic.*—Male agitur cum dominis praediorum, si tanta precario possidentibus praerogativa defertur, ut eos post quadragiuta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat: cum lex Costantiniana jubeat ab his possessoribus initium non requiri, qui sibi potius, quam alteri posséderunt. Eos autem possessores non convenit appellari, qui ita tenent, ut ab hoc ipsum solitam debeant praestare mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas res tenendo, jus sibi proprietatis usurpet: ne cogantur domini aut amittere, quae locaverunt, aut conductores utiles sibi forsitassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo pubblice protestari (1).

(1) Concorda con l'art. 2142. LL. CC.

(b) *Extat in Novell. 119. C. 7. ubi sic* — Rursus sancimus: ut si quis mala fide rem possidens, aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hanc rem alienet: qui vero putat easdem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter praesentes, et viginti inter absentes, non contestatus fuerit secundum leges emptorem, aut donationem accipientem, aut illum, ad quem res alio quolibet modo translatae sunt eum, qui tales res habet, firme eas habere, post decennii videlicet inter praesentes, et vicennii inter absentes decursum. Si autem ignorat verus alienatarum rerum dominus, et quia res ei competunt, et quia alienatio facta est: non aliter hunc excludi, nisi per tricennalem praescriptionem, non valente dicere eo, qui res hoc modo possidet, quia ipse bona fide possidet, quando ipse a mala fide possidente hoc accepit (2).

Vide Aut. Malae fidei C. de praescript. longi temp. et L. 2. 4. et 11. C. eod.

(2) Concorda con gli art. 2171. e 2172. LL. CC.

(c) *Extat in L. 3. C. de praescript. 30. vel. 40. ann. ubi sic.* — Sicut in rem speciales, ita de universitate, ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur: sed si qua res, vel jus aliquod postuletur, vel persona qualicumque actione, vel persecutione pulsetur: nihilominus erit agenti triginta annorum praescriptio metuenda (3).

(3) Concorda con l'art. 2168. LL. CC.

(d) *Vide casus in L. 2. et 3. C. de quadrien. praescript* (4).

(4) Vedi gli art. 2177. e seguenti LL. CC. che contengono prescrizioni di tempi più brevi degli anni 30.

(e) *Fluit ex L. 24. ff. de probat. ubi sic.* — Si chirographum cancellatum fuerit, licet praesumptione debitor liberatus esse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit, recte debitor convenitur (5).

Vide L. 25. ff. eod. et L. 14. 15. C. de solut. L. 3. ff. quod. met. caus.

(5) Concorda in senso contrario con l'art. 1306. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 75. ff. de legatis 3. ubi sic.* — Nummis indistincte legatis hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur: si neque ex consuetudine patrisfamiliae, neque

1522. Praesumptioni nobiliori locus datur, si plures extent praesumptiones. (a).

1523. Precario datum ad tempus potest dominus auferre ante tempus (b).

1524. Pretia rerum ex veritate, et communi aestimatione sunt statuenda (c); ac varia sunt ex locorum, temporisque discrimine. (d).

1525. Pretium communis affectionis utiliter ultra justum pretium dari potest (e). Pretium succedit loco rei (f) Pretium consistere debet in numerata pecunia (g).

1526. Princeps legibus vivit, quamvis legibus solutus sit (h).

---

ex regionis, unde fuit, neque ex contextu testamenti possit apparere (6).

Arg. L. 39. §. 6. ff. de legat. 1.

(6) Argom. dall' art. 1307. LL. CC.

(a) *Argum. L. 51. ff. de donat. inter vir. et ux.* (1).

(1) Argom. dal cit. art. 1307. LL. CC.

(b) *Extat. in L. 12. ff. de precar. in princ. ubi sic.* — Cum precario aliquid datur, si convenit, ut in Calendas Julias precario possideat: numquid exceptione adjuvandus est, ne ante ei possessio auferatur? Sed nulla vis est hujus conventionis, ut rem alienam domino invito possidere liceat.

(c) *Extat. in L. 63. in princ. ff. ad Leg. Falc. ubi sic.* — Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur.

Vide L. 33. in princ. ff. ad leg. Aquil.

(d) *Extat in d. L. 63. ff. ad L. Falc. §. 2. ubi sic.* — Nonnullam tamen pretio varietatem loca, temporaque adferunt; nec enim tantidem Romae, et in Hyspania oleum aestimabitur, nec continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus: dum hic quoque non ex momentis temporum, nec ex ea, quae raro aceidat, charitate, pretia constituantur.

Vide L. 3. ff. de eo, quod certo loco.

(e) *Fluit ex L. 54. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Si cui fundus centum dignus legatus fuerit, si centum haeredi, vel cuilibet alii dederit: uberrimum videtur esse legatum: nam alias interest legatarii fundum potius habere, quam centum: saepe enim confines fundos etiam supra justam aestimationem interest nostra adquirere.

(f) *Fluit ex L. 22. ff. de haered. petit., ubi sic.* — Si et rem, et pretium habeat bonae fidei possessor, puta quod eamdem rem emerit, an audiendus sit, si velit rem dare, non pretium? In praedone dicimus, electionem esse actoris, an hic magis possessor audiendus sit, si velit rem tradere, licet deteriorem factam, non petitor, si pretium desideret, quod inverecundum sit tale desiderium; an vero, quia ex re haereditaria locupletior sit, et id, quod amplius habet ex pretio, restituere debeat: videndum. Nam et in oratione Divi Hadriani ita est: Dispicite Patres Conscripti, nunquid sit aequius, possessorem non facere lucrum, et pretium, quod ex aliena re perceperit, reddere; quia potest existimari, in locum haereditariae rei venditae pretium ejus successisse, et quodammodo ipsum haereditarium factum. Oportet igitur possessorem, et rem, restituere petitori, et quod ex venditione ejus rei lucratus est (2).

Vide L. 18. ff. quod met. caus.

(2) Argom. dall' art. 1963. LL. CC.

(g) *Extat in §. 2. Instit. de empt. vend. in princ.* — Item pretium in numerata pecunia consistere debet.

Vide L. pen. C. de rer. perm.

(h) *Extat in L. 4. de legib. ubi sic.* — Digna vox est Majestate Regnantis legibus alligatum se Principem profiteri: adeo de auctoritate juris nostra pendet auctoritas; et re vera majus Imperio est submittere legibus Principatum. Et oraculo praesentis Edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus.

Vide L. 3. C. de testam., L. 23. ff. de legat. 3. Add. L. 4. C. ad leg. Falc.

1527. Principale cessante cessant et ea quae sequuntur (a).
1528. Prior in tempore potior in jure (b).
1529. Prior, et potentior mens dicentis, quam vox; tamen sine voce nemo dixisse existimatur (c).
1130. Privata adnotatio fidem non facit adversus tertium. (d).
1531. Privilegia privilegiis conquassantur (e).
1532. Privilegia etiam sine causa conceduntur (f).
1533. Privilegiata ad se trahunt non privilegiata (g).
1534. Privilegia certae personae, aut negotio concessa jus generale non faciunt, sed in suis terminis servantur (h).
1535. Privilegia amplissime interpretanda (i).
1536. Privilegia non ex tempore, sed ex causa aestimantur (k).
1537. Privilegium est personale, reale, et causale: illud ad haeredes non transit, haec transeunt (l).

L. 8. §. 2. ff. de inoff. testam. Vide tamen. L. 31. ff. h. t., Novell. 115. c. 2. in fin., §. ult. in fin Instit. quib. modis testam. infirm.

(a) *Vide supra. Aphor. 191.*

(b) *Extat in L. 98. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quotiens utriusque causa lucri ratio vertitur, is praeferendus est, cujus in lucrum causa tempore praecedit.

Fluit regula ex L. 9. §. 4. ff. de Publiciana L. 10. in fin. ff. de pecul., L. 31. in fin. ff. de act. vend., L. 33. in fin. ff. de legat. 1., L. 19. in princ. et in fin. ff. de re judic.; L. 2. C. qui potior. in pignore.

(c) *Vide supra. — Aphor. 1156.*

(d) *Vide supra. — Aphor. 48.*

(e) *Argum. L. unic. quando Imperat. et L. 32. ff. de reb. auct. jud. possid.* (1)

(1) Concorda con l'art. 1967. LL. CC.

(f) *Argum. L. 1. §. 2. ff. de Constit. Princ.*

(g) *Argum. L. 10. in princ. ff. Quemadm. servit. amitt.*

(h) *Fluit ex L. 2. C. de legibus ubi sic.* — Quae ex relationibus, vel suggestionibus judicantium, vel consultatione in commune florentissimorum sacri nostri Palatii procerum auditorium intrpducto negotio, statuimus, vel quibuslibet Corporibus, aut Legatis, aut Provinciae, vel Civitati, vel Curiae donavimus: nec generalia jura sint, sed leges faciant duntaxat negotiis, atque personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab alio retractentur etc.

Vide L. 3. C. eod.

Vide §. 6. in fin. Instit. de jur. nat. L. 1. §. ult. ff. de constit. Princip.

Argum. leg. 17. in princ. ff. de reb. auct. jud. possid.

Vide etiam supra — Aphor. 150.

(k) *Extat in L. 32. ff. de reb. auct. jud. possid. ubi sic.* — Privilegia non ex tempore aestimantur, sed ex causa: et si ejusdem tituli fuerunt, concurrunt, licet diversitates temporis in his fuerint.

(l) *Vide supra. — Aphor. 154.*

Vide etiam L. 68 ff. de reg. jur. ubi sic. — In omnibus causis id observatur: ut, ubi personae conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat; ubi vero genus actionis id desiderat, ibi, ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii (2).

Vide L. 6. ff. de in integr. rest. L. 1. in fine ff. de minor. L. 13. in princ. ff. de dolo malo.

(2) Concorda con l'art. 1966. LL. CC.

1538. Privilegium habent inter creditores impensae funerum (a).
1539. Privilegium habet dos etiam non secuto matrimonio (b).
1540. Privilegium habet creditor, qui pecuniam dedit ad restitutionem aedificiorum; item, qui dedit pecuniam ad rem reficiendam (c).
1541. Probandi onus transfert in adversarium, et fundatam suam habet intentionem, qui regulam pro se habet (d). Onus probandi est ei, qui dicit, non qui negat (e).
1542. Probatio antiquorum fieri potest per eos, qui meminerint, vel audierint factum (f).

(a) *Extat in L. 45. ff. de religios. ubi sic.* — Impensa funeris semper ex haereditate deducitur, quae etiam omne creditum solet praecedere, cum bona solvendo non sint.

Et in L. 17. ff. de reb. auct. jud. possid. in princ. ubi sic. — Quaesitum est utrum ita demum privilegium habeat funeraria, si is, cujus bona veneunt, funeratus sit, an etiam si proponas alium esse funeratum? Et hoc jure utimur, ut quicumque sit funeratus, id est, sive is, cujus de bonis agitur, sive quid is debuit, quod reddere eum, si viveret, funeraria actione cogi oporteret, privilegio locus sit etc. (1).

Vide L. 21. 31. §. 1. ff. de religios.

(1) Concorda con l'art. 1970. n. 2. LL. CC.

(b) *Extat in d. L. 17. ff. de reb. auct. jud. poss. §. 1. ubi sic.* — Si sponsa dedit dotem, et nuptiis renunciatum est, tametsi ipsa dotem condicit, tamen aequum est hanc ad privilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum est etc.

Vide L. 74. ff. de jure dot.

(c) *Extat in L. 24. §. 1. ff. de reb. auct. jud. possid. ubi sic.* — Divus Marcus ita edixit: creditor, qui ob restitutionem aedificiorum crediderit, in pecunia, quae credita erit, privilegium exigendi habebit, quod ad eum quoque pertinet, qui redemptori domino mandante pecuniam subministravit (2).

Vide L. 1. ff. in quib. caus. pign. L. 25. ff. de reb. cred. L. 5. 6. ff. qui potior. in pign. L. 1. ff. de cession.

(2) Concorda con l'art. 1972. n. 2. e 5. LL. CC.

(d) *Extat in L. 5. ff. de prob. ubi sic.* — Ab ea parte, quae dicit, adversarium suum ab aliquo jure prohibitum esse specialiter lege, vel constitutione, id probari oportere. §. 1. Idem respondit, si quis negat emancipationem recte factam, probationem ipsum praestare debere.

Vide L. 2. C. si advers. rem judic.

(e) *Extat in L. 2. ff. de prob. ubi sic.* — Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat (3).

Vide L. 2. C. eod. Nov. 18. c. 8. in princ. vers. si enim. L. 4. 6. 12. in fin. L. 15. L. 18. §. 1. L. 21. 22. 23. ff. de prob. L. 1. C. eod.

(3) Concorda con l'art. 1269. LL. CC.

(f) *Extat in L. 28. ff. de probat. ubi sic.* — Si arbiter animadvertere debeat, an operis facti memoria extet, hoc ei quaerendum est, an aliquis meminerit id opus factum esse? Paulus: imo cum in arbitrio quaeritur memoria facti operis extet, nec ne, non hoc quaeritur, num aliquis meminerit, quo die, aut quo Consule factum sit, sed num hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit, et hoc ita, quod Graeci dicere solent ἐν πλάτει; non enim potest hoc memoria non teneri: intra annum (puta) factum: cum interim nemo sit eorum, qui meminerit, quibus Consulibus id viderit; sed cum omnium haec est opinio nec audisse, nec vidisse, cum id opus fieret, neque ex his audisse, qui vidissent, aut audissent, et hoc infinite similiter sursum versum accidet: cum memoria operis facti non extaret.

Vide L. 2. §. 3. ff. de acqua. et aquae pluv.

1343. Probatio debet esse luce clarior (a). Probatio rei propria non fit per solam locationem (b).

1344. Probatio nulla major, quam oris confessio (c).

1345. Probatur frustra, quod probatum non relevat (d).

1346. Procurator reficiendus est de impensis (e): non potest facere deteriorem domini conditionem (f).

1347. Procurator ex generali mandato potest exigere, permutare, solvere (g): non transigere (h), nec alienare (i). Miles non potest esse procurator (k).

(a) *Fluit ex L. ult. C. de probat. ubi sic.* — Sciant cuncti accusatores eam se rem deferre in publicam notionem debere, quae munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, et luce clarioribus expedita.

Vide L. 21. C. eod. L. 15. C. de jur. dot.

(b) *Vide supra. L. 23. C. de locato in Aphor. 1236.*

(c) *Arg. ex L. 4. ff. de confess.* (1).

(1) Vale ciò per le confessioni giudiziali, che fanno piena fede (art. 1310. LL. CC.) La confessione stragiudiziale non fa fede, quando sulla dimanda non sarebbe ammessa la pruova testimoniale (art. 1309 ivi).

(d) *Fluit ex L. 21. C. de probat. ubi sic.* — Ad probationem dominii, aliena subtrahentes instrumenta, his uti minime possunt: quippe cum horum lectio non recitantem, sed quem tenor scripturae designat, adjuvet. Cum itaque nec caetera probationum indicia reprobentur, jure competenti, praediorum, quae in quaestionem veniunt, dominium ad te ostende pertinere: nam res vindicantem, ab emptore, suos numeratos nummos adseverantem, erga probationem laborare non convenit: si quidem hujusmodi, licet probatur factum, tamen intentioni nullum praebet adminiculum.

(e) *Extat in L. 46. §. 6. ff. de proc. ubi sic.* — Litis impendia, bona fide facta vel ab actoris procuratore, vel a rei, debere ei restitui, aequitas suadet (2).

Vide sup. Pactum de quota litis. n. 1373.

(2) Concorda con l'art. 1871. LL. CC.

(f) *Extat in L. 49. ff. de procur. ubi sic.* — Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet (3).

Vide L. 10. in fin. ff. de pactis. L. 17. §. ult. ff. de jure jur.

(3) Concorda virtualmente con l'art. 1864. LL. CC.

(g) *Extat in L. 58. ff. de proc. ubi sic.* — Procurator, cui generaliter libera administratio rerum commissa est, potest exigere, aliud pro alio permutare (4).

Et in L. 59. ff. cod. ubi sic. — Sed et id quoque ei mandari videtur, ut solvat creditoribus.

Vide L. 50. ff. eod. L. 9. §. 4. ff. de adquir. rer. dom. §. 43. Instit. de rer divis. Vide tamen L. 63. ff. de procur.

(4) Concorda con l'art. 1860. 1. comma LL. CC.

(h) *Extat in L. 60. ff. de procur. ubi sic.* — Mandato generali non contineri etiam transactionem decidendi causa interpositam; et ideo si postea is, qui mandavit, transactionem ratam non habuit: non posse eum repelli ab actionibus exercendis (5).

Vide L. 7. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvat.

(5) Concorda con il cit. art. 1860, 2. comma LL. CC.

(i) *Extat in L. 63. ff. de procur. ubi sic.* — Procurator totorum bonorum, cui res administrandae mandatae sunt, res domini neque mobiles, vel immobiles; neque servus sine speciali domini mandato alienare potest (6); nisi fructus, aut alias res, quae facile corrumpi possunt.

Vide L. 16. C. eod. Vide tamen. L. 58. ff. eod.

(6) Concorda con il cit. art. 1860. 2. comma. LL. CC.

(k) *Extat in L. 7. C. de procur. ubi sic.* — Militem nec pro patre, vel matre,

1548. Procurator si impetravit beneficium ignarus mortis sui principalis, non valet beneficium neque sibi, neque defuncto (a). Nemo invitus procurator est (b).

1549. Prodesse sibi unisquisque non prohibitur, dum aliis non noceat (c).

1550. Pro facto habetur, quod per alium stetit, quominus quis faciat (d).

1551. Prohibito uno, prohibentur et omnia, quae sequuntur ex illo (e).

1552. Promissio de turpi, tam faciendo, quam non, nulla est (f). Promittentis, et stipulantis actus debet esse continuus (g).

1553. Promissio, quae ex promittentis voluntate statum capit nulla est (h).

---

vel etiam uxore, nec ex Sacro Rescripto, procuratorio nomine experiri; oportet eum neque defensionem alienam suscipere, vel redimere negotia, vel quasi suffragatorem accedere, utilitate publico permittatur.

Vide §. *ult. Instit. de except. Vide tamen. L.* 9. *et* 13. *C. de proc. L.* 8. §. 2. *ff. eod.*

(a) *Fluit ex L.* 191. *ff. de reg. jur. ubi sic.* — Neratius consultus, an quod beneficium dare se, quasi viventi, Caesar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur? Respondit non videri sibi, Principem quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficii sui, valet, ipsius existimationem esse (1).

Vide L. 2. *ff. quae sent. sine appell. L.* 43. *ff. de vulg. et pupill. subst.*

(1) Vedi l'art. 1880. LL. CC. ove si ritiene per valido ciò, che fa il mandatario nel tempo, in cui ignora la morte del mandante.

(b) *Extat in L.* 17. *C. de procur. ubi sic.* — Invitus procurationem suscipere nemo cogitur: nec eamdem, ultra, nisi provocationis causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur; cum fidem susceptam implere sufficiat.

Vide L. 3. §. 1. *L.* 35. §. 2. *ff. eod. L.* 156. *ff. de reg. jur. L.* 8. §. 8. *ff. mandat.*

(c) *Fluit ex L.* 1. §. 4 *ff. de aqua et aquae ubi sic.* — Sed et fossas agrorum siccandorum causa factas, Mucius ait fundi colendi causa fieri; non tamen oportere corrivandae aquae causa fieri: sic enim debere quem meliorem agrum facere, ne vicini deteriorem faciat.

Vide L. 8. §. 5. *ff. si servit. vind. L.* 61. *ff. de reg. jur* (2).

(2) Concorda per argom. dagli art. 618. e 623. LL. CC.

(d) *Vide supra.* — *Apor.* 607.

(e) *Vide supra.* — *Aphor.* 349.

(f) *Extat in L.* 26. *ff. de verb. obl. ubi sic.* — Generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti.

Et in L. 27. *ff. eod. ubi sic.* — Veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat. Sed et officio quoque Praetoris continetur ex hujusmodi obligationibus actionem denegare (3).

Vide L. 5. *C. de condict. ob turp. caus. L.* 123. *ff. de verb. obl.*

(3) Concorda con gli art. 1085. e 1087. LL. CC.

(g) *Extat in L.* 137. *in princ. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Continuus actus stipulantis, et promittentis esse debet; ut tamen aliquod momentum naturae intervenire possit, et cominus responderi stipulanti oportet: caeterum si post interrogationem aliud acceperit, nihil proderit; quamvis eadem die spopondisset (4).

Vide L. 1. *ff. eod. in princ. L.* 2. *ff. de duob. reis.*

(4) Vedi l'art. 25. comma. 3. delle leg. de' 23 novembre 1819. ove negli atti di notai dopo perfezionato il rogito qualunque atto posteriore non vi fa parte.

(h) *Extat in L.* 108. §. 1. *ff. de verb.*

1554. Promittere factum alienum nemo potest, sed tantum poenam, et id quod interest (a).

1555. Provisio hominis impedit provisionem legis (b).

1556. Pubertas plena est annis decem et octo (c).

1557. Publica fides actorum perpetua est (d).

1558. Publice interest per itinera sine periculo commeari (e); et evidentes esse agrorum terminos (f).

1559. Publicum bonum praeferendum privato (g).

---

obl. ubi sic. — Nulla promissio potest consistere, quae ex voluntate promittentis statum capit (5).

Vide supra. — Aphor. 1329.

(5) Concorda con l'art. 1127. LL. CC.

(a) *Extat in L. 38. ff. de verb. obl. in princ. ubi sic.* — Stipulatio ista, habere licere spondes? hoc continet, ut liceat habere, nec per quemquam omnino fieri, quominus nobis habere liceat: quae res facit, ut videatur reus promisisse, per omnes futurum, ut tibi habere liceat: videtur igitur alienum factum promisisse: nemo autem alienum factum promittendo obligatur, et ita utimur: sed se obligat, ne ipse faciat, quominus habere liceat, obligatur etiam, ne haeres suus faciat, vel quis caeterorum successorum officiat, ne habere liceat. §. 1. Sed si quis promittat per alium non fieri praeter haeredem suum; dicendum est, inutiliter eum promittere factum alienum. §. 2. Ait si quis velit factum alienum promittere, poenam, vel quanti ea res sit, potest promittere (1) etc.

Vide §. 17. dictae legis. L. 65. ff. de fidejuss. §. 21. Instit. de inutil. stipulat. L. 4. §. 11. ff. vi bonor. rapt.

(1) Concorda con l'art. 1074. LL. CC.

(b) *Argum. L. 21. C. de procur. et L. fin. C. de pactis* (2).

(2) Concorda per argom. nell'art. 1341. LL. CC.

(c) *Extat in L. 40. §. 1. ff. de adopt. ubi sic.* — Non tantum cum quis adoptat, sed et cum adrogat, major esse debet eo, quem sibi per adrogationem, vel per adoptionem filium facit, et utique plenae pubertatis, id est decem et octo annis, eum praecedere debet (3).

Vide §. 4. in fin. Instit. eod. L. 14. §. 1. ff. de alim. vel cibar. legat.

(3) Vedi l'art. 311. LL. CC. che definisce minore quella persona dell'uno, e dell'altro sesso, la quale non è giunta ancora agli anni 21 compiti, senza distinzione di pubertà, ed impubertà.

(d) *Extat in L. 6. C. de re judic. ubi sic.* — Gesta, quae sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem; neque enim morte cognitoris perire debet publica fides (4)

(4) Argom. dall'art. 1. leg. de' 23 novembre 1819 sul notariato.

(e) *Extat in L. 1. ff. de his, qui effuder. § 1. ubi sic.* — Summa cum utilitate id Praetorem edixisse, nemo est, qui neget: publice enim utile est sine metu, et periculo per itinera commeari (5).

Vide in princ. §. 2. dict. L., et L. 6. in princ. ff. eod. L. 31. ff. ad leg. Aquil., L. 42. in princ. ff. de Ædilitio Edicto.

(5) Concorda con l'art. 461. delle leg. pen. in quantochè vi è pena di polizia pe' contravventori dell'ordine pubblico nelle strade.

(f) *Argum. leg. 2. ff. fin. regund.* (6).

(6) Concorda per arg. dall'art. 568. LL. CC.

(g) *Extat in Novell. 7. c. 9. §. 1. ubi sic.* — Oportet enim ea, quae communiter, et generaliter in omnium utilitatem sanciuntur, potius valere quam ea, quae circa aliquos studentur agi ad corruptionem communium legum (7). etc.

(7) Concorda per arg. dall'art. 470. LL. CC.

1360. Pupillus in aetate pupillari, id est in infantia, et infantia majori non habet velle, neque nolle (a).

1361. Pupillus tutore auctore agere potest (b).

1362. Pupillus sine tutoris auctoritate meliorem conditionem facere potest (c).

1363. Pupillus pubertati proximus, id est, ab anno decimo cum dimidio furandi, et injuriae faciendae capax est (d).

1364. Pupillus pati non potest, secus si proximus sit pubertati (e).

1365. Pupillus alendus ex bonis ejus, si bona a creditoribus possideantur (f).

(a) *Extat in L. 189. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Pupillus nec velle, nec nolle in ea aetate, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur, nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est (1).

Fluit haec regula ex L. 43. ff. de obl. et act. L. 1. §. ult. ff. commod.

(1) Concorda con l'art. 64. leg. pen.

(b) *Extat in L. 5. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt; quamvis actum rei non intelligerent; nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia, tutore auctore agere potest (2).

Fluit regula ex L. 1. §. 12. ff. de obl. et act. L. 40. ff. de reg. jur. §. 8. Instit. de inut. stipul. L. 43. ff. de obl. et act.

(2) Vedi l'art. 373. LL. CC. ove il minore è rappresentato in tutti gli atti civili dal suo tutore, onde non può la sua persona unirsi al tutore per agire, tranne i casi negli art. 1352. 1265. ed altri LL. CC.

(c) *Extat in L. 28. in princ. ff. de pactis. circ. princ. ubi sic.* — Ex diverso autem si pupillus paciscatur, ne quod debeat, a se peteretur: ratum habetur pactum conventum: quia meliorem conditionem suam facere ei etiam sine tutoris auctoritate concessum est (3).

Vide Institut. in princ. de auct. tutor.

(3) Argom. dall'art. 1266. LL. CC.

(d) *Extat in L. 111. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse et furandi, et injuriae faciendae (4).

Fluit regula ex L. 23. ff. de furtis (5).

(4) Vedi le note agli aforismi 61. e 326.

(5) Vedi l'art. 64. 1. comma. LL. CC.

(e) *Argum. d. legis 23. ff. de furtis.*

(f) *Extat in L. 33 in princ. ff. de reb. auct. iud. poss. ubi sic.* — Si pupillus ex contractu suo non defendatur, ideoque bona ejus creditores possidere coeperint, diminutio ex his bonis fieri debet, vescendi pupilli causa.

Vide L. ult. in princ. ff. eod.

QU

1566.  ualitas adjecta verbo qualificatur secundum tempus verbi (a).

1567. Quanti interest mea (b); quanti ea res erit; quanti adversarii interfuit (c) ad refectionem damnorum referuntur.

1568. Quasi contractus saepe absolute contractus vocantur (d).

1569. Quasi contrahitur in judicio (e).

1570. Quae religionis adhaerent religiosa sunt (f).

1571. Quae per rerum naturam prohibentur nulla lege confirmantur (g).

1572. Quae raro accidunt non spectantur in agendis negotiis (h).

1573. Quae abundant non vitiant scripturas (i).

1574. Quae improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato, non noxa imputantur (k).

1575. Quae ex hostibus capimus jure gentium statim nostra fiunt (l).

(a) *Argum. legis. 25. de testam. milit.*

(b) *Fluit ex L. 13. in princ. ff. ratam rem haberi ubi sic.* — Si commissa est stipulatio, ratam rem dominum habiturum: in tantùm competit, in quantum mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantumque lucrari potui (1).

Vide L. 5. et 7. ff. de praescr. verb. L. 2. in fine ff de eo, quod certo loc. L. 33. in fin. ff. loc. L. unic. C. de sentent. quae pro eo.

Vide supra. — Aphor. 922.

(1) Concorda con l'art. 1103. LL. CC.

(c) *Fluit ex L. 29. §. 1. et 2. ff. de Ædil. Edict. ubi sic.* §. 1.—Item emptori praestandum est, ut pecuniae, cujus nomine obligatus erit, liberetur: sive ipsi venditori obligatus sit, sive etiam alii. §. 2. Condemnatio autem fit, quanti ea res erit. Ergo excedet pretium, an non videamus? Et quidem continet condemnatio pretium, accessionesque. An et usuras pretii consequatur, qua, quod sua intersit, debeat accipere: maxime cum fructus quoque ipse restituat? Et placet consecuturum.

Vide L. 68. ff. de rei vind. L. 5. §. 1. ff. de praesc. verb.

(d) *Vide Vinnium. Instit. de actionib. n. 6. ubi sic.* — Neque novum est, ut quasi contractus absolute contractus vocetur. *L. 16. ff. de neg. gest. L. 49. ff. de obl. et act. L. ult. ff. in quib. caus. pign. vel hypot. tac.*

(e) *Vide supra. — Aphor. 876.*

(f) *Extat in L. 43. ff. de rei vindicat. ubi sic.* — Quae religiosis adhaerent, religiosa sunt, et idcirco, nec lapides inaedificati, postquam remoti sunt, vindicari possunt: in factum autem actione petitori extra ordinem subvenitur, ut is, qui hoc fecit, restituere eos compellatur (2) etc.

(2) Argom. dall'art. 476. LL. CC.

(g) *Extat in L. 188. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

Vide etiam. L. 135. ff. eod.

Fluit regula ex leg. 27. ff. de oblig. et act. Adde L. 12. §. 2. ff. de captiv.

(h) *Vide supra. — Aphor. 529.*

(i) *Extat in L. 94. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non soleut, quae abundant vitiare scripturas.

Fluit regula ex L. 65. in princ. ff. de verb. oblig. L. 39. §. 6. ff. de auro. L. 17. C. de testam.

(k) *Vide supra. — Aphor. 537.*

(l) *Vide supra. — Aphor. 538.*

1576. Quae communiter omnibus prosunt praeponenda sunt iis, quae specialiter quibusdam utilia sunt (a).

1577. Quae sunt parentum, liberis parantur: (b) non contra (c).

1578. Quae in fraudem creditorum gesta sunt, revocantur (d): gesta autem fraudationis causa intelliguntur omnis alienatio, acceptilatio, obligatio, et qualiscumque contractus (e): Item quando quis se non defendit, vel debitum non petit (f): Item qui rem suam usucapi patitur (g). Revocatur donatio, si debitor donavit inscio etiam donatario (h). Revocatur dos adversus maritum

---

(a) *Vide supra. — Aphor.* 539.

(b) *Extat in L.* 50. §. 2. *ff. de bon. libert. ubi sic.* — Sed numquid Praetor ei denegare possessorias actiones debeat, si fraudem Edicto ejus facere voluit, ut pretio uberiore percepto, vel tacita pactione etiam haereditatis ex institutione delatae commodum, et bonorum possessionis contra tabulas haberet? Faciliorque suspicio, per filium scriptum haeredem, quamvis emancipatum, adeuntem, liberti haereditatem ipsum patronum habere; cum omnia, quae nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus.

Vide L. 15. *in princ. ff. de inoff. testam. L.* 7. *in fin. ff. unde liberi L.* 13. §. *ult. C. de legit. haered.*

(c) *Extat in L.* 7. §. 1. *ff. si tab. test. null. extab. ubi sic.* — Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur haereditas: parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos naturae simul et parentum commune votum.

Vide §. *ult. Instit. de legit. agnat. success. Novel.* 118. *c.* 2. *L.* 7. *in princ. ff. de bonis damnat. L.* 26. *ff. si quis omiss. caus. test.*

(d) *Extat in L.* 1. §. 1. *ff. quae in fraudem credit. ubi sic.* — Necessario Praetor hoc Edictum proposuit; quo Edicto consuluit creditoribus, revocando ea quaecumque in fraudem eorum alienata sunt (1)

(1) Concorda con l'art. 1120. LL. CC.

(e) *Extat in d. L.* 1. §. 2. *ubi sic.* — Ait ergo Praetor: quae fraudationis causa gesta erunt: haec verba generalia sunt, et continent omnem omnino in fraudem factam vel alienationem (2), vel quemcumque contractum. Quodcumque igitur fraudis causa factum est, videtur his verbis revocari, qualecumque fecerit; nam late ista verba patent. Sive ergo rem alienavit, sive acceptilatione, vel pacto aliquem liberavit.

Vide L. 2. 3. 10. §. 14. *ff. eod. L.* 17. *ff. eod. L.* 9. *ff. de jurejur.*

(2) Concorda con gli art. 2060. 1373. 2063. 727. LL. CC. art. 436. 437. leg. di eccez.

(f) *Extat in L.* 3. §. 1. *ff. quae in fraudem ubi sic.* — Gesta fraudationis causa accipere debemus, non solum ea, quae contrahens gesserit aliquis; verum etiam si forte data opera ad judicium non adfuit, vel litem mori patiatur, vel a debitore non petit, ut tempore liberetur, aut usumfructum, vel servitutem amittit. §. 2. Et qui aliquid fecit, ut desinat habere, quod habet: ad hoc Edictum pertinet (3).

Vide L. 1. §. 7. *et* 21. *ff. si quid. in fraud. patron.*

(3) Concorda con gli art. 705. 1009. LL. CC.

(g) *Extat in L.* 4. *ff. quae in fraud. ubi sic.* — In fraudem facere videri etiam eum, qui non facit, quod debet facere, intelligendum est: id est, si non utatur servitutibus (4).

Vide L. 121. *ff. de reg. jur.*

Et in L. 5. *ff. quae in fraud. ubi sic.* — Sed et si rem suam pro derelicto habuerit, ut quis rem suam faciat.

Vide L. 5. §. 1. *ff. pro derelicto.*

(4) Concorda con gli art. 543. 547. 739. 740. 784. 802. 1026. 1027. 1097. 1098. 1133. 1190. 1195. 1410. 2008. 2016. 2018. 2084. 2105. 2110. 2121. LL. CC. e con gli art. 947 949. 986. 987. 1068. L. pr. civ. e con gli art. 17. e seg. leg. de' 29 dicembre 1828.

(h) *Extat in L.* 6. §. 11. *ff. quae in fraud. ubi sic.* — Simili modo dicimus, et

conscium, non vero inscium fraudis (a). In revocatione omnia in integrum restituenda (b). Datur poenalis actio contra fraudatorem (c).

1379. Quae coeuntium fiunt, continuo communicantur (d).
1380. Quaedam honeste accipiuntur, quae inhoneste petuntur (e).
1381. Quae personae cohaerent, cum ea deficiunt, non quae causae (f).
1382. Quae intelligi non possunt pro non scriptis habentur (g).
1383. Quaestio honoris morte finitur (h).

---

si cui donatum est, non esse quaerendum, an sciente eo, cui donatum, gestum sit: sed hoc tantum, an fraudentur creditores? Nec videtur injuria offici is, qui ignoravit, cum lucrum extorquatur, non damnum infligatur. In hos tamen, qoi ignorante ab eo, qui solvendo non sit, liberalitatem acceperunt hactenus actio erit danda, quatenus locupletiores facti sunt, ultra non.

Vide L. 5. C. de revoc. his, quae in fraud.

(a) *Extat in L. 10. §. 14. ff. quae in fraud. ubi sic.* — Si cum mulier fraudandorum creditorum consilium inisset, marito suo, eidemque debitori in fraudem creditorum acceptum debitum fecerit, dotis constituendae causa: locum habet haec actio, et per hanc omnis pecunia, quam maritus debuerat, exigitur: nec mulier de dote habet actionem: neque enim dos in fraudem creditorum constituenda est; et hoc certo certius est, et saepissime constitutum. Exitus autem actionis erit, ut stipulatio, quae accepta facta fuerat, ex integro interponatur.

Et in L. 25. §. 1. in fin. ff. eod. ubi sic. — In maritum autem, qui ignoraverit, non dandam actionem; non magis, quam in creditorem, qui a fraudatatore, quod ei deberetur, acceperit: cum is in dotatam uxorem ducturus non fuerit.

Vide L. 6. §. 7. ff. eod.

(b) *Extat in L. 10. §. 22. ff. quae in fraud. ubi sic.* — Praeterea generaliter sciendum est, ex hac actione restitutionem fieri oportere in pristinum statum, sive res fuerant, sive obligationes ut perinde omnia revocentur, ac si liberatio facta non esset: propter quod etiam medii temporis commodum, quod quis consequeretur liberatione non facta, praestandum erit: dum usurae non praestentur, si in stipulatum deductae non fuerunt: aut si talis contractus fuit, in quo usurae deberi potuerunt etiam non deductae.

Vide §. 19. et 20. dictae legis. Vide supra. — Aphor. 686.

(c) *Extat in L. ult. §. ult. ff. quae in fraud. ubi sic.* — Haec actio etiam in ipsum fraudatorem datur: licet Mela non putabat in fraudatorem eam dandam: quia nulla actio in eum ex ante gesto post bonorum venditionem daretur: et iniquum esset, actionem dari in eum, cui bona ablata essent. Si vera quaedam disperdidisset, si nulla restitutione recuperari possent, nihilominus actio in eum dabitur. Et Praetor non tantum emolumentum actionis intueri videtur in eo, qui exutus est bonis, quam poenam (1).

(1) Concorda per gli affari di commercio con gli art. 320. e 321. Leg. pen.

(d) *Vide supra. — Aphor. 540.*

(e) *Extat in L. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit. ubi sic.* — Proinde ne juris quidem civilis Professoribus jus dicent: est quidem res sanctissima civilis sapientia: sed quae pretio numerario non sit aestimanda, nec de honestanda, dum in judicio honor petitur, qui in ingressu sacramenti efferri debuit: quaedam enim, tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur.

Vide L. 2. §. fin. ff. de orig. jur.

(f) *Vide L. 168. ff. de reg. jur. in Aphor. 1537.*

(g) *Extat in L. 73. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae in testamento ita scripta sunt, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.

Fluit regula ex L. 2. ff. de his, quae pro non script. L. 30. ff. de testam. tut. L. 62. §. 1. ff. de haered. institut.

(h) *Extat in L. 4. C. si pend. appell. ubi*

1584. Quaestio est de facto, non de jure, jurejurando praestito (a).
1585. Quaestio voluntatis in aestimatione judicis est (b).
1586. Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio (c).
1587. Querela inofficiosi competit liberis, et parentibus (d): locum habere potest etiam ex novercalibus delinimentis, et instigationibus (e).
1588. Querelam inofficiosi non excludit falsi accusatio (f).
1589. Querela inofficiosi derelicta non instautatur (g).

---

sic. — Si pater tuus ad Decurionatum evocatus appellationem interposuit, eaque pendente concessit in fatum; honoris ejus quaestio morte finita est.

(a) *Fluit ex L. ult. in princ. ff de jurejur. vers. si autem. ubi sic.* — Si autem liquido probari non potest, quid actum sit, et in abscuro erit, ut plerumque fit de facto, an de jure, inter creditorem, et pupillum controversia fuerit, deferente creditore pupillum jurasse, intelligere debemus, id actum inter eos, ut si jurasset se dare non oportere, ab omni conditione discederetur; atque ita et solutam pecuniam repeti posse, et fidejussoribus exceptionem dari debere existimavimus (1). *Vide supr. Aph. 452.*

(1) Vedi la nota all'aforismo 1002.

(b) *Extat in L. 32. in princ. ff. de usur. ubi sic.* — Mora fieri intelligitur non ex re, sed ex persona: id est interpellatus opportuno loco, non solverit. Quod apud judicem examinabitur.

Vide etiam supra — Aphor. 1967.

(c) *Fluit ex L. 17. ff. de eviction. ubi sic.* — Vindicantem venditorem rem, quam ipse vendidit, exceptione doli posse submoveri, nemini dubium est, quamvis alio jure dominium quaesierit: improbe enim rem a se distractam evincere conatur. Eligere antem emptor potest, utrum velit rem retinere, intentione per exceptionem elisa; an potius, re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi.

Vide L. 72. ff. de rei vindic. L. 1. in princ. ff. de except. rei venditae. L. 10. ff. de distract. pignor. L. 4. §. 32. ff. de doli mali, et met. except. L. 1. et 2. C. ne fiscus rem, quam vendid.

(d) *Extat in L. 1. ff. de inoff. test. ubi sic.* — Sciendum est, frequentes esse inofficiosi querelas: omnibus enim tam parentibus, quam liberis de inofficioso licet disputare (2).

Vide L. 15. in princ. et L. 16. ff. eod. Nota. Competit quoque querela aliis, et aliunde non: id est, fratribus tantum ob turpitudinem. Vide L. 21. et 27. C. eod. Exhaeredatis et praeteritis injuste. Vide L. 3. et 5. ff. eod. Non ei qui probavit testamentum. Vide L. 8. §. 10. ff. eod. L. 8. §. 1. C. eod. nec ei, qui legatum percepit. Vide L. 10. §. 1. ff. eod. L. ult. ff. eod. nec ei, qui haeredis scripti jus probavit. Vide L. 23. §. 1. ff. eod. nec nato matre in puerperio moriente. Vide L. 3. C. eod. nec ei, qui tutoris nomine legatum pupillo accepit. Vide §. 4. et 5. Instit. eod. nec ei, qui arguit testamentum non jure factum. Vide L. 8. §. 12. ff. eod. L. 16. C. eod. nec majoribus post quinquennium ex justa causa. Vide L. 2. C. in quib. caus. in integr. L. 34. in fin. C. de inoff. test. L. 8. §. ult. ff. eod.

(2) Concorda con l'art. 838. LL. CC. relativamente all'azione della riduzione delle disposizioni tra vivi, o per causa di morte.

(e) *Extat in L. 4. ff. de inoff. testam. ubi sic.* — Non est enim consentiendum parentibus, qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt: quod plerumque faciunt, maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimentis, instigationibusque corrupti.

(f) *Extat in L. 14. C. de inoff. test. ubi sic.* — Eum, qui inofficiosi querelam delatam non tenuit, a falsi accusatione non submoveri placuit. Idem observatur, et si e contrario falsi crimine instituto victus, postea de inofficioso actionem exercere maluerit.

Vide L. 47. ff. de haer. pet. L. 3. in fin. ff. eod. Vide tamen. L. 19. ff. de bonis libert.

(g) *Extat in L. 8. §. 1. ff. de inoff. test. ubi sic.* — Si quis post rem inofficiosi

1590. Querela inofficiosi, quae ad liberos exhaeredatos attinet, non transit ad ipsorum haeredes extraneos nisi praeparata (a).
1591. Querela admissa ruit sola haeredis institutio (b).
1592. Querela pro exhaeredatione augere facit partem filii instituti cum extraneo (c).
1593. Qui tacet, affirmat in favorabilibus, non in odiosis (d).
1594. Qui damnum sua culpa sentit, damnum sentire non intelligitur (e).
1595. Qui indignus est inferiori ordine, indignior erit superiore (f).
1596. Qui sentit commodum, debet sentire incommodum (g).
1597. Qui succedit in alterius locum, succedit etiam in ejus jura (h).
1598. Qui aedificat solo alieno, domino aedificat (i).

---

ordinatam, litem dereliquerit, postea non audietur.
Vide L. 1. C. de in integr. restit.

(a) *Extat in L. 6. §. 2. ff. de inoff. test. ubi sic.* — Si quis instituta accusatione inofficiosi decesserit, an ad haeredum suum querelam transferat? Papinianus respondit, quod et quibusdam Rescriptis significatur, si post adgnitam bonorum possessionem decesserit, esse successionem accusationis. Et si non sit petita bonorum possessio, jam tamen coepta controversia, vel praeparata: vel si, cum venit ad movendam inofficiosi querelam, decessit: puto ad haeredem transire (1).
Vide tamen L. 36. in fin. Cod. hoc titulo.

(1) Vedi l'art. 838. LL. CC. ove la riduzione delle disposizioni tra vivi non potrà esser domandata, se non da quelli, a vantaggio de'quali la legge ha stabilita la riserva, da loro eredi, e da quelli, che da essi han causa.

(b) *Extat in Novell. 115. cap. 4. §. 9. vers. princ. ubi sic.* — Si autem haec omnia non fuerint observata, nullam vim hujusmodi testamentum, quantum ad institutionem haeredum, habere sancimus: sed rescisso testamento, eis, qui ab intestato ad haereditatem defuncti vocantur, res ejus dari disponimus: legatis videlicet, vel fideicommissis, et libertatibus, et tutorum dationibus, seu aliis capitulis, sicut superius dictum est, suam obtinentibus firmitatem etc.

Vide d. Novell. c. 3. in fine (2).
Vide tamen L. 8. §. 16. ff. eod.

(2) Vedi però l'art. 842. LL. CC. ove quando il valor delle donazioni fra vivi eccederà, o eguaglierà la quota disponibile, tutte le altre disposizioni testamantarie restano caduche.

(c) *Vide casum in L. 19. ff. de inoff. test* (3).

(3) Concorda con l'art. 852. LL. CC.

(d) *Extat in L. 142. ff. de reg. iur. ubi sic.* — Qui tacet non utique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare (4).
Fluit regula. ex L. 2. ff solut. matrim.
Vide supra — Aphor. 1276.

(4) Concorda art. 324. L. p. c.

(e) *Vide supra. — Aphor. 356.*

(f) *Vide supra. — Aphor. 858.*

(g) *Extat in L. 10. ff. de reg. jur. ubi sic.* —Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda.
Fluit reg. ex leg. ult. §. 3. C. de furtis. L. 7. in prin ff. de peric. et com. rei vend. §. 3. Instit. de empt. L. 7. in princ. ff. de jur. dot. L. 55. in fin. ff. pro socio L. 13. §. 1. ff. de adqu. vel amitt. poss. Excipe L. 1. §. 1. ff. de legit. tut. Instit. de legit. patr. tut. in fin.
Vide supra — Aphor. 549. 216. 349.

(h) *Vide supra — Aphor. 954.*

(i) *Extat in L. 6. in princ. ff. de divis. rer. ubi sic.* — In tantum, ut soli do-

1599. Qui condemnare potest, et absolvere potest (a).

1600. Qui cum alio contrahit, non debet esse ignarus ejus conditiones; secus si haeres (b), aut successor sit (c).

1601. Qui negat se debere potest alia defensione uti (d).

1602. Qui rem alienam defendit, id est administrat, non videtur locuples, ut evitet satisdationem, (e).

1603. Qui rem alienam invasit ante adventum sententiae iudicialis tenetur ad rei restitutionem, et ejus aestimationem (f).

1604. Qui donare nequit, nec donationi consentire potest (g).

---

mini constituantur, qui ibi aedificant: sed quamdiu aedificium manet; alioquin aedificio dilapso, quasi jure postliminii revertitur locus in pristinam causam: et si alius in eodem loco aedificaverit, ejus fiet.

Ex in L. 39. in princ. ff. de rei vind. ubi sic. — Redemptores, qui suis caementis aedificant, statim coementa faciunt eorum, in quorum solo aedificant. (5).

Vide etiam L. 23. §. 6. ff. eod. et L. 7. §. 10. ff. de adquir. rer. dom., L. 2. C. de rei vind.

(5) Concorda con l'art. 480 LL. CC. salva la indennizzazione al terzo, ove il proprietario voglia ritener l'opere fatte dal primo.

(a) *Vide supra — Aphor. 5.*

(b) *Extat in L. 19. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus: haeredi autem hoc imputari non potest: cum non sponte cum legatariis contrahit.

Fluit regula ex leg. pen. ff. de SC. Maced., L. 48. ff. de fidejuss.

Vide tamen L. 3. ff. de SC. Maced.

(c) *Extat in L. 42. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiae an id, quod peteretur, deberetur etc. (1).

Vide d. L. 19. ff. de reg. jur.

(1) Argomento dall'art. 1277. CC. LL.

(d) *Vide supra — Aphor. 1216.*

(e) *Extat in L. 166. ff. de reg. jur. ubi sic.*—Qui rem alienam defendit, numquam locuples habetur.

Et in L. 110. §. 1. ff. eod. ubi sic.— Nemo alienae rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione.

Fluunt regulae ex L. 35. §. ult. L. 51. in fin. L. 52. L. 53. ff. de procur. L. 46. §. 2. ff. eod. L. 21. in fin. ff. ex quib. caus. major., L. 5. in fin. quib. ex caus. in possess., L. 10. ff. judic. solvi.

Vide tamen L. 3. ff. in jus vocat. L. 2. §. 3. Qui satisd. cogant.

(f) *Extat in L. 7. C. unde vi ubi sic.* Si quis in tantam furoris pervenerit audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud homines quoslibet constitutarum ante adventum judicialis arbitrii violenter invaserit: dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, et dominium ejusdem rei amittat. Si vero alienarum rerum possessionem invasit: non solum eam possidentibus reddat, verum etiam aestimationem earumdem rerum restituere compellatur.

Vide L. 5. C. de legat. L. 10. §. 16. ff. quae in fraud. L. 1. C. quando liceat unic. sine judice. L. 2. C. de pign. L. 10. C. und. vi L. 13. in fin. ff. quod. met. caus. L. 1. in fin. C. de suffrag. L. 176. ff. de reg. jur. §. 1. Instit. de vi bon. rapt. §. 6. Instit. de interd. 2. Feudor. 27. §. 2. ad fin.

(g) *Extat in L. 165. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.

Vide e contrario supra. — Aphor. 337.

1605. Qui dat errans, repetit: qui dat consulto, donat (a).
1606. Qui potest donare, potest vendere; et concedere (b).
1607. Qui jus publicum sequitur, non capitur, id est, non devincitur (c).
1608. Qui dolo desiit possidere, pro possessore habetur (d).
1609. Qui errore petit, sine dolo est (e).
1610. Qui habet actionem ad rem recuperandam, rem ipsam habet (f).
1611. Qui potest velle, nolle potest, et contra (g).
1612. Qui habet actionem, et exceptionem habet (h).
1613. Qui in uno gravatur, in alio relevari debet (i).
1614. Qui non acquirit, non fraudat creditores (k).
1615. Qui habet plus, habet minus, non contra (l).
1616. Qui potest alio invito quid facere, potest et eo ignorante (m).
1617. Qui non habet in aere, luat in corpore (n).

(a) *Extat in L. 53. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cujus per errorem dati repetio est (1), cujus consulto dati donatio est.
Fluit regula ex L. 1. in fin. L. 26. §. 3. ff. de condict. indeb. L. 9. C. eod. L. 7. §. 2. ff. pro emptore. L. 21. §. 1. ff. de inoff. test.

(1) Concorda con l'art. 1331. LL. CC.

(b) *Vide supra. — Aphor. 337.*

(c) *Vide supra. — Aphor. 1272.*

(d) *Vide supra. — Aphor. 1486.*

(e) *Extat in L. 177. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo videtur dolo exsequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.
Fluit regula ex L. 2. §. 5. ff. de doli mali, et metus except.

(f) *Extat in L. 15. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Is, qui actionem habet ad rem recuperandum, ipsam rem habere videtur.
Fluit regula ex L. 52. ff. de adquir. rer. dom. L. 143. ff. de verb. sign. Immo vide L. 204. ff. de reg. jur.

(g) *Vide supra. — Aphor. 548.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 335.*

(i) *Vide supra. — Aphor. 723.*

(k) *Extat in L. 134. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Non fraudantur creditores, cum quid non adquiritur a debitore: sed cum quid de bonis diminuitur.
Excipe L. 25. §. 8. ff. de haered. pet. L. 2. §. 5. ff. de haered. vel act. vend. L. 64. §. 7. ff. solut. matrim. L. 1. §. 12. ff. si quis. omiss. caus. testam.
Vide L. 68. in fin. ff pro socio. L. 5. §. 13. ff. de donat. inter. vir et uxor. L. 1. §. 23. ff. de collat. L. 6. ff. quae caus. ad aud. credit.

(l) *Vide supra. — Aphor. 902.*

(m) *Extat in L. 26. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui potest invitis alienare, multo magis et ignorantibus, et absentibus potest.
Fluit ex L. 4. §. 3. ff. de fideic. libert. Vide tamen. L. 17. §. ult. L. 18. ff. de recept. qui arb. L. 39. ff. de re judicat.

(n) *Fluit ex L. 1. §. ult. ff. de poenis ubi sic.* — Generaliter placet, in legibus publicorum, vel privatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt Praefecti, vel Praesides, ut eis, qui poenam pecuniariam egentes eludunt, coercitionem extraordinariam inducant.
Et in L. 7. §. 3. ff. de jurisdict. ubi sic. — In servos autem, si non defenduntur a dominis, et eos, qui inopia laborant, corpus torquendum est.
Vide L. 6. in fin. C. de sepulchr. violat. L. ult. in fin ff. de in jus voc. L. 9. in fin. ff. de incend. L. ult. in fin. C. de modo mulct. L. 4. vers. quod. si C. de fugit. L. 12. §. 5. in fin. §. ult.

1618. Qui succedit in locum alterius, justam causam habet, ignorandi ejus factum (a).

1619. Qui scit, et prohibere non potest, non est in culpa (b).

1620. Qui suo jure utitur, non videtur dolo facere, nisi tertio noceat (c); nec vim facere videtur (d).

1621. Qui sine dolo malo alium ad judicem provocat, non videtur moram facere (e).

1622. Qui in universum jus defuncti succedit, loco haeredis habetur (f).

1623. Qui nulli praeest judicio, judex fieri non potest ex consensu privatorum (g).

1624. Qui cito solvit, bis solvit, qui sero solvit, non solvit (h).

1625. Qui sibi non pepercit, multo minus alii parcet (i).

1626. Qui jure ordinario munitus est, extraordinario non eget auxilio (k).

---

vers. si autem penuria. C. de aedif. priv. 2. Faud. 53. §. 1. in fin.

(a) *Extat in L. 42. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiae, an id, quod peteretur, deberetur.
Vide supra. — Aphor. 1600.

(b) *Vide supra. — Aphor. 338.*

(c) *Vide supra. — Aphor. 453.*
(d) *Vide supra. — Aphor. 1251.*

(e) *Extat in L. 63. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.
Fluit regula ex L. 21. 24. in princ. ff. de usur.

(f) *Extat in L. 128. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Hi, qui in universum jus succedunt, haeredis loco habentur.
Vide L. 62. et 194. ff. eod. (1).
Fluit regula ex L. 19. §. 11. ff. de haered. instit.

(1) Sono tali i legatari universali nel senso dell'art. 929. LL. CC.

(g) *Extat in L. 3. C. de jurisd. omn. jud. ubi sic.* — Privatorum consensus judicem non facit eum, qui nulli praest judicio; nec, quod is statuit, rei judicatae continet auctoritatem (2).
Vide L. 1. ff. de judic. Vide tamen. L. 18. ff. hoc tit. L. 29. C. de pactis. L. 51. C. de Episc. Audient.

(2) Concorda con gli art. 33. e 109. L. pr. civ. ove le parti possono attribuir facoltà di giudicare ai conciliatori, ed ai giudici di circondario, non già ai privati.

(h) *Extat in §. 33. vers. qua enim. Instit. de action. ubi sic.* — Qua enim ratione qui tardius solvit, quam solvere deberet, minus solvere intelligitur: eadem ratione qui praemature petit, plus petere videtur etc.
Vide Vinnium. Instit. de action. §. 33. Vide §. 5. Instit. de fidejuss. L. 65. ff. de solut.

(i) *Extat in L. 3. §. 6. et fin. ff. de bon. eor. qui ante sent. ubi sic.* — Et merito, si sine causa sibi manus intulit, puniendus est: qui enim sibi non pepercit, multo minus alii parcet.
Vide L. 25. §. 3. ff. de Ædil. Edict.

(k) *Fluit ex leg. 16. in princ. ff. de minor. ubi sic.*—In causae cognitione etiam hoc versabitur, num forte alia actio possit competere citra in integrum restitutionem. Nam si communi auxilio, et mero jure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium (3) etc.
Vide L. 12. ff. eod. L. 3. C. de in

1627. Qui sciens severit agrum alienum, domino sevit; sed reficitur de impensis (a).

1628. Qui extruxit in area communi domum, communem hanc facit; oblatis a condomino prius impensis extructionis (b).

1629. Qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil est (c).

1630. Qui pignori plures res accepit, non cogitur unam liberare (d); nec accipere expromissorem (e).

1631. Qui sic solvit pecuniam, ut statim eam recipiat, solvisse non videtur (f).

1632. Qui appellat, prior agit (g). Qui fraudem se fecisse audeat dicere, audiri non debet (h). In causa appellationis quod non probavi, probabo; quod non deduxi, deducam (i).

---

integr. rest. min. L. 4. C. si advers. rem. judic. L. 3. C. si advers. libert.

(3) Concorda con l'art. 592. LL. pr. civ.

(a) *Extat in L. 11. Cod. de rei vind. ubi sic.* — Si quis sciens alienum agrum sevit, vel plantas imposuit: postquam hae radicibus terram fuerint amplexae, solo cedere rationis est (1); domini enim magis segetem, vel plantas, quam per hujusmodi factum, solum suum facit. Sane enm, qui bona fide possidens, hoc fecerit, per doli mali exceptionem contra vindicantem dominium servare sumptus, juris auctoritate significatum est (2).

Vide L. 27. §. 5. L. 48. ff. eod.

(1) Concorda con l'art. 480. 1. comma LL.CC.

(2) Concorda con il cit. art. 480. comma 2. e 3. e con l'art. 473. LL. CC.

(b) *Extat in L. 16. Cod. de rei vind. ubi sic.* — Si in area communi domum aliquis extruxit, hanc vobis communem juris fecit ratio (3), cujus portionem ab eo, qui bona fide possidens aedificavit, si velis vindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoveri.

Vide L. 34. C. de aedific. privat.

(3) Argom. dall'art. 476. LL. CC.

(c) *Extat in L. 12. ff. de furtis. in princip. ubi sic.* — Itaque fullo, qui curanda, vel polienda vestimenta accepit, semper agit: praestare enim custodiam debet: si autem solvendo non est, ad dominum actio reddit: nam qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil est.

(d) *Extat in L. 19. ff. de pignor. et hypoth. ubi sic.* — Qui pignori plures res accepit, non cogitur unam liberare, nisi accepto universo, quantum debetur (4).

Vide L. 9. § 3. ff. de pignor. action. L. 85. §. pen. ff. de verb. obl. L. 1. C. de luit. pign. L. 16. C. de distract. pignor.

(4) Concorda eccettuato il caso della riduzione della ipoteca legale delle doti, e de' minori art. 2037. e 2038. LL. CC.

(e) *Extat in L. 10. ff. de pignorat. act. ubi sic.* — Quod si non solvere, sed alia ratione satisfacere paratus est, forte si expromissorem dare vult, nihil ei prodest.

Vide L. 6. ff. eod.

(f) *Extat in L. 55. ff. de solut. ubi sic.* — Qui sic solvit, ut reciperet, non liberatur; quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dantur, ut recipiantur.

Immo vide L. 33. §. 1. ff. de donat.

(g) *Extat in L. 29. ff. de judiciis. ubi sic.* — Qui appellat prior agit (5).

(5) Vedi l'art. 526 leg. pr. civ. ove dopo la risposta ai motivi di appello si fa luogo all'udienza ad istanza della parte più diligente.

(h) *Extat in L. 5. C. de serv. pign. dat. manum. ubi sic* — Si creditoribus satisfactum fuerit: ancillae, quae pignori obligatae a debitore manumissae erant, liberae fiunt. Nam ipse manumissor si fraudem se fecisse creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere: audiri non debet; nec haeredes ejus.

Vide L. 30. C. de transact.

(i) *Extat in L. 6. §. 1. C. de appel-*

1633. Quitantia erronea de toto recepto, cum pars recepta sit, non nocet (a).

1634. Quod actum est inter contrahentes praestandum; nam bonae fidei congruit (b).

1635. Quod temporale est ad agendum, perpetuum est ad excipiendum (c).

1636. Quod quis misericordia intempestiva in re aliena exercuit, dolo fecisse praesumitur (d).

1637. Quod in individuis est minor, id majus relevat (e).

---

lat. ubi sic. — Si quid autem in agendo negotio minus se allegasse litigator crediderit: quod in judicio acto fuerit omissum, apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur: cum votum gerentibus nobis aliud nihil in judiciis, quam justitiam locum habere debere necessaria res forte trasmissa non excludenda videatur (3).

Vide L. 4. C. de tempor. et reparat. appellation.

(3) Concorda con l'art. 529. L. pr. civ. meno che le novelle deduzioni non sieno nuove dimande art. 528. d. LL.

(a) *Fluit ex L. 6. Cod. de solut. ubi sic.* — Si inter patrem tuum, eosque, quos debitores esse dicebas, non de dubia lite transactio facta est, sed parte tantummodo recuperata, universum se recepisse cavit; nec de superfluo eos, quos verbis obligavit, per acceptilationem liberavit, nec donationis causa id fectum est, exuberantis debiti integra ei repetitio competit.

Vide L. 13. C. eod.

(b) *Extat in L. 11. §. 1. ff. de action. empt. ubi sic.* — Et in primis sciendum est, in hoc judicio id demum deduci, quod praestari convenit: cum enim sit bonae fidei judicium, nihil magis bonae fidei congruit, quam id praestari, quod inter contrahentes actum est; quod si nihil convenit; tunc ea praestabuntur, quae naturaliter insunt hujus judicii potestate (1).

(1) Concorda con gli art. 1088. e 1089. LL. CC.

(c) *Extat in L. 5. §. 6. ff. de doli mali. et met. except. ubi sic.* — §. 6. Non sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est: nam haec perpetuo competit: cum actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur suo jure: is autem, cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conveniatur (2).

Vide L. 5. C. de except. L. unic. C. et nemo invitus agere. L. 44. in fine. ff. de reg. jur.

(2) Vedi l'art. 1258. LL. CC. ove l'azione per annullare, o rescinder un contratto é ristretta a dieci anni; e questi non cominciano a decorrere nel caso di violenza, se non dal giorno, in cui è cessata: nel caso di errore, o di dolo dal giorno, in cui sono stati scoperti: nel caso di atti mancanti di autorizzazione per le donne maritate dal giorno dello scioglimento del matrimonio; per gl'interdetti del giorno, in cui si è tolta la interdizione, e pe'minori dal giorno delle maggior età.

(d) *Fluit ex L. 7. in princ. ff. depos. ubi sic.* — Si hominem apud se depositum, ut quaestio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansion in extensum, sequester solverit misericordia ductus, dolo proximum esse, quod factum est, arbitror: quia, cum sciret, cui rei pareretur, intempestive misericordiam exercuit, non posset non suscipere talem causam, quam decipere.

Vide L. 7. §. 7. ff. de dolo malo.

(e) *Argum. leg 6. ff. quemadm. servit. amitt.*

1638. Quod gestum est, non quod scriptum, inspicitur (a).
1639. Quod in gratiam alicujus conceditur, non est in ejus odium retorquendum (b).
1640. Quod auctori non nocuit, nec successori nocebit (c).
1641. Quod loco alicujus est, habet camdem naturam, quam id, cujus loco illud est (d).
1642. Quod nostrum est, sine facto nostro auferri nequit (e).
1643. Quod donatur ob causam, non est donatio (f).
1644. Quod sub una conditione datur, sub contraria conditione censetur ademptum, et viceversa (g).
1645. Quod petis si intus habes, executionem judicati impedit (h).

(a) *Vide supra — Aphor. 855.*

(b) *Extat in L. 25. ff. de legib. ubi sic.* — Nulla juris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.

Et in L. 6. Cod. de legib. ubi sic. — Quod favore quorumdam constitutum est, quibusdam casibus ad lesionem eorum nolumus inventum videri.

Vide L. 3. §. 5. ff. de carbon. Edict.

(c) *Extat in L. 156. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cum quis in alicujus locum successerit; non est aequum ei nocere hoc, quod adversus eum non nocuit, in cujus locum successit.

Fluit regula ex L. 3. §. 2. in fin. ff de itin. actuque priv. L. 76. in fin. ff. de contrah. empt.

(d) *Fluit ex L. 11. ff. si quis caution. ubi sic.* — Si quis quemdam in judicio sisti promiserit, in eadem causa eum debet sistere. In eadem autem causa sistere hoc est, ita sistere, ut actori persecutio loco deteriori non sit; quamvis exactio rei possit esse difficilior: licet enim difficilior exactio sit; tamen dicendum est, videri in eadem causa eum stetisse: nam et si novum aes alienum contraxisset, vel pecuniam perdidisset; videtur tamen in eadem causa stetisse. Ergo et qui alii judicatus sistitur, in eadem causa stare videtur (1).

(1) Argom. dall'art. 2076. LL. CC. e dall'art. 70 leg. de'29. dicembre 1828. sulla espropriazione forzata, ove il compratore, o l'aggiudicatario acquista la proprietà colla impressione de'medesimi diritti, e carichi, che avea il venditore, o il debitore espropriato.

(e) *Vide supra.—Aphor. 1270, et 1291.*

(f) *Extat in L. 19. §. 5. ff. de donat. ubi sic.* — Sed et hae stipulationes, quae ob causam fiunt, non habent donationem (2).

(2) Argom. dall'art. 825. LL. CC. ove le disposizioni rimuneratorie non sono valutate, come liberalità, di cui non possono godere le persone indicate in detto articolo.

(g) *Extat in L. 107. ff. de condit. et demonst. ubi sic.* — Aliquando accidit, ut sub conditione datum legatum purum intelligatur: veluti quod sub eadem conditione relictum est, sub qua etiam haeres alius institutus est. Item, quod sub hac conditione relictum est, si haereditatem adierit. Ex diverso quoque purum datum legatum conditionale videtur, veluti quod sub conditione ademptum est, quia sub contraria conditione datum intelligitur.

Vide L. 63. in princ. ff. eod. L. 10. in princ. ff. de adim. leg.

(h) *Fluit ex L. 1. C. de re judic. ubi sic.* — Rebus quidem judicatis standum est. Sed si probare poteris eum, cui condemnatus es, id quod furto amisisse videbatur, recepisse: adversus judicati agentem doli exceptione apposita tueri te poteris.

1646. Quod interest in facto est (a).

1647. Quod contra formam juris factum est, nullum est.

1648. Quod obstat contrahentibus, obstat et eorum successoribus (c).

1649. Quod ab initio non valet, tractu temporis convalescere nequit (d).

1650. Quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, jure fecisse existimatur (e).

1651. Quod semel placuit, deinde displicere non potest (f).

1652. Quod, vel quae in alterius domo reperiuntur, ejus esse praesumuntur (g).

1653. Quod pro hominum utilitate introductum est, non est contra eos ad severitatem producendum (h).

1654. Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentiam (i).

(a) *Vide supra. — Aphor.* 922.

(b) *Vide supra. — Aphor. 831.*

(c) *Extat in L. 143. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat, et successoribus eorum obstabit (1).

Vide etiam. L. 175. et 177. ff. eod.

Fluit regula ex L. 52. §. 1. ff. de pactis. L. 37. ff. de acquir. vel omitt. hared. L. 12. ff. de divers. tempor. praescript.

(1) Concorda con l'art. 1076. LL. CC.

(d) *Extat in L. 29. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere (2).

Vide etiam. L. 210. ff. eod.

Fluit regula et limita ex L. 11. ff. de servit. praedior. rusticor. L. ult. ff. commun. praedior. L. 27. ff. de ritu nupt. L. 6. C. de nuptiis. L. 24. §. 1. ff. de legat. 1. L. 1. §. 1. ff. de legat. 3. L. 42. ff. de haer. instit. L. 20. §. 1. ff. de condit. instit. L. unic. §. 1. C. de contract. judic. L. ult. C. si major. factus alienat.

(2) Vedi l'art. 1069. LL. CC. ove un contratto nullo per causa di violenza, può in seguito esser valido, se cessata la violenza sia stato tacitamente, o espressamente approvato.

(e) *Extat in L. 3. ff. de just. et jur. ubi sic.* — Ut vim, atque injuriam propulsemus: nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse extimaretur (3).

(3) Concorda con l'art. 773. leg. pen.

(f) *Vide supra. — Aphor. 1.*

(g) *Fluit ex L. 6. C. de donat. int. vir. et ux. ubi sic.* — Etiam si uxoris tuae nomine res, quae tui juris fuerant, depositae sunt: causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi donasse te uxori res tuas ex hoc quis intelligat, cum donatio in matrimonio facta, prius mortua ea, quae liberalitatem excepit, irrita sit. Nec est ignotum, quod, cum probari non possit, unde uxor matrimonii tempore honeste quaesierit, de mariti bonis eam habuisse veteres juris auctores merito crediderint.

Vide aphor. ejus sunt mobilia, cujus est domus, in Gothofred. ad L. 9. §. 3. ff. de jur. dot. Vide Fab. Cod. tit. 34. lib. 4. defin. 7. n. 6.

(h) *Vide supra. — Aphor. 1639.*

(i) *Vide supra. — Aphor. 272.*

1655. Quod illicitum est ex jure, idem est ac impossibile (a).
1656. Quod pendet non est pro eo quasi sit (b).
1657. Quod natura debetur, in compensationem venit (c).
1658. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari (d).
1659. Quod quisque juris in alterum statuerit, ipse debet eo uti (e).
1660. Quod cuique jure facere licet, id etiam licet creditore invito (f).
1661. Quod ablatur causa reficiendi fame, aut pascendi equum in via, non est furtum (g).
1662. Quod generaliter dispositum est in uno correlativorum, valet in altero (h).
1663. Quod universitatis est, non est singulorum (i).
1664. Quod in arbitrium domini confertur, arbitrio boni viri intelligitur (k).
1665. Quot sunt causae stipulationum, tot sunt stipulationes (l).

(a) *Extat in L. 137. §. 6. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Cum quis sub hac conditione stipulatus sit, si rem sacram, aut religiosam Titius vendiderit, vel forum, aut basilicam, et hujusmodi res, quae publicis usibus in perpetuum relictae sint, ubi omnino conditio jure impleri non potest, vel id facere ei non liceat: nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea conditio, quae natura impossibilis est, inserta esset: nec ad rem pertinet, quod jus mutari potest: et id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri: non enim secundum futuri temporis jus, sed secundum praesentis, aestimari debet stipulatio.

(b) *Vide supra. — Aphor. 1290.*

(c) *Extat in L. 6. ff. de compensat. ubi sic.* — Etiam quod natura debetur, venit in compensationem (1).
Vide Vinn. Instit. §. 6. de oblig. quae ex quasi contract. n. 2.

(1) Concorda virtualmente con l'art. 1247. LL. CC.

(d) *Vide supra. — Aphor. 1355.*

(e) *Vide supra. — Aphor. 1008.*

(f) *Vide Vinnium Instit. Quibus modis. tollat. oblig. in princ. n. 10. ubi sic.* — Sed quid si creditor hoc casu solutionem ab extraneo oblatam recuset accipere, nonne audiendus erit? Minime, quia nihil ejus interest, quis solvat. Et quod jure cuique facere licet, id etiam licet creditori invito.

(g) *Vide Vinn. Instit. de obl. quae ex delict. nasc. §. 1. n. 4. ubi sic.* — A lucri studio, ac proinde etiam a crimine furti, et ille alienus esse videtur, qui urgente fame esculenta aufert, ut inediae succurrat.
C. 3. C. de furt. C. 26. de consecrat. distin. 5. Quemadmodum nec illud pro furto habetur, si viator equum, quo vehitur reficiat, et pascat in gramine, aut viridi sylva secundum viam, dummodo id faciat sine aliqua vastatione.
Lib. 2. feud. tit. de pac. ten. et ejus violat. §. ult. (2).

(2) Vedi l'art. 463. n. 4. leg. pen. ove incorre nella contravvenzione di polizia colui, che colga, e si ciba ne'campi altrui di frutti, o altri prodotti della terra.

(h) *Vide supra. — Aphor. 717.*

(i) *Extat in L. 7. §. 1. ff. quod cujusque univers. ubi sic.* — Si quid universitati debetur, singulis non debetur; nec quod debet universitas, singuli debent.
Vide L. 6. §. 1. ff. de rer. divis. L. 10. §. 4. ff. de statu homin.

(k) *Vide supra. — Aphor. 129.*

(l) *Fluit ex leg. 29. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Scire debemus in stipulationibus tot esse stipulationes, quot summae sunt:

1666. Quoties in lucro concurrunt duo (ut in donatione) praefertur, qui primo est in lucri causa (a).

1667. Quoties duplici jure alicui successio defertur, sublato novo, remanet vetus (b).

1668. Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quae rei gerendae aptior est (c).

1669. Quoties ex delicto defuncti ad haeredem quid pervenerit, actiones paenales ad haeredem transeunt (d).

---

totque esse stipulationes, quot species sunt (3).

Vide L. 1. 5. §. 5. ff. eod. L. 75. §. 9. L. 126. §. 1. L. 134. in fin. L. 140. in princ. ff. eod. L. 28. ff. de novat.

(3) Concorda nel senso dell'art. 141. n. 31. e 32 leg. sul notariato de'23 Novembre 1819.

(a) *Extat in L. 98. ff. de reg. jud. ubi sic.* — Quotiens utriusque causa lucri ratio vertitur, is praeferendus est, cujus in lucri causa tempore praecedit.

Et in L. 126. §. ff. eod. ubi sic. — Cum de lucro duorum quaeratur, melior est causa possidentis.

Vide etiam. L. 33. ff. eod.

Fluit regula ex L. 15. in fin. C. de rei vindic.

(b) *Extat in L. 91. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quotiens duplici jure defertur alicui successio; repudiato novo jure, quod ante defertur, supererit vetus (1).

Fluit regula ex L. 17. §. 1. §. de adquir. vel. omitt. haered.

(1) Argomento dell'art. 764. LL. CC.

(c) *Vide supra.* — *Aphor. 839.*

(d) *Vide supra.* — *Aphor. 32.*

RA

1670. Radices arboris, si fundamenta vicini noceant, res ad aequitatem judicis pertinet (a).

1671. Ratihabitio retrotrahitur, et mandato comparatur (b).

1672. Ratihabitio in maleficio mandato comparatur (c).

1673. Ratihabitio minoris post vigintiquinque annos, rescissionem ejus, quod in minore aetate gessit, impedit (d).

1674. Ratihabitio domini a procuratore promissa, et non secuta, obligat procuratorem ad id, quod interest (e).

(a) *Extat in L. 1. C. de interd. ubi sic.*— Cum proponas, radicibus arborum in vicina Agathangeli area positis crescentibus, fundamentis domus tuae periculum afferri: Praeses: ad exemplum interdictorum, quae in albo proposita habet (Praetor) si arbor in alienas aedes impendebit; item si in alienum agrum impendebit, quibus ostenditur, nec per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere, rem ad suam aequitatem rediget (1).

Vide L. 7. §. 1. ff. de just. et jur.

(1) Vedi l'art. 593. com. 3. LL. CC. ove è disposto, che se le radici degli alberi s'inoltrano nel fondo del vicino, questo ultimo può egli stesso toglierle.

(b) *Extat in L. 60. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Semper, qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed et si quis ratum habuerit, quod gestum est: obstringitur mandati actione (2).

Fluit regula ex L. 16. §. 1. ff. de pign. et hyp. L. 12. in fin. ff. de solut. L. 56. ff. de judic.

Vide tamen. L. 6. §. 6. §. 9. et 10. ff. de negot.

Extat quoque in L. 7. C. ad SC. Macedon. circa med. ubi sic. — Cum nostra novella lege generaliter omnis rathiabitio prorsus retrotrabatur, et confirmet ea, quae ab initio subsecuta sunt etc.

Vide L. 25. C. de donat. int. vir. et ux. L. 44. §. 1. ff. de usurp.

(2) Concorda con l'art. 1265. LL. CC. e con l'art. 1292. d. LL.

(c) *Extat in L. 152. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.*—In maleficio ratihabitio mandato comparatur.

Fluit regula ex L. 1. §. 1. ff. de vi, et vi armat. (3).

(3) Argom. dagli art. 70. e 77. leg. pen.

(d) *Extat in L. 2. C. si major. fact. ubi sic.*—Qui post vigesimum quintum annum aetatis ea, quae in minore aetate gesta sunt, rata habuerint; frustro rescissionem eorum postulant (4).

Vide etiam L. 1. Cod. eod. L. 3. §. 1. L. 30. ff. de minor.

(4) Concorda con il cit. art. 1265. LL. CC.

(e) *Extat in L. 19. ff. ratam rem haber. ubi sic.* — In stipulatione, quae procurator cavet, ratam rem dominum habiturum, id continetur, quod intersit stipulatoris. Idemque juris est in clausulis omnibus de dolo malo (5).

Vide L. 13. in princ. ff. eod.

(5) Concorda con l'art. 1869. LL. CC.

1675. Re alienata judicii mutandi causa, et possessor, et qui alienavit conveniri possunt (a). Re jam discussa non bis in eamdem agendum (b).

1676. Receptor par est adgressori (c), et latroni (d).

1677. Reconventionis judex est ille actionis (e).

1678. Reconventio non datur in gradu appellationis (f).

1679. Redemptores litium non lucrant solidum, sed summam solutam, exceptis quatuor casibus (g). Redimere sanguinem suum cuique licet (h).

1680. Referens sine relato non probat (i).

1681. Regula juris est brevis narratio ejus, de quo fit sermo in regula. Non facit jus, sed ex quo continetur, quod jus est, regula fit, et patitur exceptiones (k).

(a) *Extat in L. un. C. de alien. judic. mut. ubi sic.* — Cum in rem actionem possessio pariat adversario, alienatione etiam judicii motandi causa celebrata, in integrum restitutio Edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venumdedit, et emptori tradidit: quem elegeris, conveniendi tibi tributam esse jure facultatem.

(b) *Fluit ex L. 7. §. 2. in princ. ff. de accusat. ubi sic.* — Iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet Praeses pati eumdem accusari, et ita Divus Pius Salvio Valenti rescripsit etc.

Vide L. 9. C. eod.

(c) *Extat in L. 3. §. 3. ff. de incendio ubi sic.* — Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex causis supra scriptis tenetur: quia receptores non minus delinquont, quam adgressores. Sed enim additum est dolo malo; quia non omnis, qui recipit, statim etiam delinquit, sed qui dolo malo recipit: quid enim si ignarus recipit? aut quid, si ad hoc recipit, ut custodiret: salvaque faceret ei, qui amiserat? utique non debet teneri (1).

Vide §. 4. eod. L. 1. ff. de receptator.

(1) Concorda con l'art. 458 leg. pen. ma la pena è più mite di quella del ladro.

(d) *Extat in L. 1. ff. de receptator. ubi sic.* — Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest. Et praecipitur, ut perinde puniatur, atque latrones. In pari causa habendi sunt; quia cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte, demiserunt (2).

Vide L. 13. in fin. ff. de offic. praesid. L. 1. C. de his. qui latron.

(2) Vedi la nota precedente.

(e) *Vide supra. — Aphor. 970.*

Vide L. 11. §. 1. ff. de jurisd. L. 22. ff. de judic. Nov. 96. c. 2. Nov. 123. c. 25.

(f) *Argum. L. 1. ff. eum. qui appellav.*

(g) *Vide supra. — Aphor. 193.*

(h) *Extat in L. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sentent. ubi sic.* — In capitalibus criminibus a principibus decretum est, non nocere ei, qui adversarium corrupit: sed in his demum, quae poenam mortis continent: nam ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualiter redemptum voluit (3).

(3) Concorda con gli art. 34, e 37 leg, di pr. pen.

(i) *Fluit ex L. 31. ff. de probat. ubi sic.* — Commemorationem in chirographo pecuniarum, quae ex alia causa debere dicuntur, factam, vim obligationis non habere (4).

Vide L. 13. C. de non num. pecun. Novel. 119. c. 3.

(4) Argom. dagli art. 1291. e 1292. LL. CC.

(k) *Extat in L. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Regula est, quae rem, quae est,

1682. Rei judicatae exceptionis requisita sunt idenditas personarum, objecti, et alia (a).

1683. Rei suae neque pignus est, neque emptio, neque locatio, neque precarium, neque depositum (b).

1684. Reipublicae summa cura principi est (c).

1685. Reipublicae interest diruta extrui, ne civitas ruinis deformetur (d).

1686. Religionis favor stricto juri derogat (e). Remedium ordinarium tollit extraordinarium (f).

1687. Remissio pignoris non remittit obligationem (g).

1688. Remittentibus actiones suas non est regressus dandus (h).

---

breviter enarrat. Non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur; et ut ait Sabinus, quasi causae conjectio est: quae, simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

(a) *Vide supra. — Aphor. 992.*

(b) *Extat in L. 45. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suae consistere potest.

Fluit regula circa pignus ex L. 29. ff. de pignorat. L. 33. §. 5. ff. de usurp. L. 30. in fin. ff. de except. rei jud. Circa depositum ex L. 15. L. 31. §. 1. vers. si tamen. ff. de depositi Circa precarium ex L. 1. §. 11. ff. de itin. actuq. priv. L. 4. §. 3. ff. de precar. Vide tamen. L. 6. in fin. ff. de precar. Circa emptionem. ex L. 16. ff. L. 4. C. de contrah. empt. Circa locationem ex L. 21. ff. de usurp. L. 20 C. de locat. Adde L. 5. in princ. ff. si usufr. petat. L. 26. ff. de servit. praed. urban.

(c) *Extat in L. 3. in princ. ff. de offic. Praefect. vigil. ubi sic* — Nam salutem reipublicae tueri, nulli magis credidit, convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Caesarem.

(d) *Extat in L. 46. ff de damn. infect. ubi sic.* —Ad Curatoris Reipublicae officium spectat, ut dirutae domus a dominis extruantur (1).

(1) Vedi la legge de' 12 dicembre 1816. sull'amministrazione civile in quanto alla polizia urbana.

(e) *Fluit ex L. 43. ff. de religios. ubi sic.* — Sunt personae, quae quamquam religiosum locum facere non possunt, Interdicto tamen de mortuo inferendo utiliter agunt; ut puta dominus proprietatis si in fundum, cujus fructus alienus est, mortuum inferat, aut inferre velit: nam si intulerit, non faciet justum sepulcrum; sed si prohibeatur, utiliter Interdicto, qui de jure dominii quaeritur, aget. Eademque sunt in socio, qui in fundum communem invito socio mortuum inferre vult; nam propter publicam utilitatem, ne insepulta cadevara jacerent, strictam rationem insuper habemus; quae nonnunquam in ambiguis religionum quaestionibus omitti solet; nam summam esse rationem, quae pro religione facit.

Vide Novell. 7. c. 2. §. 1.

(f) *Vide supra. — Aphor. 1626.*

(g) *Vide supra. — Aphor. 322.*

(h) *Extat in L. 14. §. 9. ff de Ædil. Edict. ubi sic.* — Si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, et de caetero sanum esse dixerit, aut promiserit, standum est eo, quod convenit: remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus (2); nisi sciens venditor morbum, consulto reticuit, tunc enim dandam esse de dolo malo replicationem.

Vide L. 31. ff de pact. L. 20. in fin. L. 21. ff de minor. L. 15. §. 5. ff. ad L. Iul. de adult. L. 2. ff. ad SC. Turpill. L. 4. C. de pact.

(2) Concorda con l'art. 496. leg. pr. civ. e con l'art. 44. leg. di pr. pen.

1689. Rem, et pretium emptor tenens usuras pretii praestare debet post diem traditionis (a).

1690. Remunerare solvere est; donatio remuneratoria non tam donatio, quam merces laboris est (b).

1691. Renunciatio nulla est, quae nullam habet causam (c).

1692. Renunciatio generalis non continet ea, de quibus non est cogitatum (d).

1693. Renuntians in totum liti, destitisse videtur (e).

1694. Reo favendum potius, quam actori cum obscura sint jura inter partes (f).

1695. Reo accusanti non facile credendum (g).

1696. Reorum confessio sola in facinoribus probationem non facit (h).

1697. Reorum defensio non praescribitur (i).

(a) *Extat in L. 13. §. 20. ff. de action. empt. vend. ubi sic.* — Veniunt autem in hoc judicium infra scripta: in primis pretium, quanti res venit: item usurae pretii post diem traditionis: nam cum re emptor fruatur, aequissimum est eum usuras pretii pendere (1).

Vide L. 5. C. eod. L. 2. C. de usur.

(1) Concorda con l'art. 1498. LL. CC.

(b) *Vide supra. — Aphor. 499.*

(c) *Argum. legis 2. §. 3. ff. de doli mali et met. except.* (2)

(2) Concorda per le convenzioni in generale con l'art. 1085. LL. CC.

(d) *Fluit argum. a contrario. L. 4. §. 4. ff. si quis caution. ubi sic.*— Quaesitum est, an possit conveniri, ne ulla exceptio in promissione deserta judicio sistendi causa facta objiciatur? Et ait Atilicinus (conventionem istam non valere). Sed et ego puto conventionem istam non valere, si specialiter causae exceptionum espressae sint, quibus a promissore sponte renunciatum est (3).

(3) Concorda con l'art. 1929. LL. CC.

(e) *Extat in L. 10. ff. de judic. in princ. ubi sic.* — Destitisse is videtur, non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum: Desistere enim est, de negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat (4).

Vide L. 21. ff. de minor. L. 13. in princ. ad SC. Turpill.

(4) Concorda virtualmente con l'art. 496. leg. pr. civ.

(f) *Vide infra. — Aphor. 1733.*

(g) *Fluit ex L. 4. C. de quaestion. ubi sic.* — Sicuti convictis, confessisque ad societatem scelerum vocantibus eos, a quibus apprehensi, custoditive sunt, facile credi non oportet: ita si evidentibus rationibus post commissum communiter facinus, ad evitandam de se sententiam, id fecisse fuerint probati, pubblicae vindictae non sunt subtrahendi.

Adde L. 1. §. 26. ff. eod. Vide L. 37. in fin. C. de liberal. causa. L. ult. C. de accusat.

(h) *Extat in L. 1. §. 17. ff. de quaestion. ubi sic.* — Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat (5).

(5) Concorda virtualmente con gli art. 273. a 277. leg. pr. pen.

(i) *Fluit ex leg. 4. §. 2 ff. de requirendis, vel absent. damnand. ubi sic.*— In summa sciendum est, nulla temporis prae-

1698. Repetitio datur ei, qui per errorem, aut ignoranter solvit. Et contra si consulto solvit, donasse videtur (a). Repetita videntur, quae in praefationibus dicuntur (b).

1699. Repetitio pecuniae non datur propter causam non secutam non culpa accipientis, sed fortuito casu (c).

1700. Repraesentatio locum habet in fideicommissis (d) et in morte civili (e).

1701. Repudiare non potest quod quis habere nequit, si velit (f).

1702. Repugnantia inventa in testamento, neutra valent, quia repugnantia sunt impossibilia (g).

1703. Res inter alios acta tertio non nocet (h).

1704. Res nullius primo occupanti conceditur (i).

---

scriptione, a causae defensione submoveri eum, qui requirendus adnotatus est (6).

(6) Vedi l'art. 170 leg. pr. pen. ove se l'accusato non ha scelto il suo difensore, sarà posto in mora a sceglierlo fra 24 ore, altrimenti gli si darà un difensore officioso.

(a) *Vide supra Aphor. 1605.*

(b) *Fluit ex lege 134. §. 1. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Idem respondit, plerumque ea, quae praefationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur: sic tamen, non ex ea repetitionem inutilis efficiatur stipulatio (1).
Vide L. 116. §. 2. ff. h. tit., L. 113. §. 4. ff. de legat. 1.

(1) Concorda con l'art. 1270 LL. CC.

(c) *Vide supra Aph. 367.*

(d) *Vide Gothofredum ad L. 32. ff. de legat. 2. n. 27.* (2).

(2) Vedi l'art. 952. LL. CC. su i majoraschi.

(e) *Fluit ex L. 7. ff. de his qui sui vel alien. jur. ubi sic.* — Si qua poena pater fuerit affectus, ut vel civitatem amittat, vel servus poenae efficiatur: sine dubio nepos filii loco succedit (3).
Vide §. 1. et 3. Instit. quib. mod. jus patr. potest. solv. adde L. 4. §. 2. ff. de bonis libertor.

(3) Concorda con l'art. 16. leg. pen. relativamente ai soli condannati all'ergastolo.

(f) *Extat in L. 174. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.
Fluit regula ex L. 13. in princ. L. 18. ff. di acquir. vel amitt. haered.

(g) *Extat in L. 188. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubi pugnantia inter se in testamento haberentur, neutrum ratum est.
Fluit regula ex L. 16. ff. de condit. instit. L. 13. §. 3. L. 27. ff. de reb. dub. L. 14. C. de fid. instrum.

(h) *Extat in L. 10. ff. de jurejur. ubi sic.* — Quia non deberet alii nocere, quod inter alios actum esset.
Et in L. 1. C. inter alios acta in princ. ubi sic. — Inter alios res gestas aliis non posse praejudicium facere saepe constitutum est (4).
Vide L. 27. §. 4. in fin. ff. de partis, L. 7. C. de reb. cred. L. 19. C. de locato, L. 2. L. ult. C. quib. res judic., L. 2. et 3. C. iuber alios acta ec. L. 2. C. de except. L. 1. L. 26. C. de transact., L. 16. in fin. qui potior in pigner. L. 3. ff. de transact., L. 63. ff. de re judic. L. 7. §. 2. ff. de accusat.

(4) Concorda con l'art. 1118. LL. CC. in materia di convenzioni, e con l'art. 538. leg. di pr. civ. in materia di giudicati.

(i) *Extat in L. 3. in princ. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur (5).

(5) Vedi gli art. 636. a 637. LL. CC.

1705. Res incorporales traditionem, et usucapionem non accipiunt (a): sed pro possessione est juris usus (b).

1706. Res in bonis habet, qui eas vel retinere, vel persequi potest (c).

1707. Res aliena bona fide alienari potest (d); sed ab emptore auferri potest (e).

1708. Res a nobis derelicta fit occupantis, et statim nostra desinit esse (f).

1709. Res cum omni causa restituenda (g). Nec res videtur reddita, quae deterior facta sit, vel ita, ut non possit haberi (h).

(a) *Extat. in L. 43. §. 1. ff. de adquir. rer. dom ubi sic.* — Incorporales res traditionem, et usucapionem, non recipere manifestum est (1).

Arg. L. 4. §. 27. ff. de usurp.

(1) Vedi l'art. 1535. LL. CC. ove la tradizione nell'alienazione de' dritti incorporali si esegue con la consegnazione del titolo: e coll' uso dei titoli art. 1453. d. LL.

(b) *Fluit ex L. ult. ff. de servitut. ubi sic.* — Quotiens via, aut aliquod jus fundi emeretur cavendum putat esse Labeo, per te non fieri, quominus eo jure uti possit: quia nulla ejusmodi juris vacua traditio esset. Ego puto usum ejus juris pro traditione possessionis accipiendum esse. Ideoque et Interdicta veluti possessoria constituta sunt (2).

Vide L. 1. in fin. ff. de servit. praed. rustic., et arg. L. 3. ff. in princ. vers. dare ff. de usufruct.

(2) Vedi l' art. 611. LL. CC. ove col possesso di 30 anni si acquista il diritto di una servitù continua, ed opponente.

(c) *Extat. in L. 52. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Rem in bonis nostris habere intelligimus, quotiens possidentes exceptionem, aut, amittentes, ad recuperandam eam, actionem habemus (3).

Vide L. 49. 43. ff. de verb. sign., L. 15. ff. de reg. jur.

(3) Concorda con la definizione del possesso dettata nell'art. 2134. LL. CC.

(d) *Extat in L. 36. in princ. ff. de usurp. ubi sic.* — Potest pluribus modis accidere, ut quis rem alienam aliquo errore deceptus tanquam suam vendat forte, aut donet, et ob id a bonae fidei possessore res usucapi possit (4).

Vide §. 4. Instit. hoc tit.

(4) Vedi l'art. 1444 LL. CC. ove dicesi nulla la vendita della cosa altrui.

(e) *Extat in L. 28. ff. de contrahen. empt. ubi sic.* — Rem alienam distrahere quem posse nulla dubitatio est: nam emptio est, et venditio: sed res emptori auferri potest.

(f) *Extat in L. 1. ff. pro derelicto, ubi sic.* — Si res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit, et occupantis statim fit; quia iisdem modis res desinunt esse nostrae, quibus adquiruntur (5).

Vide L. 5. §. 1. ff. eod., L. 38. §. 1. ff. de noxal., L. 36. ff. de stipulat. servor., L. 43. §. 5. ff. de furtis. §. 47. Instit. de rer. divis.

(5) Vedi gli art. 464. e 637. LL. CC.

(g) *Extat in L. 31. in princ. ff. de reb. cred. ubi sic.* — Cum fundus, vel homo per conditionem petitus esset, puto hoc nos jure uti, ut post judicium acceptum causa omnis restituenda sit, id est omne quod habiturus esset actor, si litis contestandae tempore solutus fuisset (6).

Vide L. 2. ff. de usur.

(6) Concorda con l' art. 474. LL. CC. ed argom. dall'art. 1461 dette leg.

(h) *Extat in L. 3. §. 1. ff. commod. ubi sic.* — Si reddita quidem sit res com-

1710. Res derelicta non est merces ex nave jactata (a).

1711. Res judicata est finis controversiae per condemnationem, vel absolutionem (b).

1712. Res tanti valet, quanti vendi potest (c).

1713. Res si non valet eo modo, quo agitur, valet omni jure, quo valere potest (d).

1714. Res commixtae cedunt communiter, si separari nequeant (e).

1715. Res tota, quum individua sit, repetitur, si pars indebite solata sit (f).

1716. Res judicata pro veritate habetur (g).

---

modata, sed deterior reddita, non videbitur reddita, quae deterior facta redditur, nisi quod interest praestetur: proprie enim dicitur res non reddita, quae deterior redditur (7).

Vide L. 10. in princ. ff. eod.

(7) Concorda in generale con l'art. 1090. LL. CC. e con l'art. 1199 delle leg.

(a) *Extat in L. 7. ff. pro derelicto ubi sic.* — Si quis merces ex nave jactatas invenisset, num ideo usucapere non possit, quia non viderentur derelictae, quaeritur? Sed verius est eum pro derelicto usucapere non posse (1).

Vide L. 9. §. ult. ff. de adquir. rer. dom. L. 8. ff. de lege Rhodia.

(1) Concorda con l'art. 637. LL. CC.

(b) *Extat in L. 1. ff. de re judic. ubi sic.* — Res judicata dicitur, quae finem controversiarum pronunciatione judicis accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit.

Vide L. 3. C. de sentent. et interloc.

(c) *Fluit ex L. 52. §. 29. in fin. ff. de furtis, ubi sic.* — Pendente autem conditione, tanti aestimandus est, quanti emptorem potest invenire.

Vide L. 50. in princ. ff. eod.

(d) *Argum. legis 7. §. 2. ff. de transact. L. 23. §. 1. ff. de condit. indeb.* (2).

(2) Argom. dell'art. 1110. LL. CC.

(e) *Extat in L. 3. §. 2. ff. de rei vindic. ubi sic.* — Pomponius scribit, si quid, quod ejusdem naturae est, ita confusum est, atque commixtum, ut deduci, et separari non possit: non totum, sed pro parte esse vindicandum, ut puta meum, et tuum argentum in massam redactum est: erit nobis commune, et unusquisque pro rata ponderis, quod in massa habemus, vindicabimus, etsi incertum sit, quantum quisque ponderis in massa habet (3).

Vide L. 7. §. 8. L. 27. in princ. ff. de adquir rer. dom.

(3) Concorda con gli art. 497, e 498. LL. CC.

(f) *Argum. L. 84. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cum amplius solutum est, quam debeatur, cujus pars non invenitur, quae repeti possit totum esse indebitum intelligitur manente pristina obligatione.

Vide etiam L. 34. ff. de condict. indeb.

Vide supra. — Aphor. 1603.

(g) *Extat in L. 207. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Res judicata pro veritate accipitur (4).

Fluit regula ex L. 25. in fin. ff. de statu hom. L. 1. C. de his, qui per met. jud.

(4) Concorda virtualmente con gli art. 1304 n. 3. e 1306. LL. CC.

1717. Res sua nemini servit (a).

1718. Res perit domino (b).

1719. Res empta ex pecunia communi, non est communis (c). Fundus a te ex mea pecunia emptus non est meus (d).

1720. Res per particulas solutae facile dissipantur (e).

1721. Res periculo nostro esse dicuntur, in quibus culpam praestamus (f).

1722. Res commercio exemptae non debentur (g).

1723. Res transit cum onere suo (h).

(a) *Extat in L. 26. ff. de servit. praed. urban. in princ. ubi sic.* —In re communi nemo dominorum, jure servitutis, neque facere quicquam invito altero potest; neque prohibere quominus alter faciat: nulli enim res sua servit etc. (1).

Vide L. 5. in princ. ff. si usufr. petat. L. 33. in fin. ff. de servit. praedior. rustic. L. 10. ff. communia praedior.

(1) Vedi gli art. 578. 579. 596. LL. CC. intorno al diritto de' proprietari su di un muro comune.

(b) *Fluit ex L. 5. C. de peric. et comm. rei vend. ubi sic.* — Cum speciem venditam per violentiam ignis absumptam dicas, si venditionem nulla conditio suspenderat, amissae rei periculum te non adstringit (2).

Et ex L. 6. C. eod. ubi sic. — Mortis casus ancillae distractae etiam ante traditionem sine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, sed ad emptorem pertinet, etc.

Vide L. 7. et 8. ff. eod. L. 1. Cod. eod. L. 12. C. de act. empt. §. 3. Inst. eod.

(2) Concorda con l'art. 1092, e per argom. con gli art. 1428. 1493. 774. LL. CC.

(c) *Fluit ex L. 8. C. si quis alteri, ubi sic.* — Qui aliena pecunia comparat, non ei, cujus nummi fuerunt, sed sibi tam actionem empti, quam dominium, si ei fuerit tradita possessio, quaerit. Cum itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quaedam comparasse contendas, de tua pecunia hunc conveniendo, facies consultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis, tibi contra eum petitio non competit.

Vide L. 6. C. de rei vindic. L. 4. C. comm utriusq. judic.

(d) *Fluit ex L. 6. C. de rei vind. ubi sic.* — Si ex ea pecunia, quam deposueras, is, apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditae sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his compensationis causa ab invito eo in te transferri, injuriosum est (3).

Vide L. 8. C. eod. L. 12. C. de jure dot.

(3) Argom. dall'art. 1366. LL. CC.

(e) *Argum. leg. 3. ff. de alim. vel cib. legat.*

(f) *Argumento legis. 17. ff. de peric. et com. rei vend* (4).

Vide Vinn. Instit. de locat. §. 5. n. 4. et de empt. vendit. §. 3. n. 3. Vide etiam L. 13. §. 1. ff. de liber. caus. L. 44. ff. locati. L. 25. ff. pro socio. L. 16. §. Qualis ff. de furtis. L. 1. §. Saepe ff. depos. L. 3. in princ. ff. naut. caup.

(4) Concorda con gli art. 1092. 1493, e 774. LL. CC.

(g) *Fluit ex L. 83. §. 5. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — Sacram, vel religiosam rem, vel usibus publicis in perpetuum relictam, ut forum, aut Basilicam, aut hominem liberum inutiliter stipulor; quamvis sacra, profana fieri, et usibus publicis relicta in privatos usus reverti, et ex libero servus fieri potest (5).

Vide Instit. de inutilib. stipul. §. 2.

(5) Concorda con l'art. 1082. LL. CC.

(h) *Argum. legis. 1. C. de peric. et com. rei vend. L. 149. ff. de reg. jur* (6).

(6) Concorda con gli art. 2060, e 2076. LL. CC.

1724. Rescripta valent si preces veritate nitantur (a).
1725. Resilire nemo potest a contracta voluntaria obligatione (b).
1726. Resoluto jure dantis, resolvitur jus accipientis (c).
1727. Respondere obscure, et nihil respondere paria sunt (d).
1728. Respublica jure minorum utitur (e).
1729. Restituere significat corpus cum omni causa reddere (f): etiam fructus (g).
1730. Restituitur debitori solventi chirographum debiti (h), et instrumentum, seu titulum (i).
1731. Retentionis beneficium habent creditor pignoratitius, et alii (k).
1732. Retroactivitas legis non datur nisi expressa (l).
1733. Reus favorabilior, quam actor in dubiis, et in pari causa (m).

(a) *Extat in L. 7. C. de divers. rescript. in princ. ubi sic.* — Universa rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet judicem manaverint, quae vel adnotatio, vel quaevis pragmatica sanctio nominentur; sub ea conditione proferri praecipimus, Si preces veritate nitantur.

Vide L. 4. C. contra jus. L. 5. C. si quis alteri. Nov. 138. in fin. Nov. 158.

(b) *Vide supra. — Aphor. 1.*

(c) *Argum. leg. 167. 178. 174. ff. de regul. jur. et leg. 31. ff. de pign.* (1)

(1) Concorda per esempio con gli art. 888, e 891. LL. CC.

(d) *Vide supra. — Aphor. 1344.*

(e) *Extat in L. 4. C. quibus ex caus. maj. ubi sic.* — Respublica minorum jure uti solet: ideoque auxilium restitutionis implorare potest (2).

Vide L. 3. C. de jure Reip. L. 22. in fin. ff. quib. ex causis. maj. L. 9. ff. de appellat.

(2) Argom. dall'art. 177. leg. pr. civ.

(f) *Extat in L. ult. §. 1. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Restituit non tantum qui totum corpus, sed etiam, qui omnem rem, conditionemque reddita causa praestat, et tota restitutio juris est interpetratio.

Vide etiam. L. 75. ff. eod.

(g) *Extat in L. 22. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Plus est in restitutione, quam in exhibitione: nam exhibere est, praesentiam corporis praebere: restituere est, etiam possessorem facere, fructusque reddere: pleraque praeterea restitutionis verbo continentur (3).

Vide L. 173. §. 1. ff. de reg. jur. L. 38. §. 4. ff. de usur. Vide etiam supra. — Aphor. 1709.

(3) Vedi la nota all'aforismo 1709.

(h) *Extat in L. 25. C. de solut. ubi sic.* — Solutionem asseveranti probationis onus incumbit: quo facto, chiropraphum condicere potest.

(i) *Extat in L. 2. C. de condict. ex leg. ubi sic.* — Dissolutae quantitatis retentum instrumentum inefficax penes creditorem remanere, et ideo per condictionem reddi oportere, non est ambigui juris.

Vide L. ult. C. ad exhib. L. ult. de solut.

(k) *Vide supra.—Aphor. 1012 ad 1017.*

(l) *Vide supra. — Aphor. 1081.*

(m) *Extat in L. 125. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Favorabiliores rei potius, quam actores habentur (4).

Fluit regula ex leg. 38. ff. de re judic. L. 47. ff. de obl. et act. L. 4. §. 13. ff. de doli mali et metus except. L. 128. in princ. ff. de reg. jur. L. ult. ff. de feriis. L. 6. in princ. et §. 1. C. de tempor. in

1734. Reus alienum factum potest ignorare, ut haeres, et fidejussor (a).

1735. Reus in exceptione est actor (b)

1736. Reus nec durius, nec diutius in carcere detinendus (c). Reus conveniendus in foro sui domicilii (d).

1737. Rusticitati aliquando parcendum (e).

---

integr. restit. L. 2. C. de dilat. except. L. 8. in princ. ff. qui satisd. cog. L. 66. ff. de judic. L. 83. §. 1. ff. de verb. oblig.

(4) Concorda in materia penale con gli art. 290, e 291. leg. di pr. pen.

(a) *Fluit ex L. 42. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiae, an id, quod peteretur, deberetur (1). Fidejussores quoqoe, non minus quam haeredes justam ignorantiam possunt allegare. Haec ita de haerede dicta sunt, si cum eo agetur: non etiam si agat: nam plane, qui agit, certus esse debet; cum sit in potestate ejus, quando velit, experiri, et ante debet rem diligenter explorare, et tunc ad agendum procedere.

Fluit regula ex L. 19. ff. eod. L. 21. §. 1. ff. de actio empt. L. ult. §. 1. ff. pro suo. Vide tamen. L. ult. ff. de naut. pen. ff. de verb. obl. L. 8. §. 7. et 8. L. 29. in princ. et §. 2. ff. mandat.

(1) Argom. dall'art. 1277 2. comma. LL. CC.

(b) *Extat in L. 19. in princ. ff. de probat. ubi sic.* — In exceptionibus dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere; ipsumque exceptionem, velut intentionem, implere, ut puta, si pacti conventi exceptionem utatur, docere debet, pactum conventum factum esse.

Et in L. 1. ff. de except. ubi sic. — Agere etiam is videtur, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione actor est.

Vide L. 9. L. 19. ff. de probar. L. 1. C. de probat. Vide tamen. L. 8. in fin. ff. de verb. pign. Vide etiam supra. — Aph. 590.

(c) *Fluit ex L. 1. C. de custodia reor.* — In quacunque causa reo exhibito, sive accusator existat, sive eum publicae sollicitudinis cura produxerit, statim debet quaestio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. Quod si accusator aberit ad tempus, aut sociorum praesentia necessaria videatur: id quidem debet quam celerrime procurari. Inter ea vero reum exhibitum non per ferreas manicas, et inhaerentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores eatenus, si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit, ut et cruciatio desit, et permaneat sub fida custodia (2).

Vide L. 5. C. eod.

(2) Concorda con gli art. 113. e seguenti leg. di pr. pen.

(d) *Vide supra. — Aphor. 34.*

(e) *Fluit ex L. 2. ff. si quis in jus voc. ubi sic.* — Ex quacumque causa ad Praetorem, vel alios, qui jurisdictioni praesunt, in jus vocatus venire debet, ut hoc ipsum sciatur, an jurisdictio ejus sit. §. 1. si quis in jus vocatus non ierit; ex causa a competenti judice multa pro jurisdictione judicis damnabitur; rusticitati enim hominis parcendum erit.

Vide etiam L. 5. §. ult. ff. edendo.

SA

1738. Saepe per alios possumus, quod ex nostra persona non possumus (a).

1739. Sanguinis affinitas, longi temporis diuturnitas, saepe saepius calculata ratio praesumptionem satisfactionis indicant (b).

1740. Satisdare idem est, ac satisfacere (c): satisdare est dare adpromissorem (d).

1741. Satisdatio non videtur data, quoties vitiosa est (e).

1742. Satisdatio denuo danda, si fidejussor haeres fit stipulatoris, et contra (f): et quando fidejussor facultatibus lapsus sit (g).

(a) *Extat in L. 3. in fine ff. quae res pign. ubi sic.* — Saepe enim, quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum petere potest.

Vide L. 55. ff. de adquir. vel amitt. haered. L. 10. in princ. ff. quemadm. servit. amitt. L. 22. §. 3. ff. mandat. Immo vide L. 8. in fin. ff. de usurp.

(b) *Fluit ex L. 26. ff. de probat. ubi sic.* — Procula magnae quantitatis fideicommissum a fratre sibi debitum, post mortem ejus in ratione cum haeredibus compensare vellet, ex diverso autem allegaretur, nunquam id a fratre, quamdiu vixit, desideratum, cum variis ex causis saepe in rationem fratris pecunias ratio Proculae solvisset: Divus Commodus, cum super eo negotio cognosceret, non admisit compensationem, quasi tacite fratri fideicommissum fuisset remissum (1).

(1) Vedi l' art. 1307. LL. CC. ove la presunzione rimessa alla prudenza del magistrato dev'essere grave, precisa, e concordante; nè può essere ammessa, che ne' casi, ne'quali la legge ammette la pruova testimoniale.

(c) *Extat in L. 1. ff. qui statisd. cog. ubi sic.* — Satis datio eodem modo appellata est, quo satisfactio. Nam ut satisfacere dicimur ei, cujus desiderium implemus: ita satisdare dicimus adversario nostro, qui pro eo, quod nobis petit, ita cavit, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fidejussoribus (2).

Vide L. 5. §. 3. ff. de verb. oblig. adde L. 1. §. 9. ff. de collat.

(2) Concorda con l'art. 1883 LL. CC.

(d) *Extat in L. 5. §. 6. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Satis acceptio est stipulatio, quae ita obligat promissorem, ut ad promissores quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittunt (3).

(3) Concorda con l'art. 1890. LL. CC.

(e) *Extat in L. 6. ff. qui satisd. cog. ubi sic.* — Quotiens vitiose cautum, aut satisdatum est, non videtur cautum (4).

Adde L. 2. §. 1. ff. eod.

Vide L. 3. ff. de fidejuss. L. 25. ff. de pignor. L. 2. ff. de auct. tut.

(4) Concorda con il cit. art. 1890. e con l'art. 1891. LL. CC.

(f) *Fluit ex L. 8. §. 3. qui satisd. cog. ubi sic.* — Si fidejussor judicatum solvi, stipulatori haeres extiterit, aut stipulator fidejussori; ex integro cavendum erit (5).

Vide L. 4. ff. de stipul. Praetor., L. 13. ff. de duob. reis.

(5) Vedi l'art. 1906. LL. CC. ove l'obbligazione che risulta della fidejussione, si estingue per le stesse cause, per le quali si estinguono le altre obbligazioni, e tra le altre per mezzo della confusione.

(g) *Fluit ex L. 10. §. 1. qui satisd. coga. ubi sic.* — Qui ex causa improbat ab arbitro probatos, alias improbatos probat: multoque

1743. Sciens solvendo non repetit (a).

1744. Sciens, et consentiens non fraudatur; seu scienti, et volenti nulla fit injuria; (b) sciens esse praesumitur, qui scire debet, licet sit ignorans (c).

1745. Scienti non subvenitur, quoniam ipse se decepit (d).

1746. Scientiam veram, et certam requirunt, quae animi motu gerenda sunt (e).

1747. Scire is dicitur, qui scit, et potuit prohibere (f). Paria sunt scire, vel scire debere (g).

1748. Scire leges non est verba earum, sed vim, et potestatem tenere (h).

1749. Scripta in testamento, quae intelligi non possunt, pro non scriptis habentur (i).

• 1750. Scriptum, et expressum in lege intelligitur quod voluisse legislator (k).

1751. Scriptura posterior priori derogat, aut abrogat (l). Una scriptura plures contractus diversorum debitorum continere potest (m).

1752. Scriptura privata fidem non facit adversus tertium (n).

---

multaque magis, si sua voluntate accepit fidejussores, contentus his esse debet. Quod si medio tempore calamitas fidejussoribus insignis, vel magna inopia accidit, causa cognita ex integro satisdandum erit (6).

Vide L. 4. ff. de stipul. Praetor. L. 4. ff. ut in possess. legator. L. 3. ff. de fideic.

(6) Concorda con l'art. 1892. LL. CC.

(a) *Vide supra. — Aphor. 1605.*

(b) *Vide supra. — Aphor. 1255.*

(c) *Argum. L. 11. §. 3. ff. de instit. actione* (1).

(1) Argom. dall'art. 1489. LL. CC. ove il venditore, che dovea sapere i vizi occulti delle cose vendute è tenuto pe' medesimi ancorchè non gli fossero noti.

(d) *Fluit ex L. 43. §. 1. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Quaedam etiam pollicitationes venditorem non obligant, si ita in promptu res sit, ut eam emptor non ignoraverit, veluti, si quis hominem luminibus effosis emat, et de sanitate stipuletur: nam de caetera parte corporis potius stipulatus videtur, quam de eo, in quo se ipse decipiebat (2).

Vide L. 1. §. 6. ff. de Aedil Edicto.

(2) Concorda con l'art. 1488. LL. CC.

(e) *Extat in L. 76. ff. de reg. jur. ubi sic.* — In totum omnia, quae animi destinatione agenda sunt, nonnisi vera, et certa scientia perfici possunt.

(f) *Extat in L. 1. ff. si familia furto fecis. dic. vers. is autem. ubi sic.* — Is autem accipitur scire, qui scit, et potuit prohibere: scientiam enim spectare debemus, quae habet et voluntatem.

Vide L. 3. et 4. ff. de noxal.

(g) *Argum. L. 7. §. 4. ff. pro emptor.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 1080.*

(i) *Vide supra Aphor. 1582.*

(k) *Vide Vinnium Instit. de lege Aquilia §. 16. n. 23.*

(l) *Extat in L. 17. ff. de adimend. legat., ubi sic.* — Nihil prohibet priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere.

Vide L. 16. ff eod. L. 87. ff. de condit. et demonstr.

(m) *Fluit ex L. 10. C. si cert. petat. in princ. ubi sic.* — Eo quod a multis proprii debiti singulorum obligationis uno tantum instrumento probatio continetur, ex actio non interpellatur (3).

(3) Concorda con l'art. 141. n. 31. e 32. della legge sul notariato dei 23. novembre 1819.

(n) *Vide supra. — Aphor. 48.*

1753. Scripturae sibi imvicem contrariae ab una, eademque parte prolatae, sibi invicem derogant (a).

1754. Scripturae ordo non impedit causam juris, ac voluntatis (b).

1755. Scripturae amissae supplet rationum fiscalium fides (c).

1756. Scripturae fiunt, ut, quod actum est, per eas probari possit (d).

1757. Senectus veneranda (e).

1758. Senior juniori (f) praeferendus, et corrigere minores potest de malis moribus (g).

1759. Sensus magis, quam verba inspicitur in testamento (h), et in contractibus (i).

(a) *Extat in L. 14. C. de fide instrum. ubi sic.* — Scripturae diversae fidem sibi invicem derogantes ab una, eademque parte prolatae nihil firmitatis habere poterunt.

(b) *Extat in L. 77. §. 12. in fin. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Nam ordo scripturae non impedit causam juris, ac voluntatis ec.

(c) *Extat in L. 4. C. de fide instrum. ubi sic.* — Illatae dispensatio pecuniae, si ob amissorum instrumentorum casum probatione defeceris, inspectio rationum fiscalium fidem demonstrabit (1).

Vide L. 5. C. de edendo, L. 2. C. de discuss.

(1) Vedi gli art. 1288. e seg. LL. CC. sulla dispersione degli atti originali.

(d) *Fiunt ex L. 4. ff. de fide instrum. ubi sic.* — In re hypothecae nomine obligatae, ad rem non pertinet, quibus fit verbis; sicuti est et in his obligationibus, quae consensu contrahuntur, et ideo et sine scriptura conveuit, ut hypothecae sit, et probari poterit, res obligata erit, de qua conveniunt. Fiunt enim de his scriptum, ut quod actum est, si habeat probationem, sicut et nuptiae sunt, licet testatio sine scriptis habita est (2).

(2) Vedi l'art. 2015. ove l'ipoteca deve risultare da un atto autentico.
Vedi gli art. 1273. e 1276. d. leg. ove l' atto autentico, o lo scrittura privata riconosciuta fanno piena fede della convenzione, che racchiudono.

(e) *Extat in L. 5. ff. de jure immunit. ubi sic.* — Semper in civitate nostra senectus venerabilis fuit: namque Majores nostri pene eundem honorem senibus, quam Magistratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia subeunda idem honor senectuti tributus est.

(f) *Extat in L. 6. ff. de fid. instrum. ubi sic.* — Si de tabulis testamenti deponendis agatur, et dubitetur, cui eas deponi oportet: semper seniorum juniori, et amplioris honoris inferiori, et marem faeminae, et ingenuum libertino praeferemus (3).

(3) Concorda con l'art. 328. LL. CC. e 1009. comma 3. leg. pr. civ. ed altri.

(g) *Fluit ex L. unic. C. de emend. propinquor. ubi sic.* — In corrigendis minoribus pro qualitate delicti, senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut quos ad vitae decora, domesticae laudis exempla non provocaut, saltem correctionis medicina compellet.

(h) *Extat in L. 3. C. de liber. praeter. ubi sic.* — Si quis filium proprium ita exhaeredavit, ille filius meus alienus meae substantiae fiat: talis filius ex ejusmodi verborum conceptione non praeteritus, sed exhaeredatus intelligitur. Cum enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpetratio nusquam tantum valeat, ut melior sensu existat.

Vide L. 15. C. de testam. L. 3. §. 9. in fin. ff. de adim. vel transf. legat. L. 219. ff. de v. s. Cic. de offic. L. 1. cap. 13. Vide etiam supra. — Aphor. 148.

(i) *Vide supra. — Aphor. 855.*

1760. Sententia non debet vagari ultra finem petitionis (a): sententia in rem judicatam transacta non restauratur sub praetextu erroneae computationis (b).

1761. Sententia judicis incompetentis nulla est (c).

1762. Sententia contra plures prolata quisque pro virili tenetur (d).

1763. Sententia prolata die feriato, vel extra locum judicii (e), vel prolata contra ordinem judiciorum (f), et contra manifesti juris formam (g) non valet.

1764. Sententia debet esse libello conformis, et potestas judicis ultra id, quod in judicium deductum est, excedere nequit (h).

1765. Sententiae etiam injustae parendum propter auctoritatem judicis (i).

(a) *Extat in L. 18. ff. comm. divid. ubi sic.* — Ut fundus haereditarius fundo non haereditario serviat arbiter disponere non potest; quia ultra id, quod in judicium deductum est, excedere potestas judicis non potest (1).

(1) Concorda con l'art. 544. n. 3. leg. pr. civ. dandosi luogo in tal caso al rimedio della ritrattazione della sentenza.

(b) *Extat in L. 2. C. de re judic. ubi sic.* — Res judicatae si sub praetextu computationis instaurentur nullus erit litium finis.

Vide supra. — Aphor. 988.

Non obstat. L. 1. ff. quae sentent. sine appellat. ut ait Perezius. Praelect. in Cod. lib. 2. Tit. V. n. 2. his verbis. Nec etiam » adversatur. textus. in L. 1. §. 1. quae sent. » sine appell. rescind. quia aliud est tran- » sigere, vel judicare per errorem, aliud de » errore: illa transactio, vel sententia non » valet, adeo ut appellatione a tali sententia » opus non sit. L. 1. haec autem valet, et » ab Imperatore probatur in d. L. unic. C. » de err. calculi.

Idem refert. Voet ad Pand. lib. 49. tit. 8. n. 2.

(c) *Vide supra. — Aphor. 997.*

(d) *Vide supra. — Aphor. 234.*

(e) *Fluit ex L. 4. C. quom. et quand. jud. ubi sic.* — Si ut proponis pars diversa die feriato absente, vel ignorante te, a judice dato, ferri sententiam pro partibus suis quasi contumaciter deesses, impetravit: non immerito Praeses denuo negotium alterius judicis notioni terminandum commisit.

Et in L. 5. C. eod. ubi sic. — Si ut proponis Praeses Provinciae, cum certum locum causae cognoscendae dedisset, alibi per obreptionem aditus sententiam adversus te absentem protulit: quod ita gestum est, ad effectum juris spectare minime oportet (2).

Vide etiam. L. 6. C. de sentent. et interl.

(2) Concorda con l'art. 1116. II. di pr. civ.

(f) *Extat in L. 4. C. de sent. et interl. ubi sic.* — Prolatam a Praeside sententiam contra solitum judiciorum ordinem, auctoritatem rei judicatae non obtinere certum est.

Vide L. 7. C. eod. L. 12. ff. de appell.

(g) *Extat in L. 2. C. quando provoc. non est necess. ubi sic.* — Si cum inter te, et aviam defuncti questio de successione esset, judex datus a Preside Provinciae pronunciavit, potuisse defunctum etiam minorum quatuordecim annis testamentum facere, ac per hoc aviam potiorem esse; sententiam ejus contra tam manifesti juris formam datam, nullas habere vires palam est, et ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium fuit.

Vide L. 5. ff. qui testam. fac. poss.

(h) *Vide supra. — Aphor. 1760.*

(i) *Fluit ex L. 65. §. 2. ff. ad SC. Trebell. ubi sic.* — Cum Praetor, cognita causa, per errorem, vel etiam ambitiose

1766. Separare creditores defuncti possunt ejus bona a bonis haeredis (a); etiamsi haeres bona ereditaria hypotecae subjecerit (b).

1767. Separatio impetratur adversus haeredes haeredum (c).

1768. Separatio cessat mixtis bonis, ut dixtingui nequeant (d).

1769. Separatio peti potest pro debito conditionali (e).

---

juberet, haereditatem ut ex fideicommisso restitui: etiam publice interest restitui, propter rerum judicatarum auctoritatem.

Vide L. 11. ff. de just. et jur. L. 50. §. 1. ff. de legat. 1. L. 207. ff. de reg. jur.

(a) *Extat in L. 1. §. 1. ff. de separat. ubi sic.* — Sciendum est separationem solere impetrari decreto Praetoris. §. 1. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis, ut puta debitorem quis Sejum habuit; hic decessit, haeres ei extitit Titius: hic non est solvendo patitur bonorum venditionem: creditores Seji dicunt, bona Seji sufficere sibi, creditoris Titii contentos esse debere bonis Titii, et sic quasi duorum fieri bonorum venditionem: fieri enim potest, ut Sejus quidem solvendo fuerit, potueritque satis creditoribus suis, vel ita semel, et si non in assem, in aliquid tamen satisfacere admissis autem, commixtisque creditoribus Titii, minus sint consecuturi, quia ille non est solvendo, aut minus consequantur, quia plures sunt: hic est igitur aequissimum creditores Seji desiderantes separationem audiri, impetrareque a Praetore, ut separatim quantum cujusque creditoribus praestetur.

Et in L. 2. C. de bon. aut jud. poss. ubi sic. — Est jurisdictioni tenor promptissimus, in damnitatisque remedium Edicto Praetoris creditoribus haereditariis demonstratum, ut quotiens separationem bonorum postulent, causa cognita impetreut. Reportabis igitur convenientem desiderii tui fructum, si te non haeredum fidem secutum, sed ex necessitate ad judicium eos provocare demonstraveris (1).

(1) Concorda con gli art. 798. e 799. LL. CC.

(b) *Extat in L. 1. §. 3. ff. de separat. ubi sic.* — Sciendum est autem, etiamsi obligatores esse proponutur ab haerede jure pignoris, vel hypothecae, attamen si haereditaria fuit, jure separationis hypothecario creditori potiorem esse eum, qui separationem impetravit, et ita Severus, et Antoninus rescripserunt (2).

(2) Nota, che il privilegio della separazione accordato ai creditori del defunto coll'art. 798. LL. CC. è soggetto alla iscrizione fra 6 mesi dall'apertura della successione, onde abbia effetto di esser essi preferiti à creditori dell'erede, ed ai legatari.

(c) *Extat in L. 1. §. 8. ff. de separat. ubi sic.* — Secundum haec videamus, si primus secundum haeredem scripserit: secundus tertium, et tertii bona veneant, qui creditores possint separationem impetrare? Et putem, si quidem primi creditores petant, utique audiendos, et adversus secundi, et adversus tertii creditores: si vero secundi creditores petant, adversus tertii utique eos impetrare posse: adversus primi autem non posse. In summa: primi quidem creditores adversus omnes impetrare possunt separationem. Secundi creditores adversus primi non possunt;adversos tertii possunt (3).

(3) Vedi il cit. art. 798. LL. CC. che permette la separazione contra qualunque creditore senza distinzione. I creditori dell'erede non possono dimandar la separazione contra i creditori dell' eredità art. 801. LL. CC.

(d) *Extat in L. 1. §. 12. ff. de separat. ubi sic.* — Praeterea sciendum est, postea quam bona haereditaria bonis haeredis mixta sunt, non posse impetrari separationem: confusis enim bonis, et unitis, separatio impetrari non poterit. Quid ergo si praedia extant, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod separari potest? Hic utique poterit impetrari separatio, nec ferendus est, qui causatur bona contributa cum praedia contribui non possint, nisi ita conjunctae possessiones sint, et permixtae propriis, ut impossibilem separationem effecerint; quod quidem perraro contingere potest (4).

(4) Argom. degli art. 497. e 498. LL. CC.

(e) *Extat in L. 4. in princ. ff. de se-*

1770. Separatio ab haerede frustra desideratur, vendita haereditate, si nulla fraudis suspicio incurrat, quae bona fide medio tempore gesta sunt, rata conservari solent (a).

1771. Separatio conjugum educationem filiorum judici tribuit (b).

1772. Separationem amittit, qui fidem haeredis secutus novaverit (c). Separationem petere potest legatarius (d).

1773. Sepulcri jus transit ad filios etiam non haeredes, aliosque successores (e).

1774. Sequentia declarant praecedentia (f).

1775. Sermo duas sententias continens eam retinet, quae aptior est rei gerendae (g).

---

parat. ubi sic. — Creditoribus, quibus ex die, vel sub conditione debetur, et propter hoc nondum pecuniam petere possunt, aeque separatio dabitur: quoniam et ipsis cautione communi consuletur (5).

(5) Concorda virtualmente con l'art. 798. LL. CC. poichè ivi è accordata la separazione in qualunque caso.

(a) *Extat in L. 2. ff. de separat. ubi sic.* — Ab haerede vendita haereditate, separatio frustra desiderabitur: utique si nulla fraudis incurrat suspicio: nam quae bona fide medio tempore per haeredem gesta sunt, rata conservari solent (1).

(1) Concorda in quanto agl'immobili creditarj con l'art. 800 comma 2. LL. CC.

(b) *Extat in L. 1. C. de divortio facto ubi sic.* — Licet neque nostra, neque Divorum parentum nostrorum ulla constitutione caveatur, ut per sexum liberorum inter parentes divisio celebretur: competens tamen judex aestimabit, utrum ad patrem, an apud matrem matrimonio separato filii morari, ac nutriri debeant (2).

Vide Nov. 117. C. 7. L. 1. §. 3. ff. de liber. exhib.

(2) Vedi l'art. 232. LL. CC. ove vien diposto, che i figli saranno affidati al coniuge, che avrà ottenuto la separazione salva la provvidenza in contrario per maggior vantaggio di figli.

(c) *Extat in L. 1. §. 10. ff. de separat. ubi sic.* — Illud sciendum est eos demum creditores posse impetrare separationem, qui non novandi animo ab haerede stipulati sunt: caeterum si eum hoc animo secuti sunt, amiserunt separationis commodum: quoque cum secuti sunt nomen haeredis, nec possunt jam se ab eo separare, qui quodammodo elegerunt (3).

(3) Concorda con l'art. 799. LL. CC.

(d) *Extat in L. 6. ff. de separat. in prin. ubi sic.* — Quotiens haeredis bona solvendo non sunt, non solum creditores, testatoris, sed etiam eos, quibus legatum fuerit, impetrare bonorum separationem, aequum est; ita ut cum creditoribus solidum adquisitum fuerit: legataris vel solidum vel portio quaeratur (4).

Vide L. 4. §. 1. ff. eod.

(4) Concorda virtualmente con l'art. 1997. 2. comma LL. CC.

(e) *Extat in L. 6. ff. de religios. ubi sic.* — Vel quod paterfamilias jure haereditario adquisivit. Sed in utroque, haeredibus quidem, caeterisque successoribus, qualescunque fuerint licet sepeliri, et mortuum inferre: etiam si ex minima parte haeredes ex testamento, vel ab intestato sint, licet non consentiant alii. Liberis autem cujuscumque sexus, vel gradus, etiam filiisfamilias, et emancipatis, idem jus concessum est, sive extixerint haeredes, sive se abstineant.

Vide L. 8. C. hoc tit.

(f) *Extat in L. 50. in fine ff. de legat. 1. ubi sic.* — item earum, quae praecedunt vel quae sequuntur, summarum scripta sunt respectanda (5).

(5) Concorda con l'art. 1114. LL. CC.

(g) *Extat in L. 67. ff. de reg. jur. ubi*

1776. Servitus lenius, non durius exerceri potest (a): ad certam partem fundi tam remitti, quam constitui potest (b).
1777. Servitus omnibus partibus divisi fundi debetur (c).
1778. Servitus longa possessione acquiritur (d).
1779. Servitutes possessione retinentur in superficie (e).
1780. Servitutis pristina forma servanda (f).
1781. Servit locus loco lege, natura, et vetustate (g).

---

sic. — Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipiatur, quae rei gerendae aptior est (6).
Fluit regula ex L. 8. ff. de verb. obl. L. 15. §. 4. ff. locat. L. 6. ff. de praesc. verb. L. 4 ff. de usur.

(6) Concorda con l'art. 1110. LL. CC.

(a) *Fluit ex L. 20. §. 5. de servit urb. praedior. ubi sic.* — Stillicidium quoquo modo adquisitum sit, altius tolli potest: levior enim fit eo facto servitus, cum quod ex alto cadet, lenius, et interdum direptum, nec perveniat ad locum servientem; inferius demitti non potest, quia fit gravior servitus, id est, pro stillicidio flumen. Eadem causa, retro duci potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere, produci non potest, ne alio loco cadat stillicidium, quam in quo posita servitus est, lenius facere poterimus, acrius non. Et omnino sciendum est, meliorem vicini conditionem fieri posse, deteriorem non posse, nisi aliquid nominatim servitute imponenda, immutatum fuerit (1).
Vide L. 9. ff. de servit.

(1) Concorda con gli art. 562. 622. e 623. LL. CC.

(b) *Extat in L. 6. ff. de servitut. ubi sic* — Ad certam partem fundi servitus tam remitti, quam constitui potest (2).
Vide L. 7. ff. eod.

(2) Argomen. dall'art. 621. LL. CC.

(c) *Extat in L. 23. §. 3. ff. de servit. ubi sic.* — Quaecumque servitus fundo debetur, omnibus ejus partibus debetur, et ideo quamvis particulatim venerit, omnes partes servitus sequitur, et ita ut singuli recte agant jus sibi esse fundi. Si tamen fundus, cui servitus debetur, certis regionibus inter plures dominos divisus est, quamvis omnibus partibus servitus debeatur, tamen opus est ut hi, qui non proximas partes serviendi fundo habebunt, transitum per reliquas partes fundi divisi, jure habeant, aut si proximi patiantur, transeant (3).
Vide L. 13. §. 1. ff. hoc. tit. L. 1. §. 16. ff. de aqua quotid.

(3) Concorda con il cit. art. 621. LL. CC.

(d) *Extat in L. 1. C. de servitut. ubi sic.* — Si quas actiones adversus eum, qui aedificium contra veterem formam extruxit, ut luminibus tuis officeret, competere tibi existimas: more solito per judicem exercere non prohiberis. Is, qui judex erit longi temporis contuetudinem vicem servitutis obtinere sciet, modo si is, qui pulsatur nec vi, nec clam, nec precario possidet (4).
Vide etiam. L. 10. in princ. ff. si serv. vind. L. 5. §. 3. ff. de itinere. L. 1: in fin. L. 2. ff. de aqua.

(4) Concorda con gli art. 563. 564. 565, e 611. LL. CC.

(e) *Argum. legis. 10. ff. de serv. praed. rustic* (5).

(5) Concorda virtualmente con l'art. 586. LL. CC.

(f) *Extat in L. 3. §. 15. ff. de itinere, actuque privato ubi sic.* — Reficere sic accipimus ad pristinam formam iter, et actum reducere: hoc est, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret, et aliud est enim reficere, longe aliud facere (6).

(6) Concorda con gli art. 586, e 625. LL. CC.

(g) *Extat in L. 2. ff. de aqua ubi sic.* — In summa tria sunt, per quae inferior locus superiori servit, lex, natura loci,

1782. Si facere possis, quominus conditio impleatur, videtur jam te posse impleri conditioni (a).

1783. Signa testamenti si sint turbata a testatore, testamentum non videtur signatum (b).

1784. Simplicitas in legibus magis, quam difficultas placet (c).

1785. Simulata acta non possunt veritatis substantiam mutare; ideoque in contractibus veritas potius, quam scriptura spectatur (d).

1786. Sine voce nemo dixisse existimatur; etsi mens dicentis est potentior (e).

1787. Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus (f).

1788. Si plures una sententia condemnati sint, pro virili tenentur (g).

1789. Si quatuor, aut infra, dant natis jura trientem; semissem vero dant natis quinque, vel ultra (h).

1790. Socer obtinet locum parentis (i).

1791. Societas tamdiu durat, quamdiu consensus partium integer perseverat (k). Societas, si alicujus rei sit, et finis negotio impositus, finitur (l).

---

vetustas, quae semper pro lege habetur, minuendarum scilicet litium causa (7).
Vide L. 1. §. ult. ff. eod.

(7) Concorda con l'art. 561. LL. CC.

(a) *Extat in L. 174. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur (1).
Fluit regula ex L. 50. ff. de contr. empt. L. 1. §. 8. ff. si quis. omis. caus. test.

(1) Argom. dall'art. 1131 LL. CC.

(b) *Extat in L. 22. §. 3. ff. qui testam. facer. poss. ubi sic.* — Si signa turbata sint ab ipso testatore non videtur signatum.

(c) *Vide supra. — Aphor. 1082.*

(d) *Extat in L. 1. C. Plus valere quod agit. ubi sic.* — In contractibus rei veritas, quam scriptura perspici debet.
Et in L. 2. C. eod. ubi sic. — Acta simulata, velut non ipse, sed ejus uxor comparavit, veritatis substantiam mutare non possunt. Quaestio itaque facti per judicem, vel Praesidem Provinciae examinabitur (2).
Vide L. 3. et 4. C. eod.

(2) Concorda con l'art. 1070. LL. CC.

(e) *Vide supra. — Aphor. 1156.*

(f) *Argum. leg. 30. §. 3. ff. ad leg. Aquil* (3).

(3) Argom. dell'art. 278. leg. pr. pen.

(g) *Vide supra. — Aphor. 234.*

(h) *Vide Gloss. ad Nov. 18. c. 1. — Vide supra. — Aphor. 1089.*

(i) *Extat in L. 16. ff. solut. matrim. ubi sic.* — Quia parentis locum socer obtinet (4).

(4) Argom. dall'art. 158. LL. CC.

(k) *Extat in L. 5. C. pro socio ubi sic.*—Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer perseverat. Proinde si jam tibi pro socio nata est actio, eam inferre apud eum, cujus super ea notio est, non prohiberis (5).
Vide §. 4. Instit. de societ. L. 4. L. 63. in fin. ff. pro socio.

(5) Concorda con l'art. 1737. n. 1. e 5.LL. CC.

(l) *Extat in L. 65. §. 10. ff. pro socio ubi sic.* — Item si alicujus rei societas sit, et finis negotio impositus, finitur societas (6).
Vide Instit. §. 6. de societ.

(6) Concorda con il cit. art. 1737. n. 2.LL.CC

1792. Societas rerum inhonestarum nulla est (a).

1793. Societas non recte contrahitur donationis causa (b).

1794. Societas fidem exigit (c), et jus quodammodo fraternitatis in se habet (d).

1795. Socii non sunt, qui rem in communi emunt (e).

1796. Socius renuntians non liberatur a sociis, hi vero ab eo liberantur si dolo malo, vel intempestive renuntiatio facta sit (f).

1797. Socius mei socii socius meus non est (g).

(a) *Extat in L. 57. ff. pro socio. ubi sic.* — Nec praemittendum esse, Pomponius ait, ita demum hoc esse verum, si honestae, et licitae rei societas coita sit: caeterum si maleficii societas coita sit, constat, nullam esse societatem. Generaliter enim traditur rerum inhonestarum nullam esse societatem (1).

Vide L. 25. §. pen. L. 53. L. 54. ff. eod. L. 35. §. 2. ff. de contr. empt. L. 1. §. 14. ff de tut. et rat. L. 70. in fin. ff. de fidejuss.

(1) Concorda con l'art. 1705. LL. CC.

(b) *Extat in L. 5. in fin. ff. pro socio ubi sic.* — Donationis causa societas recte non contrahitur (2).

Vide L. 35. §. 5. ff. de mortis causa don.

(2) Concorda virtualmente con gli art. 1705, e 1727. LL. CC.

(c) *Extat in L. 3. §. 3. ff. pro socio. ubi sic.* — Societas si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso jure nullius momenti est: quia fides bona contraria est fraudi, et dolo (3).

(3) Argomento dall'art. 1724. LL. CC.

(d) *Extat in L. 63. in princ. ff. pro socio ubi sic.* — Verum est quod Sabino videtur etiam si non universorum bonorum socii sunt, sed unius rei, attamen in id, quod facere possunt, quodve dolo malo fecerint, quominus possint, condemnari oportere: hoc enim summam rationem habet, cum societas jus quodamomodo fraternitatis in se habeat.

(e) *Extat in L. 31. ff. pro socio. ubi sic.* — Ut sit pro socio actio, societatem intercedere oportet: nec enim sufficit rem esse communem, nisi societas intercedit. Communiter autem res agi potest etiam citra societatem: ut puta cum non affectione societatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata; item si a duobus simul empta res sit, aut si haereditas, vel donatio communiter nobis obvenit, aut si a duobus separatim emimus partes eorum, non socii futuri (4).

Vide L. 33. ff. eod.

(4) Concorda virtualmente con la definizione ed effetti della società dettati negli art. 1704. e seg. LL. CC.

(f) *Extat in L. 65. §. 3. ff. pro socio ubi sic.* — Diximus dissensu solvi societatem, hoc ita est, si omnes dissentiunt. Quid ergo si unus renunciet? Cassius scripsit, eum qui renunciaverit societati, a se quidem liberare socios suos, se autem ab illis, non liberare. Quod utiquam observandum est, si dolo malo renunciatio facta sit; veluti si cum omnium bonorum societatem inissemus, deinde cum obvenisset uni haereditas, propter hoc renunciavit; ideoque si quidem damnum attulerit haereditas, hoc ad eum, qui renunciavit, pertinebit: commodum autem communicare cogetur actione pro socio. Quod si quid post renunciationem adquisierit, non erit communicandum, quia nec dolus admissus est in eo (5).

Vide L. 14. ff. eod.

(5) Concorda con l'art. 1741. LL. CC.

(g) *Extat in L. 47. §. 1. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Socii mei socius, meus socius non est (6).

Fluit regula ex L. 19. et 20. ff. pro socio

(6) Concorda con l'art. 1733. LL. CC.

1798. Socius delicti beneficio sui socii non gaudet (a).

1799. Solemnitatibus potest aliquid mutari, ubi aequitas poscit (b). Modicae solemnitatis omissio non vitiat (c).

1800. Solvendo est, qui habet pro se fidejussorem (d).

1801. Solvens ei, qui gerit pro alio, non liberatur, nisi dominus ratam solutionem habuerit (e).

1802. Solvens quoddam in sortem, et usuras, id prius in usuras, inde in sortem imputatur (f).

1803. Solvens alteri, quam vero creditori, ab obligatione non liberatur (g).

1804. Solvens partem gratuito pro alio non tenetur ad solutionem alterius partis (h).

1805. Solventi datur electio pecuniam imputare quam in causam velit: eo non eligente, eligit creditor; sed in deteriorem debet imputare: neutro declarante in deteriorem imputatur (i).

(a) *Argum. L. 53. in princ. ff. de furtis ubi sic.* — Qui injuriae causa januam effregit, quamvis inde per alios res amotae sint, non tenetur furti: nam maleficia voluntas, et propositum delinquentis distinguit. (1).

(1) Concorda con gli art. 76 e 456 leg. pen.

(b) *Vide supra Aphor. 57.*

(c) *Argum. L. 1. in fine ff. de inspiciendo ventre.*

(d) *Fluit ex L. 95. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur (2).

(2) Concorda con gli art. 1499. LL. CC., art. 84 leg. pr. civ.

(e) *Extat in L. 58. in princ. ff. de solut., ubi sic* — Si quis offerenti se negotiis bona fide solverit, quando liberetur? Et ait Julianus, cum dominus ratum habuerit, tunc liberatur (3).

Vide L. 34. §. 6. ff. eod. L. 12. in fin. L. 49 ff. eod., L. 12. C. eod.; L. 9. ff. de neg. gest. L. 14. ff. de condict. caus. data.

(3) Concorda con l'art. 1192. LL. CC.

(f) *Extat in L. 5. §. 3. ff. de solut. ubi sic.* — Apud Marcellum Lib. xx. Digestorum quaeritur, si quis ita caverit debitori, in sortem, et usuras se accipere; utrum pro rata et sorti, et usuris decedat: an vero prius in usuras, et si quid superest in sorte? Sed ego non dubito, quin haec cautio in sorte, et in usuras, prius usuras admittat; tam deinde, si quid superfuerit, in sortem cadat (4).

Vide L. 48. ff. eod.

(4) Concorda con l'art. 1207. LL. CC.

(g) *Extat in L. 12. C. de solut. ubi sic.* — Invito, vel ignorante creditore, qui solvit alii, se non liberat obligatione. Quid si hoc vel mandante, vel ratum habente eo fuerit, non minus liberationem consequitur, quam si eidem creditori solvisset (5).

Vide L. 34. §. 4. ff. eod., et L. 19. et 49. ff. eod.

(5) Concorda con l'art. 1162 LL. CC.

(h) *Fluit ex L. 4. C. ne uxor pro marito ubi sic.* — Cum te ideo ex persona filii tui commemores conveniri, quod pro debitis ejus aliquid intulisse videaris: defensionibus tuis uti apud eum, cujus super ea re notio est, minime prohiberis, ut is ad solutionem alieni debiti urgeri, te non patiatur.

Argum. L. 28. C. de pact. L. 7. C. de usur.

(i) *Extat in L. 1. C. de solut. ubi sic.* — In potestate ejus est, qui ex pluribus

1806. Solvere potest et qui debet, et alius pro eo: non aliud pro alio invito creditore (a).

1807. Solvi potest ante diem (b).

1808. Solvit, qui satisfacit, aut quoque modo se liberat (c).

1809. Solvit, qui reum delegat (d).

1810. Solvitur recte uni ex pluribus tutoribus (e): item curatori (f).

1811. Solvitur recte procuratori tutoris, si solutum in rem pupilli versum sit (g).

1812. Solum pars aedium est (h).

1813. Soluti ex transactione non est repetio (i).

---

contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere, in quam causam reddat (6). Quod si debitor id non fecit, convertitur electio ad eum, qui accepit; si neuter voluntatem suam expressit, prius in usuras id quod solvitur, deinde in sortem accepto feratur (7).

Vide L. 101. in fin. et L. 1. et 2. ff. eod. L. 21. C. de usuris, L. 4. §. penult. L. 3. L. 5. L. 103. 97. ff. eod.

(6) Concorda con l'art. 1206. LL. CC.

(7) Concorda con gli art. 1207 a 1209. LL. CC.

(a) *Vide supra. — Aphor. 92. et 87.*

(b) *Vide supra. — Aphor. 423. et 435.*

(c) *Extat in L. 52. ff. de solution. ubi sic.* — Satisfactio pro solutione est.

Et in L. 54. ff. eod. ubi sic. — Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoque modo factam: magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem (1).

Vide L. 13. §. 4. ff. de pignor. 4. 6. §. 1. ff. quib. modo pignus. L. 46. L. 176. ff. de verb. oblig.

(1) Argomento dall'art. 1187. LL. CC.

(d) *Extat in L. 8. §. 3. in fin. ff. ad SC. Vellejan. ubi sic.* — Interdum intercedenti mulieri et condictio competit, puta si contra Senatusconsultum obligata, debitorem suum delegaverit: nam hic ipsi competit condictio, quemadmodum si pecuniam solvisset, condiceret, solvit enim qui reum delegat (2).

Vide L. 18. ff. de fidejuss., L. 187. ff. de verb. obligat.

(2) La delegazione fatta dal debitore al suo creditore colla di costui volontà di liberare il debitore tien luogo di novazione, e quindi di soddisfazione art. 1229 LL. CC.

(e) *Extat in L. 14. §. 5. ff. de solut. ubi sic.* — Sive autem legitimi sunt (tutores), sive testamentarii, sive ex inquisitione dati, recte vel uni solvitur (3).

Vide L. 7. §. fin. ff. de curat. furios.

(3) Vedi gli art. 338 e 377. LL. CC. pe' casi di un amministratore particolare in ajuto al tutore.

(f) *Extat in d. L. 14. §. 7. ff. de solut. ubi sic.* — Curatori quoque furiosi recte solvitur. Item curatori sibi non sufficientis, vel per quantitatem, vel per aliam justam causam; sed et pupilli curatori recte solvi constat. (4)

(4) Concorda con gli art. 428. 432. LL. CC.

(g) *Extat in L. 28. ff. de solution. ubi sic.* — Debitores solvendo ei, qui pro tutore negotia gerit, liberantur, si pecunia in rem pupilli pervenit.

(h) *Extat in L. 49. ff. de rei vindic. in princ. ubi sic.* — Solum partem esse aedium existimo, nec alioquin subjacere, uti mare navibus (5).

Vide L. 1. 15. in fin. ff. de instruct. vel instrum. legat. L. 98. §. 8. vers. non est ff. de solut. L. 23. in princ. ff. de usurpat.

(5) Concorda con l'art. 477. LL. CC.

(i) *Extat in L. 65. §. 1. ff. de condict. indeb. ubi sic.* — Et quidem quod transa-

Solutio ultimae ratae debiti praecedentium solutionis inducit praesumptionem (a).

1814. Solutione ignorans, et invitus liberatur (b).

1815. Solutionem allegans probare debet (c).

1816. Solutione facta per sententiam judicis, falsis instrumentis postea habitis soluti repetio datur (d).

1817. Soluto debito solvitur pignus, et hypotheca (e), et fidejussio (f): hinc titulus restituendus est (g).

1818. Solutum a sciente non debere solvere, non repetitur (h).

---

ctionis nomine datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur (6): nam si his fuit, hoc ipsum, quod a lite disceditur, causa videtur esse. Sin autem evidens calumnia detegitur, et transactio imperfecta est, repetitio dabitur.

(6) Concorda con l'art. 1916. LL. CC.

(a) *Fluit ex L. 3. C. de apochis. publ ubi sic.* — Quicumque de proviucialibus, et collatoribus, decurso posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariae solutionis exposcitur, si trium cohaerentium sibi annorum apochas, securitatesque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de praeterito ad illationem functionis tributariae coerceatur, nisi forte, aut curialis, aut quicumque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, sive compulsor, possessorum, vel collatorum habuerit cautionem, aut id, quod reposcit deberi sibi, manifesta gestorum adsertione patefecerit.

(b) *Extat in L. 23. ff. de solut. ubi sic.* — Solutione, vel judicium pro nobis accipiendo, et inviti, et ignorantes liberari possumus (1).

Et in L. 53 ff. eod. ubi sic. — Solvere pro ignorante, et invito cuique licet: cum sit jure civili constitutum, licere etiam ignorantis, invitique meliorem conditionem facere.

Vide L. 40. ff. eod. L. 39. ff. de negot. L. 1. §. 24. ff. de exercit. Instit. quib. mod. toll. obl. in princ. L. 10. §. 1. ff. de in rem. vers. L. 20. in princ. ff. de interrog. L. 8. in fin. L. 11. ff de novat.

(1) Concorda con gli art. 1189. e 1326. LL. CC.

(c) *Extat in L. ult. C. de solut. ubi sic.* — Solutionem asseveranti probationis onus incumbit, quo facto chirographum condicere potest (2).

Vide L. 2. et 8. ff. de probat.

(2) Concorda con l'art. 1269. LL. CC.

(d) *Vide supra. — Aphor. 990. ubi judicatum rescinditur falsitate instrumentorum inde habita; et ideo solutum repetitur.*

(e) *Extat in L. 11. C. de pignorat. act. ubi sic.* — Pignoris causa res obligatas, soluto debito restitui debere, pigneratitiae actionis natura declarat: Quo jure si titulo pignoris obligasti mancipia, per eamdem actionem, uti potes: nec creditor citra conventionem, vel Praesidalem jussionem debiti causa, res debitoris arbitrio suo auferre potest (3).

Vide L. 3. ff. de pignor. Adde L. 6. §. 2. ff. de re jud. L. 7. C. de distract. pignor.

(3) Concorda con gli art. 1952. e 2074. n. 1. LL. CC.

(f) *Extat in L. 43. ff. de solut. ubi sic.* — In omnibus speciebus liberationum etiam accessiones liberantur: puta adpromissores (4), hypothecae, pignora (5): praeterquam quod inter creditorem et adpromissores confusione facta reus non liberatur.

(4) Concorda con l'art. 1906. LL. CC.

(5) Concorda con gli art. 1952, e 2074. LL. CC.

(g) *Vide supra. — Aphor. 1730.*

(h) *Extat in L. 1. ff. de condict. in-*

1819. Solutum ex testamento repetitur, (a) si ruat causa testamenti: item si proferantur codicilli: item ex alia causa (b).

1820. Solutum ante diem non repetitur (c).

1821. Solutum indebitum cum accessionibus, et fructibus repetitur (d); non repetuntur usurae (e).

1822. Solutum ante conditionem repetitur, nisi et omnimodo sit extatura (f).

1823. Solutum, quod sub incerto die debetur, die existente non repetitur (g). Solutum vi transactionis post rem judicatam repeti potest (h).

---

deb. ubi sic. — Nunc videndum de indebito soluto §. 1. Et si quis indebitum ignorans solvit, per hanc actionem condicere potest. Sed si sciens se non debere, solvit, cessat repetitio (6).

Vide L. 9. in princ. Cod. eod.

(6) Argom. in senso contrario dall' art. 1331. LL. CC.

(a) *Extat in L. 2. §. 1. ff. de condict. indeb. ubi sic.* — Si quid ex testamento solutum sit, quod postea falsum, vel inofficiosum, vel irritum, vel ruptum apparuerit, repetetur: vel si post multum temporis emerserit aes alienum, vel codicilli diu celati, prolati, qui ademptionem continent legatorum solutorum vel diminutionem per hoc, quia aliis quoque legata relicta sunt. Nam Divus Hadrianus circa inofficiosum, et falsum testamentum rescripsit, actionem dandam ei, secundum quem de haereditate judicatum est (1).

Vide L. 8. §. 16. ff. de inoff. test. L. 5. in fin. ff. de condict. indebit. Nov. 115.

(1) Argom. dagli art. 1001. 876. 883, e 888. LL. CC.

(b) *Vide L. 3. et 4. ff. de condict. indeb.*

(c) *Extat in L. 10. ff. de condict. indeb. ubi sic.* —In diem debitor, adeo debitor est, ut ante diem solutum repetere non possit (2).

Vide L. 16. et. 17. ff. eod.

(2) Concorda con l'art. 1136. LL. CC.

(d) *Extat in L. 15. ff. de condict. indeb. ubi sic.* — Indebiti soluti condictio naturalis est. Et ideo etiam quod rei solutae accessit, venit in condictionem, ut puta partus, qui ex ancilla natus sit, vel quod alluvione accessit: imo, et fructus, quos is, cui solutum est, bona fide percepit, in condictionem venient (3).

Vide L. 66. ff. eod. L. 26. §. 12. L. 65. §. 5. ff. eod. L. 38. §. 2. ff. de usur. L. 27. in fin. ff. de usu. et usufr. legat.

(3) Vedi l'art. 1332. LL. CC. ove colui, che ha ricevuto il pagamento, se era in mala fede è tenuto a restituir tanto il capitale, che gl'interessi o i frutti dal giorno del pagamento.

(e) *Extat in L. 1. C. de condict. indeb. in fin. ubi sic.* — Usuras autem ejus summae praestari tibi frustra desideras: actione enim condictionis ea sola quantitas repetitur, quae indebita soluta est (4).

(4) Vedi il cit. art. 1332. LL. CC.

(f) *Extat in L. 18. ff. de condict. indeb. ubi sic.* — Quod si ea conditione debetur, quae omnimodo extatura est, solutum repeti non potest: licet sub alia conditione, quae an impleatur, incertum est, si ante solvatur, repeti possit (5).

(5) Argom. dagli art. 1129. e 1130. LL. CC.

(g) *Extat in L. 16. ff. de condict. indeb. §. 1. ubi. sic.* — Quod autem sub incerto die debetur, die existente non repetitur.

Vide L. 17. ff. eod.

(h) *Extat in L. 23. §. 1. ff. de condict. indebit ubi sic.* Si post rem judicatam quis transegerit, et solverit, repetere poterit: idcirco, quia placuit transactionem nullius esse momenti. Hoc enim Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit, retineri tamen, atque compensari in causam judicati, quod ob talem transactionem solutum est: potest etc.

Vide L. 32. C. de transact. L. 7. et 11. ff. eod.

1824. Solutum non praesumitur indebitum (a). Pecunia soluta praesumitur solventis, nisi contrarium probetur (b).
1825. Solutum jussu meo mihi solutum videtur (c).
1826. Solutum procuratori revocato ab ignorante valet (d).
1827. Solutum ex debito naturali non repetitur (e).
1828. Solutum vi rei judicatae repeti non potest tamquam indebitum (f).
1829. Sortem accipiendo tacite quis videtur usuris renunciasse (g).
1830. Specialia generalibus insunt (i).
1831. Speciale mandatum exigunt operae, quae verosimile est quempiam non fore mandaturum (k).

(a) *Extat in L. 25. in princ. vers. sin vero ff. de probat. ubi sic.* — Sin vero ab initio confiteatur quidem suscepisse pecunias, dicat autem non indebitas ei fuisse solutus, praesumptionem videlicet pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat. Qui enim solvit, nunquam ita resupinus est, ut facile pecunias suas jactet, et indebitas effundat (1). etc.

(1) Concorda con l'art. 188. LL. CC.

(b) *Vide. Fab. Cod. lib. 4. Tit. 14. Defin. 4.*

(c) *Extat. in L. 180. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset (2).
Fluit regula ex L. 56. ff. de solut.

(2) Concorda con l'art. 1192. LL. CC.

(d) *Extat in L. 12. §. 2. ff. de solut. ubi sic.* — Sed et si quis mandaverit, ut Titio solvam, deinde vetuerit eum accipere, si ignorans prohibitum eum accipere, solvam, liberabor; sed si sciero, non liberabor (3).
Vide L. 38. §. 1. ff. eod. L. 17. ff. de off. Praesid. L. 41. ff. de reb. credit. L. 12 ff. de SC. Maced. L. 15. ff. mand. L. 10. Instit. de mand. — *Immo vide L. 4. in princ. ff. de manum. vindict.*

(3) Concorda con l'art. 1877. LL. CC.

(e) *Extat in L. 10. ff. de obl. et act. ubi sic.* — Naturales obligationes non eo solo aestimantur, si actio aliqua earum nomine competit, verum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit (4).
Vide L. 16. §. 4. ff. de fidejuss. L. 7. §. 4. ff. de pactis. L. 9. §. pen. et ult. L. 10. ff. de SC. Maced. L. 1. §. 17. ad Leg. Falcid. L. 83. ff. de solut.

(4) Concorda con l'art. 1188. 2. contra LL. CC.

(f) *Extat in L. 29. ff. mand. §. 5. ubi sic.* — In omnibus autem visionibus, quae propositae sunt, ubi creditor vel non numeratam pecuniam accipit, vel numeratam iterum accepit, repetitio contra eum competit, nisi ex condemnatione fuerit ei pecunia soluta: tunc enim propter auctoritatem rei judicatae, repetitio quidem cessat; ipse autem stellionatus crimine propter suam calliditatem plectetur etc.
Vide L. 60. in princ. L. 1. Cod. de condict. indeb. Immo vide. L. 5. §. 7. ff. de don. int. vir. et uxor.

(g) *Argum. legis. 1. ff. si quis caution* (5).

(5) Concorda con l'art. 1780. LL. CC.

(h) *Vide Aphor. 715.*

(i) *Vide Vinnium. Instit. de iis, per quos agere poss. §. 1. ubi sic.* — *Ex contrario quamvis generale sit mandatum, tamen eo non intelliguntur contineri, quae verosimile est non facile quempiam mandaturum fuisse, cujusmodi sunt causa famae transactio, delatio jurisjurandi, et similia, quae idcirco dicuntur speciale exigere mandatum. L. 39. §. ult. L. 60. ff. de procur* (6).

(6) Argom. dall'art. 860. LL. CC.

1832. Species furti est ex alieno largiri (a).
1833. Statuae affixae basibus non sunt aedium (b).
1834. Statum mutans delictum non exuit (c).
1835. Status mutatio probari debet (d).
1836. Status causae praejudiciales sunt (e) et is potior est, qui quaestionem movet (f).

(a) *Extat in L. 54. §. 1. ff. de furtis. ubi sic.* — Eum, qui quid utendum accepit, ipse alii commodaverit, furti obligari responsum est. Ex quo satis apparet furtum fieri, etsi quis usum alienae rei in suum lucrum convertat, nec movere quem debet, quasi nihil lucri sui gratia faciat. Species enim lucri est ex alieno largiri et beneficii debitorem sibi adquirere; unde et is furti tenetur, qui ideo rem amovet, ut eam alii donet.

(b) *Extat in L. 245. in princ. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Statuae affixae basibus structilibus, aut tabulae relegatae catenis, aut erga parietem adfixae, aut si similiter cohaerent lychini, non sunt aedium: ornatus enim aedium causa parantur, non quo aedes perficiantur (1).

Vide L. 12. §. 23. ff. de instructo.

(1) Vedi l'art. 448. comma 4. LL. CC. ove le statue si reputano immobili, quando sono collocate in una nicchia formata per esse espressamente non ostante, che possono levarsi senza frattura, o deteriorazione.

(c) *Extat in L. 2. §. 3. ff. de capite minutis. ubi sic.* — Nemo delictis exuitur, quamvis capite minutus sit.

Vide §. 2. eod.

(d) *Fluit ex L. 8. ff. de probat. ubi sic.* — Si filius in potestate patris se esse neget, Praetor cognoscit, ut prior doceat filius; quia et pro pietate, quam patri debet praestare hoc statuendum est; et quia se liberum esse quodammodo contendit. Ideo enim et qui ad libertatem proclamat, prior docere jubetur (2).

Vide L. 7. in fin. ff. de liberal. causa.

(2) Vedi l'art. 439. leg. di pr. civ. ove la procedura non è sospesa per cangiamento di stato delle parti, salva la reitera della dimanda, quando è mutato lo stato dell'attore, ed il reo non avesse pria della mutazione costituito patrocinatore.

(e) *Fluit ex L. 7. in princ. Cod. de ordine cognition. ubi sic.* — Si quando negotium status fuerit exortum, si quidem ab ejus parte, qui dicitur servus, aliquid dicatur dominus abripuisse: prius considerari placeat, utrum de possessione servitutis in libertatem reclamandum, putet, an vero ex possessione libertatis in servitutem vocetur. At si eum de obsequiis servilibus libertatem constiterit flagitare: ante decidi status convenit causam, atque ita praeberi direptorum negotiorum, si res exegerit, audientiam (3) etc.

Vide etiam. L. 6. C. eod.

(3) Concorda con l'art. 249. LL. CC.

(f) *Extat in L. 7. §. 5. ff. de liberal. caus. ubi sic.* — Si quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet: si vero ex libertate in servitutem petatur: is partes actoris sustinet, qui servum suum dicit. Igitur cum de hoc incertum est: ut possit judicium ordinem accipere; hoc ante apud eum, qui de libertate cogniturus est, disceptatur: utrum ex libertate in servitutem, aut contra agatur? Et si forte apparuerit, eum, qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo fuisse; is, qui se dominum dicit, actoris partes sustinebit, et necesse habebit servum suum probare. Quod si pronunciatum fuerit, eo tempore, quo, is praeparabatur, in libertate eum non fuisse, aut dolo malo fuisse: ipse, qui de sua libertate litigat, debet se liberum probare (4).

Vide L. 5. in fin. C. eod. L. 8. L. 20. ff. de prob. L. 15. Cod. eod. L. 12.

1837. Status liberorum non laeditur ob tenorem instrumenti male concepti (a).

1838. Statutum non porrigit vires suas extra territorium statuentium (b).

1839. Stellionatus objicitur iis, qui dolo quid fecerunt: item illi, qui rem alienam, vel alii obligatam, alienatam, vel donatam, mihi pignori dedit sciens, prudensque (c).

1840. Stellionatus damnati infames sunt (d).

1841. Stipulandi reus est creditor (alias dicitur stipulans); promittendi reus est debitor (alias dicitur stipulator) (e).

1842. Stipulantium plurium reorum uno agente, non recte alteri solvitur (f). Nemo stipulari alteri potest, nisi ei interst (g).

---

§. 2. *ff. de lib. caus. L. 21. in princ. C. eod.*

(4) Vedi gli art. 241. e seguenti LL. CC. relativi alla pruova dello stato di figlio legittimo.

(a) *Extat in L. 8. ff. de statu hom. ubi sic.* — Imperator Titus Antoninus rescripsit, non laedi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti (1).

Vide L. 16. C. de liberal. caus. L. ult. C. de incen. manum. Adde L. 13. L. 29. §. 1. ff. de probat. L. 26. C. de transact. L. 2. C. de testam.

(1) Concorda con l'art. 1261. LL. CC.

(b) *Fluit ex leg. ult. ff. de jurisd. ubi sic.* — Extra territorium jus dicenti impune non paretur. Idem est, et si suprà jurisdictionem suam velit jus dicere.

Vide L. 1. C. si a non compet. jud. L. 53. C. de decurion.

(c) *Extat in L. 3 ff. stellion. ubi sic.* §. 1. Stellionatum autem objici posse his, qui dolo quid fecerunt, sciendum est: scilicet si aliud crimen non sit, quod objiciatur: quod enim in privatis judiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Ubicunque igitur titulus criminis deficit; illic stellionatus objiciemus. Maxime autem in his locum habet, si quis forte rem alii obligatam, dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit, vel permutaverit, vel in solutum dederit. Nam hae omnes species stellionatum continent (2) etc.

Vide L. 1. et 2. C. de crim. stellion. L. 36. §. 1. ff. de pignor. actione.

(2) Vedi gli art. 2022. 2023. e 2081. LL. CC. ove lo stellionato ha luogo contra chi tace l'ipoteca legale delle mogli o di minori; chi vende a due persone lo stesso fondo, ed altri casi negli art. 762. 789. 798. 879. 885. 944. 1365. 1972. n. 3. e 2011. dette leg.

(d) *Extat in L. 13. §. ult. ff. de his qui notant. infam. ubi sic.* — Crimen stellionatus infamiam irrogat damnato, quamvis publicum non est judicium (3).

Vide contra L. 2. ff. stellion.

(3) Non vi è azion penale contra i stellionari: vedi però l'art. 430 n. 5. leg. pen.

(e) *Extat in L. 1. ff. de duob. reis. ubi sic.* — Qui stipuletur, reus stipulandi dicitur, qui promittit reus promittendi habetur.

(f) *Extat in L. 16. ff. de duob. reis. ubi sic.* — Ex duobus reis stipulandi si semel unus egerit: alteri promissor offerendo pecuniam, nihil agit (4).

Vide L. 9. ff. de verb. obl.

(4) Vedi gli art. 1150, e 1151. LL. CC. ove, quando vi è solidità fra creditori, può ben pagarsi ad uno di essi per tutti, purchè non sia stato prevenuto il debitore da uno di essi con giudiziale dimanda.

(g) *Vide supra.* — *Aphor. 97.*

1843. Stipulari surdus, mutus, et absens non possunt (a): interdum nec nutu (b).

1844. Stipulatio in solidum inter creditores facit, ut res in solidum singulis debeatur: inter debitores vero ut singuli debeant (c); et totum contra unum peti possit (d); isque ab altero recipit, quod pro eo solvit (e).

(a) *Extat in L. 1. ff. de verb. obl. in princ. ubi sic.* — Stipulatio non potest confici, nisi utroque loquente; et ideo, neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt (1); nec absens quidem, quoniam exaudire invicem debent.
Vide §. 7. *Instit. de inut. stip. L. 1. §. ult. ff. de obl. et act. L. 73. de inut. stip.* §. 12. *Instit. eod.*

(1) Argomento dagli art. 860. e 1078. LL. CC.

(b) *Extat in L. 1. §. 2. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Si quis ita interroget, dabis? Responderit quidni? Et is utique in ea causa est, ut obligetur. Contra si sine verbis adnuisset. Non tantum autem civiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita adnuit; et ideo recte dictum est, non obligari pro eo, nec fidejussorem quidem.
Vide L. 6. in fin. ff. de fidejuss. — *Vide supra interdum etiam nutu obligatur Aphor. 1310.*

(c) *Extat in L. 2. ff. de duob. reis. ubi sic.* — Cum duo eamdem pecuniam aut promiserint, aut stipulati sunt, ipso jure, et singuli in solidum debentur, et singuli debent. Ideoque petione, acceptilatione unius, tota solvitur obligatio. (2)
Vide §. 1. *Instit. hoc. tit.*
Extat vero mutatio in Novel. 99. c. 1. ubi sic — Si quis enim altera fidejussione obligatos sumat aliquos: si quidem non adjecerit oportere, et unum horum insolidum teneri: omnes ex aequo conventionem sustinere. Si vero aliquid etiam tale adjiciatur, servari quidem pactum: non tamen mox ab initio unumquemque in solidum exigi: sed interim secundum partem, qua unusquisque obligatus est; cedere autem eum et contra reliquos actionem, si et idonei sunt, et in eo loco, et si hoc ita se habere videatur: si quidem idonei sint, et praesentes inveniantur, illos periclitari complere (singulos in propria parte) quod sub alterna promissione creditum est: aut ex quo omnino obligati sunt, et non commune debitum, proprium cujuspiam fieri onus. Si vero minus idonei se habere reliqui videantur, sive omnes, sive quidam: sive in partem, sive in solidum, sive absentes forte: in illud tenere, quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim et illis servabitur pactionis modus, et nullum sustinebit damnum actor, licet aliquid inter se illi pepigerint; ignorante isto, qui habet eos obligatos, et unusquisque tenebitur in id, quod ab initio scripserit, artibus, aut dolis, aut transactionibus praevaricari, qua constituta sunt, non sineudus. etc.

(2) Concorda con gli art. 1150. e 1153. LL. CC.

(d) *Extat in L. 3. §. 1. ff. de duob. reis. ubi sic.* — Ubi duo rei facti sunt, potest vel ab uno eorum solidum peti. Hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus, possitque ab alterutro peti; partes autem a singulis peti posse nequaquam dubium est: quemadmodum et a reo, et fidejussore petere possumus. Utique enim cum una sit obligatio, una et summa est; ut sive unus solvat, omnes liberantur; sive solvatur ab altero, liberatio contingat (3).
Vide L. 2. C. eod.
Vide tamen. d. Nov. 99. c. 1. et Nov. 4. C. 1.

(3) Concorda con l'art. 1156. LL. CC.

(e) *Extat in L. 2. C. de duob. reis. ubi sic.* — Creditor prohiberi non potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi ejusdem pecuniae, a quo velit. Et ideo si probaveris te conventum in solidum exsolvisse, Rector Provinciae juvare te adversus eum, cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur (4).

(4) Concorda con gli art. 1166. e 1167. LL. CC.

1845. Stipulatio ad tempus mortis de morte naturali intelligitur (a).
1846. Stipulatio omnis ad haeredes, et contra haeredes transit (b).
1847. Stipulatio de futura successione non valet (c).
1848. Stipulatio per rerum naturam persolvenda ante tempus peti non potest (d).
1849. Stipulatio turpis ipso jure nulla est (e).
1850. Stipulationes, quae consensu constant, quibuscumque verbis conceptae valent (f).
1851. Stipulationis tempus sequitur (g), et actus debet esse continuus (h).
1852. Stipulationis in solidum pactum expressum esse debet (i).

(a) *Extat in L. 121. §. 2. ff. de verb. oblig. ubi sic.* — In insulam deportato reo promittendi stipulatio ita concepta, cum morieris, dari? Nonnisi moriente eo committitur.

Argum L. 77. §. 4. ff. de legat. 11. L. 59. §. 1. ff. de condit. et dem. L. 48. §. 1. ff. de jure fisci. Immo vide L. 3. §. 1. ff. de don. int. vir. et ux. L. 29. §. 5. in fin. ff. de lib. et posth. L. 1. §. 8. in fin. ff. de bon. poss. contr. tab.

(b) *Extat in L. 13. in princ. C. de contrah. et committ. stipul. ubi sic.* — Veteris juris altercationes decidentes, generaliter sancimus, omnem stipulationem, sive in dando, sive in faciendo, sive mixta ex dando, et faciendo inveniatur, et ad haeredes, et contra haeredes transmitti, sive specialis haeredum fiat mentio, sive non (1).

Vide L. 9. in fin. ff. de probat. L. 133. ff. de verb. obl.

(1) Concorda con gli art. 1076. 645. 791. LL.CC.

(c) *Extat in L 4. C. de inut. stip. ubi sic.* — Ex eo instrumento nullam vos habere actionem, in quo contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio, manifestum est; cum omnia, quae contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint (2).

Vide L. 6. C. de pactis. L. 26. 123. ff. de verb. obl. Fac. L. 19. 30. Cod. de pactis.

(2) Concorda con gli art. 708. 1084. LL. CC.

(d) *Extat in L. 186. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit (3).

Fluit reg. ex L. 73. in princ. ff. de verb. obl.

(3) Concorda con l'art. 1139. LL. CC.

(e) *Extat in L. 26. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti (4).

Vide L. 27. in princ. L. 35. §. 1. L. 61. ff. eod. L. 6. C. de pact. L. 4. C. de inut. stip. §. 24. Instit. eod.

(4) Concorda con gli art. 1085. e 1087. LL. CC.

(f) *Argum. Leg. 4. C. de contrah. empt. L. 2. C. plus valere quod agitur* (5).

(5) Argom. dall'art. 1109. LL. CC.

(g) *Vide supra. — Aphor. 291.*

(h) *Fluit ex L. 1. §. 1. ff. de verb. obl. ubi sic.* — Qui praesens interrogavit, si antequam sibi responderetur, discessit, inutilem efficit stipulationem. Sin vero praesens interrogaverit, mox discessit, et reverso responsum est: obligat. Intervallum enim medium non vitiavit obligationem (6).

Vide L. 137. in princ. ff. eod. L. 6. in fin. L. 12. in princ. ff. de duob. reis.

(6) Argom. dagli art. 13. 14. 20. 25. legge sul notariato de'23 novembre 1819.

(i) *Extat in L. 3. C. de duob. reis. ubi sic.* — Exprimere debueras tuis precibus, utrumne in partem, an in solidum sin-

1853. Stipulator contra se habet interpretationem (a).
1854. Stipulatorum reorum unus solvens in regressu contra alios singulas partes petit, et aliqua pars deficiens cedit caeterorum oneri (b).
1855. Studiorum impensae, et alimenta pupillo debentur (c).
1856. Stuprum in virginem, et viduam committitur, adulterium in nuptam (d): immo etiam in sponsam (e).
1857. Sublata principali obligatione tollitur accessoria (f).
1858. Sublocatio valet, si nihil aliud convenerit (g).
1859. Subrogatum sequitur naturam ejus, cui subrogatum est (h).
1860. Subscribens instrumentum si non est tale, quale credidit, non obligatur (i).
1861. Successio testamentaria legittimae anteponitur (k).
1862. Successionis ordo legitimae est, primo vocantur liberi, et de-

---

guli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum si quidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit. Si vero in solidum, electio rescripto adimi non debet (7).
Vide L. 11. ff. eod.

(7) Concorda con l'art. 1155. LL. CC.

(a) *Vide supra. — Aphor. 862.*

(b) *Vide supra. — Aphor. 1844.*
Et argum. §. 4. Instit. de fidejuss. L. 36. et 39. ff. de fidejuss. L. 11. C. eod. (1).

(1) Concorda con l'art. 1167. LL. CC.

(c) *Extat in L. 6. §. 5. ff. de Carbon. Edict. ubi sic.* — Non solum alimenta pupillo praestari debent, sed et in studia, et in caeteras necessarias impensas debet impendi pro modo facultatum (2).
Vide L. 4. ff. ubi pupill. Vide tamen. L. 6. ff. de alim.

(2) Concorda con l'art. 291 n. 2. LL. CC.

(d) *Vide supra. L. 101. in princ. ff. de verb. sign. et L. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult. — in Aphor. 49.*

(e) *Extat in L. 13. §. 3. ff. ad leg. Jul. de adult. ubi sic.* — Divi Severus, et Antoninus rescripserunt, etiam in sponsa hoc idem vindicandum, quia neque matrimonium qualecumque, nec spem matrimonii violare permittitur.
Vide §. 1. et 8. d. legis. L. 6. ff. de sponsal.

(f) *Vide supra. — Aphor. 413.*

(g) *Extat in L. 6. C. de locato. ubi sic.* — Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alii locare: si nihil aliud convenit (3).

(3) Concorda con l'art. 1563. LL. CC.

(h) *Argum. leg. 20. §. 4. ff. de haeredit. petit* (4).

(4) Concorda con gli art. 1202. e seguenti. LL. CC.

(i) *Fluit ex leg. 4. C. Plus valere quod. agitur. ubi sic.* — Si quis gestum a se, alium egisse scribi fecerit plus actum, quam scriptum valet (5).

(5) Vedi il caso di errore articoli 1063. e 1064. LL. CC. e quello di falsità.

(k) *Extat in L. 89. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur (6).
Fluit regula ex L. 39. ff. de adquir. vel omitt. haered. Vide tamen. L. 8. ff. de haered. instit. L. 21. §. 3. C. de testam.

(6) Argum. dagli art. 113. 114. 117. leg. di pr. civ.

scendentes, deinde parentes, caeterique ascendentes, postremo ex latere conjuncti (a).

(a) *Extat in Novel. 118. Cap. 1. ubi sic.* — Si (I) quis igitur descendentium (II) fuerit ei, qui intestatus moritur, cujuslibet naturae aut gradus, sive ex masculorum genere sive ex faeminarum (III) descendens, et sive suae potestatis, sive sub potestate sit: omnibus ascendentibus, et ex latere cognatis praeponatur (IV) (1). Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit: tamen ejus filii, cujuslibet sexus sint, aut gradus, etiam ipsi parentibus praeponi praecipimus, quorum sub potestate fuerit, qui defunctus est in illis (V) videlicet rebus, quae secundum nostras alias leges patribus non adquiruntur (2). Nam in usu harum rerum, qui debet acquiri, aut servari, nostras de his omnibus leges parentibus custodimus: sic tamen, si quem horum descendentium filios reliquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios descendentes, in proprii parentis locum succedere, sive sub potestate defuncti, sive suae potestatis inveniantur: tantam de haereditate morientis accipientes partem, quanticumque sint, quantam eorum parens, si viveret, habuisset: quam successionem in (VI) stirpes vocavit (3) antiquitas. In hoc enim ordine graduum quaeri nolumus: sed cum filiis, et filiabus ex praemortuo filio, aut filia, nepotes vocari sancimus: nulla introducenda differentia, sive masculi, sive faemina sint, ut seu ex masculorum, seu (VII) faeminarum prole descendant (4), sive suae potestatis, sive sub potestate sint constituti. Et haec quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens (VIII) autem esse perspeximus, et de ascendentibus constituere, quomodo ad descendentium successionem vocentur.

Et in Cap. 2. ibidem. ubi sic: — Si igitur defunctus descendentes quidem non relinquat haeredes, pater autem, aut mater, aut alii parentes, ei supersint, omnibus ex latere cognatis hos praeponi sancimus; exceptis solis fratribus ex utroque parente conjunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur (5). Si autem plurimi ascendentium vivunt, hos praeponi jubemus, qui proximi gradu reperiuntur, masculos, et faeminas sive paterni, sive materni sint (6). Si autem eundem habeant gradum, ex aequo (IX) inter eos haereditas dividatur (7) ut medietatem quidem accipiunt omnes a patre ascendentes, quanticumque fuerint: medietatem vero reliquam a matre ascendentes, quanticumque fuerint, medietatem vero reliquam a matre ascendentes, quantoscumque eos inveniri contigerit. Si (X) vero cum ascendentibus inveniantur fratres, aut sorores ex utrisque parentibus conjuncti defuncto, cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur (8). Si autem pater, aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe haereditate secundum personarum numerum, uti et ascendentium et fratruum singuli aequalem habeant portionem (9): nullum (XI) usum ex filiorum, aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare; quoniam pro hac usus portione, haereditatis jus, et secundum proprietatem per praesentem dedimus legem: differentia nulla servanda inter personas istas, sive feminae, sive masculi fuerint, qui ad haereditatem vocantur: et sive per masculi, sive per faeminae personam copulantur; et sive suae potestatis, sive sub potestate fuerit is, cui succedunt. Reliquum (XII) est, ut tertium ordinem decernamus, qui vocantur ex latere, et in agnatos dividitur: ut etiam hac parte disposita undique perfecta lex inveniatur.

Et in Cap. 3. ibidem. ubi sic. — (XIII) Si igitur defunctus, neque descendentes, neque ascendentes reliquerit, primos ad haereditatem vocamus (XIV) fratres, et sorores ex eodem patre, et ex eadem patre natos (10) quos etiam (XV) cum patribus ad haereditatem vocavimus. His (XVI) non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad haereditatem vocamus, qui ex uno parente conjuncti sunt defuncto, sive per patrem solum, sive per matrem (11). Si autem defuncto fratres fuerint, et alterius fratris aut sororis praemortuorum filii, vocabuntur (XVII ad haereditatem isti cum de patre et matre filiis masculis, et faeminis et quanticumque fuerint, tantam ex haereditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus esset accipere, si superesset (12). Unde consequens est, ut si forte praemortuus frater, cujus filii vivunt; per utrumque parentem

1863. Successionis jus non est titulus praescriptionis (a).

---

nunc defunctae personae jungebatur, superstites autem fratres per patrem solum forsan, aut matrem ei jungebantur: praeponantur istius filii propriis thiis, licet in tertio sint gradu; sive a patre, sive a matre sint filii, et sive masculis, sive faeminae, sicut eorum parens praeponeretur, si viveret. Et ex eo diverso si quidem superstes frater, ex utroque parente conjungitur defuncto, praemortuus autem per unum parentem jungebatur: hujus filios ab haereditate excludimus, sicut ipse, si viveret, ab haereditate excindebatur (13). Hujusmodi vero privilegium in hoc ordine cognationis solis praebemus fratruum masculorum, et faeminarum filiis, aut filiabus, ut in suorum parentum jura succedant. Nulli enim alii omnino personae ex hoc ordine venienti, hoc jus largimur. Sed et ipsis fratruum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis jungantur thiis masculis, et faeminis, sive paterni, sive materni sint. Si autem cum fratribus defuncti etiam adscendentes, sicut jam diximus, ad haereditatem vocantur, nullo modo (XVIII) ad successionem ab intestato fratris, aut sororis filios vocari permittimus, neque si ex utroque parente eorum pater, aut mater defuncto jungebatur. Quandoquidem igitur fratris, et sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu, cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad haereditatem vocentur, illud palam est, qui a thiis defuncti masculis, et faeminis, sive a patre, sive a matre, praeponuntur, si etiam illi tertium cognationis similiter obtineant gradum. §. 1. Si (XIX) vero neque fratres, neque filios fratruum, sicut diximus, defunctus reliquerit: omnes deinceps a latere cognatos ad haereditatem vocamus, secundum uniuscujusque gradus praerogativam, ut viciniores gradu (14), ipsi reliquis praeponantur. Si autem plurimi ejusdem gradus inveniantur, secundum (XX) personarum numerum inter eos haereditas dividatur: quod in (XXI) capita nostrae leges appellant.

(I) Vide Aut in succ. Cod, de suis, et leg. (II) Vide L. 1. §. 5. ff. si tab test. null. ext. (III) Vide L. 3. C. unde legit. L. 14. C. de legit. haered. (IV) Vide L. 11. L. 12. C de suis, et legit. (V) Vide L. ult. C. de coll. L. 6. C. de bon. quae lib. §. 2. Instit. per quas pers. cuiqu. (VI) Vide §. 6. Instit. de haer. quae ab int. L. 2. C. de suis. (VII) Vide Novel. 18. c. 4. L. ult. C. de suis. Abrog. L. 9. d. tit. §. 15. Instit. de haered. quae ab int. (VIII) Vide auth. defunct. C. ad SC. Tertill. (IX) Fac. L. 8. ff. de legit. tut. (X) Vide Auth. idem haered. C. de bon. quae lib. (XI) Abrog. L. 13. C. de legit. haer. L. 11. ult. in fin. C. comm. de success. (XII) Auth. Cessante C. de legit. haer. (XIII) Fac. Tit. ff. unde legit. unde agnat. (XIV) Vide Nov. 84. C. 1. §. 1. et §. 2. (XV) Capit. 2. hic. L. ult. C. comm. de success. d. Novel. 84. c. 1. §. 2. (XVI) Auth. Post fratres C. de legit. haered. (XVII) Abrogat. L. 3. L. 14. §. 1. C. de legit. haered. (XVIII) abrogat. Nov. 127. c. 1. (XIX) Auth. Post fratr. C. de legit. haered. (XX) Vide L. 11. C. fam. ercis. (XXI) Vide L. 14. in fin. L. ult. §. 3. C. de legit. haered.

(1) Concorda con l'art. 654. LL. CC. e con gli art. 667. e seguenti d. LL.

(2) Vedi l'art. 635. LL. CC. ove la legge non attende l'origine de' beni, se non ne'casi degli art. 670. 681. d. LL.

(3) Concorda con gli art. 660. 665. 667. LL. CC.

(4) Concorda con il cit. art. 667. LL. CC.

(5) Concorda con gli art. 668. e 671. LL. CC.

(6) Concorda con l'art. 670. LL. CC.

(7) Concorda con il cit. art. 670. LL. CC.

(8) Concorda con l'art. 671. LL. CC.

(9) Concorda con il cit. art. 671. LL. CC.

(10) Concorda con l'art. 672. LL. CC.

(11) Vedi l'art. 671. LL. CC. ove concorrono con il padre e con la madre anche i fratelli e sorelle unilaterali e loro discendenti.

(12) Concorda con l'art. 672. LL. CC.

(13) Nota. La preferenza de'bilaterali fratelli o sorelle e loro discendenti agli unilaterali non è espressamente indicata nell'art. 672. LL. CC.

(14) Concorda con l'art. 673. LL. CC.

(a) *Extat in L. 4. C. de praescript.*

1864. Successores universitales tenentur in solidum de dolo defuncti incidenti, et alias (a).

1865. Successori obstat, quod et auctori (b).

1866. Successori non iterum nocet, quod auctori nocuit (c).

1867. Successoris, et auctoris par conditio est (d).

1868. Suae rei non datur pignus, locatio, venditio, precarium (e).

1869. Suae rei unusquisque est moderator, et arbiter (f).

1870. Summa soluta, non cessa, valet in cessionibus; exceptis quatuor casibus, et expressa, non simulata donatione (g).

1871. Superaddita in contractibus non nocent (h): superficies solo cedit, seu ejus est superficies, cujus est solum (i).

1872. Supplicium ibi, ubi scelus (k).

1873. Suum perfecte non videtur esse, quod ex causa auferri potest (l).

---

long. temp. ubi sic. — Diutina possessio tantum jure successionis sine justo titulo obtenta, prodesse ad prescriptionem hac sola ratione non potest (1).

Vide L. 4. C. de usuc. pro haered.

(1) Concorda con l'art. 2135. LL. CC. Però la prescrizione trentenaria dispensa anche all'erede l'esibizione del titolo art. 2168. LL. CC.

(a) *Vide supra. — Aphor. 765.*

(b) *Extat in L. 143. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat, et successoribus eorum obstabit.

Vide L. 175. et 177. ff. eod.

Fluit regula ex L. 52. §. 1. ff. de pactis. L. 37. ff. de adquir. vel omitt. haered. L. 12. ff. de divers. temp. praescript.

(c) *Extat in L. 156. §. 2. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Cum quis in alicujus locum successerit, non est aequum ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cujus locum successit.

Fluit ex L. 3. §. 2. in fin. ff. de itin. actuque priv. L. 76. in fin. ff. de contrah. empt. L. 59. ff. de reg. jur.

(d) *Extat in L. 120. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nemo plus commodi haeredi suo relinquit, quam ipse habuit.

Et in L. 177. ff. eod. §. 1. ubi sic. — Qui in jus, dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet.

Et in L. 175. ff. eod. §. 1. ubi sic. — Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, a quo jus in me transit.

(e) *Vide supra. — Aphor. 1683.*

(f) *Vide infra. — Aphor. 1970.*

(g) *Vide supra. — Aphor. 193.*

(h) *Argom. legis 81. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur jus commune non laedunt.

Vide supra. — Aphor. 1573.

(i) *Extat in L. 24. ff. de servit. praed. urb. ubi sic.* — Cujus aedificium jure superius est, ei jus est in infinito supra suum aedificium imponere; dum inferiora aedificia non graviore servitute oneret, quam pati debent.

Vide L. 1. in princ. ff. eod.

Vide supra. — Aphor. 1812.

(k) *Vide supra. — Aphor. 1449.*

(l) *Extat in L. 139. §. 1. ff. de reg, jur. ubi sic.* — Non videtur perfecte cujusque id esse, quod ex causa auferri potest.

1874. Suum est et quod commune est (a). Quod suum non est; scire quisque debet ad alium pertinere (b).

(a) *Fluit ex L. 239. §. ult. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Verbum suum, ambiguum est, utrum de toto, an de parte significet; et ideo, qui jurat suum non esse, adjicere debet, neque sibi communem esse.

Argum. L. 46. ff. de ritu nupt. L. 74. ff. de legat. 111. immo vide. L. 96. in fin. ff. de verb. sign.

(b) *Extat in L. 11. C. unde vi, ab verso Ridiculum, ubi sic.* — Ridiculum enim est dicere, vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occupaverit. Omnes autem scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere.

Vide L. 15. ff. de except. rei judic.

TA

1875. Tabellionis officium excercere nequeunt advocati (a).

1876. Tacens non fatetur, sed non negat (b): affirmat in favorabilibus (c).

1877. Tacite quaedam possunt fieri, quae non possunt expresse (d).

1878. Tacite quae insunt, si adjecta sint, nihil novi juris constituunt (e).

1879. Temere litigans debet sumptus litis (f).

1880. Temperamentum judex adhibere potest (g).

1881. Tempus, id est, dilatio, seu terminus in contractu, vel testamento intelligitur appositus pro promissore, vel pro haerede (h).

1882. Tempus contractus spectandum (i). Tempus non est modus tollendae, vel inducendae obligationis (k).

1883. Testamentariae voluntates plenius, quam contractus interpretantur (l).

1884. Testamenti ab initio inutilia non convalescunt ex postfacto (m).

1885. Testamenti pugnantia simul ruunt (n). Testamenti pars una per aliam declaratur (o).

(a) *Vide supra. — Aphor. 15.*

(b) *Vide supra. — Aphor. 1276.*

(c) *Vide supra. — Aphor. 1593.*

(d) *Extat in L. 77. vers. nonnunquam ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quae aperte vitium adferunt.

Vide L. 195. ff. eod.

(e) *Argum. L. 22. §. 1. ff. Quando dies legat. L. 3. C. de fidejuss. L. 7. §. 2. ff. de supell. legat.*

(f) *Extat in L. 79. in princ. ff. de judiciis. ubi sic.* — Eum, quem temere adversarium suum in judicium vocasse constitit, viatica, litisque sumptus adversario suo reddere oportebit (1).

Vide L. 1. §. 1. ff. de vacat. mun. L. 4. C. de fruct. et lit. exp.

(1) Concorda con l'art. 222. leg. di pr. civ.

(g) *Argum. leg. 85. §. 2. ff. de reg. jur.* (2).

(2) Argom. dall'art. 290. LL. CC. e 317. leg. di pr. civ.

(h) *Extat in L. 17. ff. de reg. juris. ubi sic.*—Cum tempus in testamento adjicitur: credendum est pro haerede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: siculi in stipulationibus promissoris gratia adjicitur (3).

(3) Concorda con l'art. 1140. LL. CC.

Vide L. 43. §. 2. ff. de legat. 2. L. 15. in fin. ff. de annuis. L. 50. ff. de obl. et act. L. 41. §. 1. in fin. ff. de verb. obl. Vide supra. — Dilatio n. 435.

(i) *Vide supra. — Aphor. 291.*

(k) *Vide L. 44. §. 1. ff. de obl. et act.*

(l) *Vide supra. — Aphor. 939.*

(m) *Vide supra. — Aphor. 940.*

(n) *Extat in L. 188. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubi pugnantia inter se in testamento haberentur, neutrum ratum est.

Fluit regula ex L. 16. ff. condit. instit. L. 13. §. 3. L. 27. ff. de reb. dub. L. 14. C. de fide instr.

(o) *Vide L. 250. §. 3. ff. de legat. 1.*

1886. Testamenti causa potior, et prior successione ab intestato (a).
1887. Testamenti factio juris publici est (b).
1888. Testamenti verba, quae intelligi non possunt, pro non scriptis habentur (c).
1889. Testamentorum jura per se firma sunt, non ex alieno arbitrio pendere debent (d).
1890. Testamentum furiosi, et dementis nullum (e).
1891. Testamentum nocte fieri potest (f).
1892. Testamentum ruit, ubi nullus haeres sit (g).
1893. Testamentum in futurum valet, si sine vitio coeperit valere (h).
1894. Testamentum non valet si ita scriptum, *si haeres voluerit*, (i). non sic et legatum (k).
1895. Testandi jus inspiciendum de tempore testamenti, et mortis (l): in furiosis, et interdictis sufficit de tempore testamenti (m).

(a) *Vide supra. — Aphor. 1861.*

(b) *Extat in L. 3. ff. qui test. fac. poss. ubi sic.* — Testamenti factio non privati, sed publici juris est.

(c) *Vide supra. — Aphor. 1582.*

(d) *Extat in L. 32. ff. de haer. instit. ubi sic.* — Illa institutio, quos Titius voluerit, ideo vitiosa est, quod alieno arbitrio permissa est: nam satis costanter veteres decreverunt, testamentorum jura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere.

Vide L. 68. L. 70. ff. eod. Vide tamen. L. 43. §. 2. ff. de legat. 1.

(e) *Extat in L. 2. ff. de inoff. test. ubi sic.* — Hoc colore inofficioso testamento agitur, quasi non sanae mentis fuerunt, ut testamentum ordinarent. Et hoc dicitur, non quasi vere furiosus, vel demens testatus sit: sed recte quidem fecit testamentum; sed non ex officio pietatis: nam si vere furiosus esset, vel demens, nullum est testamentum (1).

Vide L. 16. §. 1. L. 17. ff. qui testam. facere poss.

(1) Concorda con l'art. 817. LL. CC.

(f) *Extat in L. 2. §. 6. ff. qui test. fac. poss. ubi sic.* — Posse et nocte signari testamentum nulla dubitatio sit (2).

(2) Concorda con l'art. 17. leg. sul notariato de' 23 novembre 1819.

(g) *Vide supra. — Aphor. 760.*

(h) *Extat in L. 120. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Omnia, quae ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio coeperint.

Vide L. 29. et 210. ff. eod.

(i) *Extat in L. 46. §. 3. ff. de fideicom. libert. ubi sic.* — Quod si ita scriptum sit, si haeres voluerit, non valebit. Sed ita demum si totum in voluntate fecit haeredis, si ei libuerit. Caeterum si arbitrium illi, quasi viro bono dedit, non dubitabimus, quia libertas debeatur.

Vide L. 41. ff. eod.

(k) *Extat in L. 46. §. 5. ff. de fideic. libert. ubi sic.* — Quidam, cum tres servos legasset, fidei haeredis sui commisit, ut ex his duos, quos vellet, manumitteret; fideicommissa libertas valebit, et quos ex his vellet, haeres manumitteret. Quare si eos vindicaret legatarius, quos haeres vult manumittere, exceptione doli repellatur (3).

(3) Argomento dall'art. 976. LL. CC.

(l) *Extat in L. 1. §. 8. ff. de bonor. poss. secundum. tabulas. ubi sic.* — Exigit, Praetor, ut is, cujus bonorum possessio datur, utroque tempore jus testamenti faciendi habuerit, et cum facit testamentum, et cum moritur..... Sed si quis utroque tempore testamenti factionem habuerit, medio tempore non habuerit, bonorum possessio secundum tabulas peti poterit.

(m) *Extat in d. L. 1. §. 9. ubi sic.* —

1896. Testari oportet uno contextu (a).

1897. Testari possunt mares completo anno decimoquarto; faeminae anno decimosecundo (b).

1898. Testari prohibens fit indignus haereditate (c).

1899. Testari cogens etiam in crimen incidit (d). Testari nequit incertus de statu suo (e); nec certam in testamento legem dicere potest (f).

1900. Testator legi derogare non potest (g). Testator eam sibi legem dicere non potest, a qua discedere nequit (h).

1901. Testatoris voluntas magis, quam verba plerumque intuenda est (i). Testatoris voluntas non solum expresse, sed etiam per conjecturas videtur revocari (k).

Si quis autem testamentum fecerit, deinde amiserit testamenti factionem, vel furore, vel quod ei bonis interdictum est, potest ejus peti bonorum possessio, quia jure ejus testamentum valet; et hoc generaliter de omnibus hujusmodi dicitur, qui amittunt mortis tempore testamenti factionem, sed ante factum eorum testamentum valet.

Vide L. 18. in princ. ff. qui testam. fac. poss.

(a) *Extat in L. 21. §. ult. ff. qui testam. facer. possunt. ubi sic.* — Uno contextu actus testari oportet: est autem uno contextu nullum actum alienum testamento intermiscere, quod si aliquid pertinens ad testamentum faciat, testamentum non vitiatur (1).

Vide L. 21. circ. fin. L. 28. in princ. C. de testam. 1. 3. Instit. de testam. ordin.

(1) Concorda con l'art. 902. LL. CC.

(b) *Vide supra. — Aphor. 1165.*

(c) *Extat in L. 1. in princ. ff. si quis aliq. test. ubi sic.* — Qui dum captat haereditatem legitimam vel ex testamento, prohibuit testamentarium introire, volente eo facere testamentum, vel mutare; Divus Hadrianus constituit, denegari ei debere actiones, denegatisque ei actionibus, fisco locum fore.... §. 2. Si plures haeredes instituti sint, et omnes dolo fecerint quo minus testamentum mutaretur; dicendum, actiones omnibus denegari, quia omnes dolo fecerunt (2).

Vide L. 2 ff. eod. et L 19. ff. de his. quae ut indign. L. 2. Cod. Si quis aliq. test. Nov 115. c. 3. §. 9.

(2) Concorda con l'art. 648. n. 4. LL. CC.

(d) *Extat in L. 1. C. Si quis aliq. test. ubi sic.* — Civili disceptationi crimen adjungitur, si testator non sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui haeres est institutus, vel a quolibet alio, quos noluerit, scripsit haeredes (3).

(3) Concorda con il cit. art. 648. n. 3. LL. CC. per il solo effetto civile della indegnità a succedere.

(e) *Extat in L. 15. ff. qui test. fac. poss. ubi sic.* — De statu suo dubitantes, vel errantes, testamentum facere non possunt: ut Divus Pius rescripsit.

(f) *Extat in L. 14. ff. eod. ubi sic.* — Qui in testamento domini manumissus est, si ignorat dominum decessisse, aditamque ejus esse haereditatem, testamentum facere non potest, licet jam paterfamilias, et jus juris est: nam qui incertus de statu suo est, certam legem testamento dicere non potest.

Vide L. 1. in princ. ff. de legat. 3.

(g) *Argum. leg. 35. ff. de legat. 1. et Instit. de legat. §. 16.* (4)

(4) Concorda con l'art. 816. LL. CC.

(h) *Extat in L. 22. in princ. ff. de legat. 3. ubi sic.* — Si quis in principio testamenti adscripserit, cui his legavero, semel deberi volo, postea eodem testamento, vel codicillis, sciens saepe eidem legavit, suprema voluntas potior habetur. Nemo enim eam sibi potest legem dicere, ut a priore et recedere non licet (5).

(5) Concorda virtualmente con gli art. 990. 991. e 992. LL. CC.

(i) *Extat in L. 16. C. de fideicom. circ. med. ubi sic.* — Sane quoniam in fi-

1902. Testatoris verba, quae non intelliguntur, pro non scriptis habentur, caeteris stantibus (a): item quae in eam causam perveniunt, a qua incipere non poluerunt (b).

1903. Testatoris voluntas primum locum obtinet in conditionibus scriptis in testamento, eaque regit conditiones (c).

1904. Testatoris suprema voluntas est ea, post quam nulla declarata est (d).

1905. Testatoris confessio in testamento se esse creditorem sola non sufficit ad crediti probationem (e).

1906. Testes plures ex una domo esse possunt (f).

1907. Testimonium non scriptum non admittitur contra scriptum testimonium (g).

---

deicommissis voluntas magis, quam verba plerumque intuenda est; si quas pro rei veritate praeterea probationes habes, ad commendandam hanc patris voluntatem, quam fuisse adseveras, apud Praesidem provinciae experiri non vetaris.

Vide L. 7. C. eod. L. 23. C. de legat. L. 7. in fin ff. de supell. legat. L. 19. in fin. ff. de usu et usufr. L. 67. in fin. ff. de legat. 2. L. 52. §. 4. ff. de legat. 3.

(k) *Argum. Leg. 3. §. ult. ff. de adim. vel transfer. legat. L. 27. C. de fideicom. L. 18. ff. de legat. 3.* (1).

(1) La rivocazione deve esser espressamente fatta art. 991. LL. CC.

(a) *Vide supra. —Aphor. 582.*
Vide L. 73 §. 3 ff. de reg. jur.

(b) *Extat in L. 3. §. 2. ff. de his quae pro non scriptis. ubi sic.* — Item si servo alieno quid legatum fuerit, et postea a testatore redemptus sit, legatum extinguitur. Nam quae in eam causam pervenerunt, a qua incipere non poterant, pro non scriptis habentur.

(c) *Extat in L. 19. ff. de condit. et demonstr. in princ. ubi sic.* — In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones. Denique et in ea conditione si filia mea cum Titio nupta erit, placuit non semper mortis tempus observari, sed voluntate patrociuante tardius produci (2).

Vide L. 7. C. de instit. et subst.

(2) Concorda per argom. dall'art. 995. LL. CC.

(d) *Argum. leg. 1. §. 1. de bon. poss. sec. tab.*

(e) *Extat in L. 6. C. de probat. ubi sic.* — Rationes defuncti, quae in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitae quantitatis solas sufficere non posse saepe rescriptum est. Ejusmodi juris est et si in ultima voluntate defunctus certam pecuniae quantitatem, aut etiam res certas sibi deberi significaverit.

Vide L. 37. §. 5. ff. de legat. 3. L. 11. §. 1. ff. de interr. in jur. fact. Novell. 48. c. 1. §. 1.

(f) *Extat in L. 17. ff. de testib. ubi sic.* — Pater, et filius, qui in potestate ejus est, idem duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utique in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex una domo plures testes ex alieno negotio adhiberi (3).

Vide L. 22. in princ. ff. qui test. fac. poss. §. 8. Instit. de testam.

(3) Non sono espressamente esclusi ne'casi di testamenti i testimoni della stessa famiglia, art. 901. 907. LL. CC. nè ne' casi di contratti art. 10. leg. sul notariato ne'23 novembre 1818.

(g) *Extat in L. 1. C. de testib. ubi sic.* — Contra scriptum testimonium non scriptum testimonium non fertur (4).

Vide L. 14. C. de contr. stip. L. 27. C. de testam.

(4) Concorda con l'art. 1285. LL. CC.

1908. Testimonium unius testimonium nullius (a). Nemo testis in causa propria (b).

1909. Testis mulier in judicio esse potest (c): item magistratus (d): non qui patrocinium praestiterit in eadem causa (e).

1910. Testis qui adversus fidem suae testationis vacillat, non est audiendus (f).

1911. Testis punitur poena falsi, qui falsam testationem, testimoniumve falsum dolo malo coierit (g).

1912. Testis fides, seu testimonii fides non admittenda propter lubricum consilii sui, nec propter notam, aut infamiam (h); nec ejus fides adhibenda, cui imperari potest, ut testis fiat (i).

(a) *Vide supra. — Aphor. 417.*

(b) *Extat in L. 10. ff. de testib. ubi sic.* — Nullus idoneus testis in re sua intelligitur.
Et in L. 10. C. eod. ubi sic. — Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem jura submoverunt.
Vide C. ne quis in sua causa.

(c) *Extat in L. 18. ff. de testib. ubi sic.* — Ex eo, quod prohibet lex Julia de adulteriis, testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonii in judicio dicendi jus habere.
Vide supra. — Aphor. 678.

(d) *Extat in L. 21. §. 1. ff. de testib. ubi sic.* — Illud quoque incuntabile est, ut si res exigat, non tantum privati, sed etiam magistratus, si in praesenti sint, testimonium dicant. Item Senatus censuit, Praetorem testimonium dare debere in judicio adulterii causa (1).

(1) Concorda in generale ne' giudizi penali con l'art. 549. leg. di proc. civ. salve l'eccezioni negli art. 550. e 553. d. LL. per le persone ivi indicate, e la norma prescritta col Real decreto de' 20 agosto. 1828.

(e) *Extat in L. ult. ff. de testib. ubi sic.* — Mandatis cavetur, ut Praesides attendant, ne patroni in causa, cui patrocinium praestiterunt, testimonium dicant. Quod et in executoribus negotiorum observandum est (2).

(2) Concorda in materia penale con l'art. 202 n. 8. leg. di pr. pen. In materia civ. non è questo caso compreso tra i capi di ricusa contra i testimoni nell'art. 378. leg. pr. civ.

(f) *Extat in L. 2 ff. de testib ubi sic.* — In testimoniis autem dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est: et ideo testes, qui adversus fidem suae testationis vacillant, audiendi non sunt (3).
Vide L. 16. ff. eod. L. 27. ff. de L. Corn. de falsis. L. 15. ff. de quaestion.

(3) In materia penale il testimonio vacillante può essere ricondotto alle verità con esser avvertito, o tenuto in disparte, ed anche col mandato, o arresto art. 264. leg. pr. civ.

(g) *Extat in L. 1. §. 1. et 2. ff. de lege Corn. de fal. ubi sic.* — Item ob instruendam advocationem, testimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentium, ex SC. coercetur. §. 2. Sed et si quis ob renunciandum, remittendumve testimonium, dicendum, vel non dicendum, pecuniam acceperit, poena legis Corneliae adjicitur, et qui judicem corruperit, corrumpendumve curaverit (4).
Vide L. ult. ff. de concussion. L. 17. C. de testib.

(4) Concorda con gli art. 188. e seg. leg. pen. in materia penale, a civile.

(h) *Extat in L. 3. §. 5. in fin. ff. de testib. ubi sic.* — Nam quidam propter reverentiam personarum, quidam propter lubricum consilii sui, alii vero propter notam et infamiam vitae suae, admittendi non sunt ad testimonii fidem (5).

(5) Concorda in materia civile con l'art. 378. leg. di pr. civ. vedi però l'art. 202. e 204. leg. di pr. pen. in materia penale.

(i) *Extat in L. 6. ff. de testib. ubi sic.* — Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, ut testes fiant. (6)

(6) Vedi la precedente nota.

1913. Testium non multitudo, sed sincera fides, cui potius lux veritatis adsistit, tenenda (a).

1914. Testibus in pari numero testationis extantibus pro libertate, et contra libertatem, pronunciandum pro libertate; item si dissonantes sint judicum sententiae (b).

1915. Thesaurus non est illud, quod metus, lucri, et custodiae causa repositum fuit; sed est vetus quaedam depositio pecuniae, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat (c).

1916. Thesaurus in proprio fundo inventus totus fit domini: in alieno fundo autem inventus dimidia parte a domino retenta, altera inventori traditur (d).

1917. Totum oportet agnoscere, aut a toto recedere (e).

(a) *Extat in L. 21. §. 3. in fin. ff. de testib. ubi sic.* — Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, et testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit (1).

Vide L. 13. ff. de probat. Vide alias circumstantias in d. §. 3. L. 21. ff. de testib. et in L. 3. ff. eod.

(1) Concorda virtualmente in materia civile con l'art. 376. leg. di pr. civ.

(b) *Extat in L. 24. ff. de manumissionib. ubi sic.* — Lege Iunia Patronia, si dissonantes pares judicum existant sententiae pro libertate pronunciari jussum. §. 1. Sed et si testes non dispari numero tam pro libertate, quam contra libertatem dixerint, pro libertate pronunciandum esse, saepe constitutum est (2).

(2) Argom. dall'art. 290. leg. pr. civ.

(c) *Extat in L. 31. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Thesaurus est vetus quaedam depositio pecuniae, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat, sic enim fit ejus, qui invenerit, quod non alterius sit. Alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiae condiderit sub terra, non est thesaurus, cujus etiam furtum fit (3).

Vide L. unic. C. de thesaur.

(3) Concorda con l'art. 636. LL. CC.

(d) *Extat in L. unic. C. de thesaur. ubi sic.* — Nemo in posterum super requirendo in suo, vel alieno loco thesauro, vel super invento ab alio, vel a se, effusis precibus pietatis nostrae benignas aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis unicuique, dummodo sine sceleratis, ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa thesaurum, id est, condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia, quaerere, et invento uti, liberam tribuimus facultatem; ne alterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur, ut superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est, et Imperatoriae Majestatis videatur pervenire liberalitas postulanda. In alienis vero terrulis nemo audeat invitis, immo nec volentibus, vel ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari. Quod si nobis super hoc aliquid crediderit, esse supplicandum, aut praeter hujus legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus invenerit, totum hoc locorum domino reddere compellatur, et velut temerator legis saluberrimae puniatur. Quod si forte vel arcendo, vel alias terram alienam colendo, vel quocumque casu, non studio perscrutandi, in alienis locis thesaurum invenerit, id, quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum locorum domino partiatur. Ita enim evenit, ut unusquisque suis fruatur, et non inhiet alienis (4).

Vide L. 31. ff. de adquir. rer. dom. L. 16. ff. de servit. praed. rustic. §. 39. Inst. de rer. div. L. 3. L. 6. C. de metall. L. 65. §. 4. ff. de adquir. rer. dom.

(4) Concorda con il cit. art. 636. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 16. ff. de adm. et peric.*

1918. Traditione clavium fundi operatur traditio mercium (a).

1919. Traditionis ope res fit emptoris (b). Per traditionem dominia rerum transferuntur (c).

1920. Traditionis ope prius executae alteri de duobus emptoribus dominium rei traditae a possessore est detinendum (d).

1921. Transactio fit de re dubia (e); non fit sine causa (f).

1922. Transactio cum eo, qui se haeredem dicit, vero haeredi nec nocet, nec prodest (g).

---

tutor. ubi sic. — Cum quaeritur judicio tutelae, quae nomina a tutore facta agnoscere pupillus debeat; Marcellus putabat si tutor pecuniam pupilli mutuam dedisset, et suo nomine stipulatus esset, nomine integra pupillo salva esse, deperdita, et male contracta ad tutorem pertinere: sed verius se putare, posse tutorem eam conditionem adolescenti deferre, ut id quod gessisset tutor in contrahendis nominibus, aut in totum agnosceret, aut a toto recederet: ita ut perinde esset, ac si tutor sibi negotium gessisset. Idem est, et si pupilli nomine credidisset.

(a) *Extat in L. 9. §. 6. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Item si quis merces in horreo repositas vendiderit, simul atque claves horrei tradiderit emptori, transferi proprietatem mercium ad emptorem (1).
Vide §. 45. Instit. de rer. div. L. 74 ff. de contr. empt.

(1) Concorda con l'art. 1452. LL. CC.

(b) *Extat in L. 59. ff. de adquir. rer. dom. ubi sic.* — Res ex mandatu meo empta, non prius mea fiet, quam si mihi tradiderit, qui emit (2).
Immo vide L. 65. in princ. ff. eod.

(2) La proprietà si acquista dal compratore anche pria che ne sia seguita la tradizione art. 1428. LL. CC.

(c) *Vide supra. — Aphor. 480.*

(d) *Extat in L. 15. C. de rei vindic. ubi sic.* — Quotiens duobus insolidum praedium jure distrahitur: manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem (3). Si igitur antecedente tempore te possessionem emisse, ac pretium exsolvisse apud Praesidem Provinciae probaveris: obtentu non datorum instrumentorum expelli te possessione non patietur. Erit sane in arbitrio tuo, pretium, quod dedisti, cum usuris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum, ac sumptuum ratio habeatur, cum et si ex causa donationis utrique dominium rei vindicetis, eum, cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conveniat.
Adde L. 72. ff h. t. L. 9. §. 4. ff. de publ. in rem. act. L. 14. ff. qui potior. L. 31. in fin. ff. de act. empt. et vend. L. 6. C. de haeredit. vendit. Immo vide L. 1. C. de donat.
Vide supra. — Aphor. 1480.

(3) Vale tale regola nella tradizione della cosa mobili art. 1095. LL. CC. Vedi per gl'immobili la nota all'aforismo 1480.

(e) *Extat in L. 1. ff. de transact. ubi sic.* — Qui transigit; quasi de re dubia, et lite incerta, neque finita transigit. Qui vero paciscitur; donationis causa rem certam, et indubitatam libertate remittit (4).
Vide L. 12. C. hoc. tit. L. 6. C. de solut.

(4) Concorda con l'art. 1916. LL. CC.

(f) *Extat in L. 8. §. 9. ff. de transact. ubi sic.* — In causa hoc erit requirendum, quae causa sit transigendi: sine causa enim neminem transigentem audiet Praetor (5).

(5) Argomento dall'art. 1921. LL. CC.

(g) *Extat in L. 3. §. 2. ff. de transact. ubi sic.* — Debitor, cujus pignus creditor distraxit, cum Mevio, qui se legitimum creditoris haeredem esse jactabat, minimo

1923. Transactio post rem judicatum non valet, nisi appellari potuerit (a).

1924. Transactio de alimentis auctore praetore facienda (b). Transactio justis causis potest rescindi (c).

1925. Transactio non extenditur ultra placita, et non cogitata: et de his valet, de quibus agitur (d).

1926. Transactio valet et existente lite, et per solum metum litis (e), nisi evidens calumnia detegitur (f).

1927. Transactio valere debet, alias nullus erit litium finis (g).

---

transegit; postea, testamento prolato, Septicium haeredem esse apparuit: quaesitum est, si agat pignoratia debitor cum Septicio, an is uti possit exceptione transactionis factae cum Mevio, qui haeres eo tempore non fuerit, possitque Septicius pecuniam, quae Mevio, ut haeredi, debitori numerata est, condictione repetere, quasi sub praetextu haereditatis, acceptam? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non posse: quia neque cum eo ipse transegit, nec negotium Septicii Mevius gerens accepit (6).

(6) Argom. dall'art. 1923. LL. CC.

(a) *Extat in L. 7. in princ. ff. de transact, ubi sic.* — Et post rem judicatam transactio valet, si vel appellatio intercesserit, vel appellare potueris (1).

Vide L. 11. ff. hoc. tit. L. 32. C. eod. L. 23. §. 1. ff. de condict. indebit.

(1) Concorda con l'art. 1928. LL. CC. quando la cosa giudicata fosse stata ignorata dalle parti.

(b) *Extat in L. 8. in princ. et §. 1. ff de trans. ubi sic.* — Cum hi, quibus alimenta relicta erant, facile trans gerent, contenti modico praesenti, Divus Marcus orationem in Senatu recitatam effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore Praetore facta. Solet igitur Praetor invenire, et inter consentientes arbitrari, an transactio, vel quae admitti debeat. §. 1. Ejusdem Praetoris notio ob transactionem erit sive habitatio, sive vestiarium, sive de praediis alimentum legabitur (2).

Vide etiam. §. 2. 8. et 17. d. legis. Immo. Vide L. 23. §. 2. ff. de condict. indebit. L. 8. C. de trans.

(2) Argomento dagli art. 27. e 1080. leg. pr. civ.

(c) *Argum. L. 8. §. 9. ff. de transact* (3).

(3) Concorda con gli art. 1925. e 1928. LL. CC.

(d) *Extat in L. 9. §. 1. ff. de transact. ubi sic.* — Transactio quaecumque sit, de his tantum, de quibus inter convenientes, placuit, interposita creditur (4).

Vide L. 5. et 9. ff. eod.

(4) Concorda con gli art. 1920. e 1921. LL. CC.

(e) *Extat in L. 2. C. de transact. ubi sic.* — Cum te proponas cum sorore tua de haereditate transegisse, et ideo certam pecuniam ei te debere cavisse, et si nulla fuisset quaestio haereditatis; tamen propter timorem litis transactione interposita, pecunia recte causa intelligitur, ex qua causa si fisco solvisses, repetere non posses, et, si non solvisses, tamen jure convenireris (5).

Vide L. 65. §. 1. ff. de condit. indeb. L. 23. ff. de trans.

(5) Concorda con l'art. 1916. LL. CC.

(f) *Extat in L. 61. §. 1. ff. de condict. indeb. ubi sic.* — Et quidem, quod transactionis nomine datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur: nam si lis fuit, hoc ipsum, quod a lite disceditur, causa videtur esse. Sin autem evidens calumnia detegitur, et transactio imperfecta est, repetitio debitur (6).

(6) Argom. dall'art. 1926. LL. CC.

(g) *Extat in L. 10. C. de tranct ubi sic.* — Fratris tui filiis de paterna successione, ac statu etiam nunc contra fidem sanguinis, idemque placitorum, quaestionem inferre parum probe postulas; nullus etenim erit litium finis, si a transactionibus bona fide interpositis coeperit facile discedi (7).

Vide L. 16 C. eod.

(7) Concorda virtualmente con l'art. 1916. LL. CC.

1928. Transactio inter fratres etiam minores valet, ut a fideicommisso se invicem liberentur (a).

1929. Transactio non rescinditur ob instrumenta noviter reperta, nisi a parte sed subtracta essent (b).

1930. Transactio par rei judicatae est (c).

1931. Transactio non valet, nisi aliquo dato, retento, vel promisso (d).

1932. Transactio non stat ex falsis instrumentis etiam cum jurejurando (e).

1933. Trebellianica id est quarta pars, retinetur ex haereditate fideicommissaria, et ex legatis (f).

(a) *Extat in L. 11. C. de transact. ubi sic.* — De fideicommisso a patre inter te, et fratrem tuum vicissim dato, si alter vestrum sine liberis excesserit vita, interposita transactio rata est, cum fratruum concordia remoto captandae mortis alterius voto improbabili retinetur, et non potest eo casu rescindi tanquam circumventus sis; cum pacto tali consenseris: neque eam, cui subveniri solet, aetatem agere te proponas: nec si ageres, iidem illis de causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes.

Vide L. 16. C. de pactis.

(b) *Extat in L. 19. C. de transact. ubi sic.* —Sub praetextu instrumenti post reperti, transactionem bona fide finitam rescindi jura non patiuntur. Sane si per se, vel per alium subtractis instrumentis, quibus veritas argui potuit, decisionem litis extorsisse probetur: si quidem actio superest, replicationis auxilio doli mali pacti exceptio removetur: ai vero jam perempta est, intra constitutum tempus tantum actionem de dolo exercere potes (1).

Vide L. 29. C. eod. L. 78. in fin. ff. ad SC. Trebell. Adde tamen. L. 3. §. 1. ff. de trans. L. 35. ff. de re judic. L. 31. ff. de jurejur.

(1) Concorda con l'art. 1929. LL. CC.

(c) *Extat in L. 20. C. de transact. ubi sic.* — Non minorem auctoritatem transactionum quam rerum judicatarum esse, recta ratione placuit, si quidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea, quae placuerant, custodiri (2) etc.

(2) Concorda con l'art. 1924. LL. CC.

(d) *Argum. leg. 3. C. de transact.*

(e) *Extat in L. 42. C. de transact. ubi sic.* — Si ex falsis instrumentis transactiones, vel pactiones initae fuerint, quamvis jusjurandum de his interpositum sit, etiam civiliter falso revelato, eas retractari praecipimus; ita demum, ut si de pluribus causis, vel capitulis eaedem pactiones, seu transactiones initae fuerint, illa tantummodo causa, vel pars retractetur, quae ex falso instrumento composito convicta fuerit, aliis capitulis firmis manentibus: nisi forte etiam de eo, quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiatur (3).

Vide L. 1. et seq. C. si ex falsis instrum. L. 29. ff. de min. L. ult. ff. de non num. pecun. L. 5. in fin. C. de legib. Nov. 51. c. 1.

(3) Vedi l'art. 344. leg. di pr. civ. ove la transazione sul falso incidente civ. per esser valida debbe esser omologata dal Tribunale inteso il pubblico ministero.

(f) *Extat in L. 3. §. 2. ff. ad SC. Trebell. ubi sic.* — Item Pomponius scribit. Si deductis legatis restituere quis haereditatem rogatur: quaesitum est, utrum solida legata praestanda sint, et quartam ex solo fideicommisso detrahere possit; an vero et ex legatis, et ex fideicommisso quartam detrahere possit? Et refert Aristonem respondisse, ex omnibus detrahendam, hoc est, ex legatis et ex fideicommisso (4).

Vide §. 5. Instit. de fideicom. haered.

(4) Vedi gli art. 979. e 837. e seg. LL. CC. sulla riduzione de'legati per eccesso della quota disponibile.

1934. Tributa, et stipendia sunt onera fructuum (a).
1935. Tributa exigere non est inter sordida munera (b).
1936. Turpe est patricio et causas oranti jus, in quo versatur, ignorare (c). Nefas est sine facti praefatione judici rem exponere (d): item adversus sua pacta venire (e).
1937. Turpia lucra sunt ab haeredibus extorquenda licet crimina extinguentur (f).
1938. Turpis stipulatio nulla est (g).
1939. Turpis quaestus suspicio evitanda in uxore (h).
1940. Turpitudinem suam allegans non auditur (i). In pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis (k): in re autem pari potior est conditio prohibentis (l). In turpiter factis non excusat paupertas (m).
1941. Tutela virile officium est (n) matre, et avia excepta (o).

(a) *Vide supra.* — *Aphor. 688.*

(b) *Extat in L. 17. §. 7. ff. ad Municipal. ubi sic.* — Exigenti tributi munus inter sordida munera non habetur: et ideo Decurionibus quoque mandatur.

(c) *Vide supra.* — *Aphor. 810.*

(d) *Vide L. 1. circ. med. ff. de origin. jur.*

(e) *Extat in L. 29. circ. princ. C. de pactis. ubi sic.* — Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit, non usurum fori praescriptione, propter cingulum militiae suae, vel dignitatis, vel etiam sacerdoti praerogativam: licet antea dubitabatur, si oporteret eamdem scripturam tenere, et eum, qui hoc pactus est, non debere adversus suam conventionem venire: vel licentiam ei praestare, discedere quidem ab scriptura, suo autem jure uti: sancimus, nemini licere adversus pacta sua venire, et contrahentes decipere. etc.

(f) *Extat in L. 5. ff. de calumniator. ubi sic.* — In haeredem autem competit in id, quod ad eum pervenit; nam est constitutum, turpia lucra haeredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur, ut puta ob falsum, vel judici ob gratiosam sententiam datum, et haeredi extorquebitur; et si quid aliud scelere quaesitum.

Vide L. 1. in princ. de privat. delict. L. 2. in fin. ff. vi bonor. rapt. L. 12. ff. ad leg. Corn. de fals.

(g) *Vide supra.* — *Apor. 1849.*

(h) *Extat in L. 51. ff. de donat. int. vir. et ux. ubi sic.* — Quintus Mucius ait; cum in controversiam venit, unde ad mulierem quid pervenerit: et verius, et honestius est, quod non demonstratur, unde habeat, existimari a viro, aut qui in potestate ejus esset, ad eam pervenisse. Evitandi autem turpis quaestus gratia circa uxorem hoc videtur. Quintus Macius probasse.
Vide L. 6. in fin. C. hoc. tit.

(i) *Vide supra.* — *Aphor. 93.*

(k) *Vide supra.* — *Aphor. 473.*

(l) *Extat in L. 28. ff. de comm. divid. ubi sic.* — Sabinus, in re communi neminem dominorum jure facere quicquam, invito altero posse. Unde manifestum est, prohibendi jus esse: in re enim pari potiorem causam esse prohibentis constat.

Vide L. 27. §. 1. ff. de servit. praed. urban.

(m) *Extat in L. 43 §. 5. ff. de ritu nupt. ubi sic.* — Non est ignoscendum ei, quae obtentu paupertatis turpissimam vitam egit (1)

(1) Vedi gli art. 300. e seg. leg. pen. ove son anche puniti i vagabondi, e la improba mendicità.

(n) *Argum. §. 1. Instit. de excus. tutor* (2).

(2) Vedi l'art. 354. LL. CC. ove la tutela essenzialmente è un peso di famiglia, e per mancanza di parenti assoluta o relativa si rende munus publicum.

(o) *Extat in L. 16. ff. de tutelis. ubi*

1942. Tutela est munus publicum (a). Tutela praecipue datur personae, secundo datur rebus (b).

1943. Tutela et cura de extraneis immunes sunt praesbyteri, diaconi, et snbdiaconi, non de cognalis, si velint (c).

1944. Tutor, et magistratus, qui pecuniam ex administratione in usus suos convertunt, usuras praestant cum dilatione (d); item tutor moram fa-

sic.—Tutela plerumque virileofficium est (3)

Vide L. ult. ff. cod. L. 1. 5. quando mulier tutel. offic.

(3) Concorda con l'art. 365. LL. CC.

Extat in Novel. 94. C. 1. circ. med. ubi sic. — Ideoque licentia sit matribus secundum antiquam observationem abrennunciantibus, et obligantibus suas res, scienti prius schema fuit, et tueri filios, et talem praescriptioneni non formidare: sed ita super his esse, ac si nec ab initio contigisset legem in hoc scribi.

Extat etiam in auth. Matri et aviae. C. quando mulier. tutelae off. ubi sic. — Matri, et aviae secundum ordinem tutelam etiam ante agnatos subire permittimus, si inter gesta nuptiis aliis, et SC. Vellejani auxilio renunciaverit: solis testamentariis tutoribus eas praecedentibus, legitimis et dativis postpositis. Defuncti namque voluntatem praeponi volumus. Praeter has autem aliis mulieribus interdicimus officium tutelae subire (4).

(4) Concorda con il cit. art. 365. n. 3.LL.CC.

(a) Vedi nota (n) nella pagina precedente.

(b) *Extat in L. 12. ff. de testam. tut. ubi sic.* — Certarum rerum, vel causarum testamento tutor dari non potest, nec deductis rebus.

Et in L. 13. ff. eod. ubi sic. — Et si datus fuerit, tota datio nihil valebit.

Et in L. 14. ff. eod. ubi sic. — Quia personae, non rei, vel causae datur.

Et in L.12.§.3. ff. de adm. et peric.tutor. ubi sic.—Cum tutor non rebus dumtaxat, sed etiam moribus pupilli praeponatur (1).

(1) Concorda con l'art. 373. LL. CC.

(c) *Extat in Novel. 123. cap. 5. ubi sic.* — Deo autem amabiles Episcopos, aut Monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscumque personae fieri permittimus: Praesbyteros autem, et Diaconos, et Subdiaconos jure, et lege cognationis tutelam, aut curam suscipere haereditatis permittimus proprio, et solo gradu cognationis ad tutelam, et curam vocatis, hujusmodi suscipere administrationem permittimus: si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud competentem judicem scripto declarent, talem administrationem propria voluntate suscepisse. Et si quis eorum forsan hoc fecerit, nullum ex hoc in alia tutela, aut cura praejudicium patiatur (2).

Vide Auth. Praesbyteros post. leg. 52. C. de Episc. L. 52. princ. C. de tutelis.

(2) Tra i dispensati, o esclusi dalla tutela non sono annoverati i sacerdoti i diaconi ed i suddiaconi art. 849, e seg. ed art. 364. e seguenti LL. CC.

(d) *Extat in L. 7. §. 4. ff. de admin. et peric. tutor. ubi sic.* — Pecuniae, quam in usus suos converterunt tutores, legitimas usuras praestant, sed hoc ita demum si evidenter doceantur, pecuniam in usus suos convertisse (3).

Vide §. 10. dictae legis.

Et in L. 38. circ. med. ff. de negot. gest. ubi sic. — Quoniam, ubi quis ejus pecuniam, cujus tutelam, negotiave administrat, aut magistratus municipii publicum in usus suos convertit, maximas usuras praestat, ut est constitutum a Divis principibus.

Et in dicta L. 7. §. 11. ff. de adm. et per. tut. ubi sic. — Usurae a tutoribus non statim exiguntur, sed interjecto tempore, ad exigendum, et ad collocandum duorum mensium. Idque in judicio tutelae servari solet. Quod spatium, seu laxamentum temporis tribui non oportet his, qui nummos impuberum, vel adolescentium in suos usus converterunt.

Vide L. 15. ff. eod. Nov. 72. c. 6. L. 26. §. 1. C. de usur.

(3) Concorda con l'art. 379. LL. CC. anche senza la conversione nell'uso proprio.

ciens in restituenda tutela (a).

1945. Tutor uti paterfamilias est (b).

1946. Tutor loco domini est (c), dummodo non spoliat pupillum (d): interdum salarium ei constituitur (e): lucrum ex tutela facere nequit (f).

1947. Tutor in rem suam auctor esse non potest (g) et agente cum pupillo curator datur in eam rem (h).

(a) *Extat in L. 10. ff. Rem pupilli, vel adolesc. salv. for. ubi sic.*—Si posteaquam pupillus ad pubertatem pervenerit, tutor in restituenda tutela aliquamdiu moram fecerit, certum est, et fructuum nomine, et usurarum medii temporis tam fidejussores ejus, quam ipsum teneri (1).

(1) Concorda con l'art. 397. LL. CC.

(b) *Extat in L. 10. ff. de admin. et peric. tutor. ubi sic.* — Generaliter quotiescumque non fit nomine pupilli, quod quivis paterfamilias idoneus facit, non videntur defendi; sive igitur solutionem, sive judicium, sive stipulationem detractat, defendi non videntur (2).

(2) Concorda virtualmente con art. 373.LL.CC.

(c) *Extat in L. 27. ff. de admin. et peric. tutor. ubi sic.* — Tutor, qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem domini loco haberi debet (3).

Vide L. 56. §. pen. ff. de furt.

(3) Concorda virtualmente con il cit. art. 373. 1. comma LL. CC.

(d) *Extat in L. 7. §. 3. ff. pro emptore ubi sic.* — Si tutor rem pupilli subripuerit, et vendiderit; usucapio non contingit, prius quam res in potestatem pupilli redeat; nam tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat (4).

Vide L. 56. §. 4. ff. de furt.

(4) Concorda virtualmente con il cit. art. 373 2 comma LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 33. §. 3. ff. de adm., et per tutor. ubi sic.*— Principalibus Constitutionibus declaratur: Sumptuum, qui bona fide in tutelam, non qui in ipsos tutores fiunt, ratio haberi solet; nisi ab eo, qui eum dat, certum salarium ei constitutum est (5).

(5) L'ufizio del tutore è meramente gratuito: perciocchè non vi è caso in legge, che concedesse salario al tutore.

(f) *Vide casum in L. 58. in princ. ff. de adm. et peric. tut. ubi in fine dicitur. sic.* — Quia lucrum facere ex tutela non debet (6).

(6) Concorda per arg. dall'art. 379. LL. CC.

(g) *Extat in L. 1. in pr. ff. de auct. et cons. tutor. ubi sic.* — Quamquam regula sit juris civilis in rem suam auctorem fieri non posse: tamen potest tutor proprii debitoris haereditatem adeunti pupillo auctoritatem accomodare, quamvis per hoc debitor ejus efficiatur...

Et in L. 7. ff. eod. in princ. ubi sic. — Quod dicimus, in rem suam auctoritatem accomodare tutorem non posse; toties verum est, quoties per semet, vel subjectas sibi personas adquiritur ei stipulatio (7): caeterum negotium ei geri per consequentias, ut dictum est, nihil prohibet auctoritas.

Vide L. 5. in princ. ff. eod. §. ult. Instit. hoc tit. L. 1. §. 13. ff. ad SC. Trebell.

(7) Concorda con l'art. 373. 2. comma in fine LL. CC.

(h) *Extat in L. 3. §. 2. ff. de tutelis. ubi sic.* — Si pupillus, pupillave cum justo tutore, tutorve cum eorum (quo) litem agere vult, et curator in eam rem petitur: utrum ipsis poscentibus datur, an vero, et adversario? Et sciendum est sive agant, sive conveniantur, dari hunc curatorem posse: sed non alias, quam si ipse petat, cui dari eum oportet (8).

Vide L. 2. in fin. L. ult. C. de in litem. dand. tutor. §. ult. Inst. de auct. tutor. L. 2. §. pen. ff. qui petant tutor.

(8) Vedi l'art. 342. 2. comma LL. CC. ove in tal caso agisce per il minore il tutor surrogato.

1948. Tutor suspectus est qui sordide, perniciose gerit, aut quid intercepit (a), et a tutela reicitur (b), etiam ob segnitiem, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam (c); non ob paupertatem si fidelis, et diligens sit (d).

1949. Tutor de suo non alit pupillum (e).

1950. Tutor repetit omnes impensas (f), et sumptus litium, et viatica (g); nec non usuras pecuniae de suo consumptae (h).

1951. Tutor praestat culpam, et diligentiam, qualem in suis rebus (i).

1952. Tutor procuratorem constituere potest (k).

(a) *Extat in L. 3. §. 5. ff. de suspect. tutor. ubi sic.* — Nunc videamus, ex quibus causis suspecti removeantur? Et sciendum est, aut ob dolum in tutela admissum suspectum licere postulare, si forte grassatus in tutela est, aut sordide egit, vel perniciose pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus jam tutor (1).

Vide L. 17. §. 1. ff. de testam. tut.

(1) Concorda in generale con l'art. 367. LL. CC.

(b) *Extat in d. L. 3. §. 2. ff. eod. ubi sic.* — Damus autem jus removendi suspectos tutores Romae Praetoribus, in provinciis Praesidibus earum.

Vide §. 1. Instit. de suspect. tutor.

(c) *Extat in d. L. 3. §. 18. de susp. tutor. ubi sic.* — Qui ob segnitiem, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam remotus sit: in hac causa est, ut integra existimatione tutela, vel cura abeat. Sed et si quis ob fraudem non removerit aliquem, sed ei adjunxerit, non erit famosus, quia non est abire tutela jussus (2).

Vide L. 4. in fin. ff. eod. Adde L. 2. C. de tut. qui satis. non ded. L. ult. C. de susp. tut.

(2) Vedi il cit. art. 367. LL. CC.

(d) *Extat in L. 8. ff. de susp. tutor. ubi sic.* — Suspectum tutorem eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit; enimvero tutor, quamvis pauper est, fidelis tamen, et diligens, removendus non est, quasi suspectus.

Vide §. ult. Inst. hoc. tit. L. 5. C. eod. L. 17. §. 1. ff. de testam. tut. L. 21. §. 5. ff. de tutor. et curat. dand.

(e) *Extat in L. 3. ff. ubi pupill. mor. ubi sic.* — Sed si egeni sunt pupilli, de suo eos alere tutor non compellitur: et si forte, post decreta alimenta, ad egestatem fuerit pupillus perductus, domini debent, quae decreta sunt; quemadmodum solent augeri, si quid patrimonio accesserit.

(f) *Extat in L. 1. §. 4. ff. de contraria tutelae. ubi sic.* — Praeterea, si tutelae judicio quis convenitur, reputare potest id, quod in rem pupilli impendit (3) etc.

Vide L. 2. L. 3. ff. ubi pupill.

(3) Concorda con l'art. 394. LL. CC. ma le spese debbon risultar vantaggiose.

(g) *Extat in L. 1. §. 9. de tut. et rat. distr. ubi sic.* — Item sumptus litis tutor reputabit, et viatica, si ex officio necesse habuit aliquo excurrere, vel proficisci (4).

(4) Vedi la nota precedente.

(h) *Extat in L. 3. §. 1. circ. med. ff. de contraria tutel. ubi sic.* — Consequitur autem pecuniam, si quam de suo consumpsit, etiam cum usuris (5).

Vide L. 22. ff. de evict.

(5) Vedi l'art. 397. 2. comma. LL. CC. ove gl'interessi delle somme, che dal minore fossero dovute al tutore dopo l'ultimazione del conto decorrono dal giorno della dimanda.

(i) *Extat in L. 1. in princ. ff. de tutelae. et ration. distr. ubi sic.* — In omnibus, quae fecit tutor, cum facere non deberet, item in his, quae non fecit, rationem reddet hoc judicio, praestando dolum, culpam, et quantam in rebus suis diligentiam (6).

Vide L. 7. C. arbitr. tut.

(6) Concorda con l'art. 373. 2. comma. LL. CC.

(k) *Fluit ex L. 28. ff. de solut. ubi*

1953. Tutori licet a debitoribus pupilli pecuniam exigere, non donare, vel etiam diminuendi causa cum eis transigere (a).

1954. Tutori non nocet eventus malus in bene gestis (b).

1955. Tutoris dolus neque prodest, neque nocet pupillo, nisi locupletior ex eo factus est (c).

1956. Tutoris vel curatoris dolo, seu lata, aut levi culpa a minoribus quid amissum in tutelae, seu negotiorum gestorum utile judicium venit (d).

---

sic. — Debitores solvendo ei, qui pro tutore negotia gerit, liberantur, si pecunia in rem pupilli pervenit (7).

(7) Nel caso di doversi il tutor far coadjuvare da uno, o più amministratori particolari stipendiati dovrà esser autorizzato dal consiglio di famiglia art. 377 2. comma. LL. CC.

(a) *Extat in L. 46. §. ult. ff. de adm. et per. tut. ubi sic.* — Tutoribus concessum est a debitoribus pupilli pecuniam exigere, ut ipso jure liberentur, non etiam donare, vel etiam diminuendi causa cum iis transigere; et ideo eum, qui minus tutori solvit, a pupillo in reliquum conveniri posse (1).

Vide L. 12. ff. eod. L. 12. ff. de curat. fur. L. 16. C. de admin: tutor — N. valet transactio cum fure L. 56. §. 4. ff. de furt. L. 54. §. ult. ff. eod.

(1) Concorda in generale con l'art. 390. LL. CC.

(b) *Extat in L. 3. §. 7. ff. de contr. tut. ubi sic.* — Sufficit tutori bene, et diligenter negotia gessisse, etsi eventum adversum habuit, quod gestum est.

Vide L. 10. ff. de neg. gest. §. 1.

(c) *Extat in L. 3. ff. quando ex fact. tut. ubi sic.* — Dolus tutorum puero neque nocere, neque prodesse debet. Quod autem vulgo dicitur tutoris dolum pupillo non nocere, tunc verum est, cum ex illius fraude locupletior pupillus factus non est. Quod merito Sabinus tributoria actione pupillum conveniendum ex dolo tutoris existimavit, scilicet si per iniquam distributionem pupilli rationibus favit. Quod in depositi quoque actione dicendum est: item haereditatis petitione; si modo, quod tutoris desiit, pupilli rationibus illatum probetur (2).

Vide L. 15. in princ. ff. de dolo malo.

(2) Concorda per argom. dall'art. 1266. LL. CC.

(d) *Argum. L. 1. in princ. ff. de tut. et rat. distr. L. 2. C. si tut. vel cur. non gess.* (3).

(3) Concorda negli effetti con gli art. 373. 1328, 1103. LL. CC.

UB

1957. Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus (a).

1958. Ubi tutela pervenit, ibi et haereditas, si tutor sit proximus parens (b). Ubi onera matrimonii sunt, ibi dos esse debet (c).

1959. Ubi lex duos dat menses pro termino, audiendus est qui sexagesimo primo die venit (d).

1960. Ubi verba neque conjuncta, neque disjuncta sunt, sufficit alterutrum esse factum pro adimplenda obligatione (e).

1961. Ubi praesentia opus est, potest respondere mutus surdus (f).

1962. Ubi duo sunt in poena oneratur potior, et melior est causa possessoris (g).

1963. Ubi captiosa surgit interpetratio, quod minimum habet iniquitatis est eligendum (h).

1964. Ubi est eadem legis ratio, idem jus statuatur, oportet (i).

1965. Ubi de obligando agitur, propensiores sumus ad negandum, ubi de liberando faciliores (k).

(a) *Argum. L. 2. §. 1. ff. de judic. L. 8. ff. de Publ. in rem. act.*

(b) *Extat in L. 73. in princ. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Quo tutela redit, eo haereditas pervenit, nisi cum faeminae haeredes intercedunt.

Fluit reg. ex L. 1. in princ. ff. de leg. tut. Instit. de legit. patron. tut. in fin. L. 65. in princ. ff. pro socio.

(c) *Extat in L. 56. §. 1. ff. de jur. dot. ubi sic.*—Ibi dos esse debet, ubi onera matrimonii sunt (1).

Vide sup. Aph. 1142.

(1) Concorda con l'art. 1353. LL. CC.

(d) *Extat in L. 101. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, et qui sexagesimo et primo die venerit, audiendus est: ita enim et Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit (2).

Fluit regula ex L. 28. L. 31. §. 22. ff. de Ædilit. Edict. L. 27. §. 11. ff. de admin. et peric. tut. L. 46. §. 4. ff. de jur. fisci, L. ult. C. de jur. emphyt. L. 5. circ. C. de natur. liber. L. ult. C. de fideic. liber. L. 1. C. de tempor. et reper. appell. L. pen. ult. C. de fidejuss. L. 6. L. ult. C ad Leg. Iul. de adult. L. ult. C. de bon. proscript. Novel. 83. in princ. §. ult. Novel 96. c. 1.

Vide supra Aphor. 419.

(2) Concorda per argom. dell'art. 1108 Leg. di pr. civ.

(e) *Extat in L. 110. §. 3. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Ubi verba conjuncta non sint, sufficit alterutrum esse factum (3).

Fluit regula ex L. 10. in fin. ff. de jur. dot L. 5. ff. condit. instit. L. 13. §. 5. ff. de reb. dub. L. 78. §. 1. ff. de condit. et demonstr. L. 44. §. 3. ff. de obl. et act. L. 129. in fin. ff. de verb. obl. L. 13. in princ. ff. judic. solvi.

(3) Argom. dell'art. 1142. LL. CC. che ciò dispone nelle obbligazioni alternative, alle quali si equipara questo caso.

(f) *Vide supra. — Aphor. 1206.*

(g) *Vide supra — Aphor. 896.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 176.*

(i) *Argum. L. 12. ff. de legat. 1. L. 20. C. de furt. L. fin. C. de indict. vid. toll.* (4).

(4) Argom. dell'art. 1117. LL. CC.

(k) *Vide supra Aphor. 865.*

1966. Ultima voluntas favenda (a).

1967. Ultimae voluntatis quaestio ad judicem spectat (b).

1968. Universitas manet in uno superstite (c).

1969. Universitatem facit major pars, et ejus consensus fit per duas tertias partes (d).

1970. Unusquisque rei suae est moderator, et arbiter, nisi tertio noceat (e): nec ea abuti potest (f).

1971. Unusquisque domum suam reficere potest, nisi tertio noceat (g).

1972. Unusquisque potest renuntiare suo beneficio (h), secus si beneficium, seu privilegium sit reale (i).

1973. Unusquisque renuntiare potest juri suo (k).

(a) *Extat in L. 1. C. de Sacr. Eccl. ubi sic.* — Habeat unusquisque licentiam sanctissimo Catholico, venerabilique Concilio decedens bonorum, quod optaverit, relinquere: et non sint cassa judicia ejus. Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremae voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus, et licitum, quod iterum non redit, arbitrium.

Vide Novel. 22. c. 2. in princ.

(b) *Extat in L. 7. C. de fideic. ubi sic.* — Voluntatis defuncti quaestio in estimatione judicis est.

Vide L. 15. C. eod. L. 95. ff. de legat. 3. L. 12. L. 69. §. prim. ff. eod, L. 168. in fin. ff. de r. j.

(c) *Extat in L. 7. §. 2. ff. quod cujusque universit. ubi sic.* — In Decurionibus, vel aliis universitatibus nihil refert, utrum omnes idem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint. Sed si universitas ad unum redit, magis admittitur posse eum convenire, et conveniri, cum jus omnium in unum reciderit, et stet nomen universitatis.

Vide tamen L. 85. ff. de verb. sign.

(d) *Extat in L. 160 §. 4. ff. de reg jur. ubi sic.* — Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem.

Fluit regula ex L. 3. et 4. ff. quod cujusque univerr. L. 19. ff. ad Municipal.

Vide supra Aphor. 1120 et 266.

(e) *Extat in L. 55. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

Et in L. 21. C. mand. — In re mandata non pecuniae solum, cujus est certissimum mandati judicium, verum etiam existimationis periculum est. Nam suae quidem quisque rei moderator, atque arbiter, non omnia negotia, sed pleraque ex proprio animo facit etc. (1).

(1) Concorda con gli art. 462, e 469 LL. CC.

(f) *Argumento §. 2. Instit. de his, qui sui (2).*

Vide supra Aphor. 924.

(2) Concorda con gli art. 469 e 436 LL. CC.

(g) *Vide supra Aphor. 484.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 152.*

(i) *Vide Franc. Verde. Instit. Canonic. pag. 39.*

(k) *Fluit ex L. 29. C. de pactis. ubi sic.* — Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit, non usurum fori praescriptione, propter cingulum militiae suae, vel dignitatis, vel etiam sacerdotii praerogativam: licet antea dubitabatur, si oporteret eamdem scripturam tenere, et eum, qui hoc pactus est, non debere adversus suam conventionem venire: vel licentiam ei praestare, discedere quidem ab scriptura, suo autem jure uti: sancimus, nemini licere adversus pacta sua venire, et contrahentes decipere: si enim et ipso Praetoris Edicto, pacta conventa, quae neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo observanda sunt: quare et in hac causa pacta non valeant, cum alia sit regula juris antiqui, *omnes licentiam habere,*

1974. Unusquisque magis vult sibi, et suis providere, quam aliis (a).
1975. Unusquisque sibi ipsi solvendo est, et quod ad se attinet, dives est (b).
1976. Unusquisque de socio habet facultatem utendi re comuni (c).
1977. Urbis appellatione muris finitur (d).
1978. Urbis appellatione aedificia continentia veniunt (e).
1979. Usuarii rem non potest proprietarius commutare (f).
1980. Usucapere nequit creditor pignoratitius (g).
1981. Usucapio bono publico introducta est, ne dominia rerum incerta essent (h).

---

his, quae pro se introducta sunt renunciare? Omnes itaque judices nostri hoc in litibus observent (3).
Vide L. 41. ff. de minor.

(3) Concorda virtualmente con gli art. 692. 701. 708. 1741. 1920. 2126. ed altri LL. CC. e 495. leg. di pr. civ.

(a) *Argom. L. 85. ff. de haer. instit. L. 102. ff. de condit. et demonstr* (1).

(1) Concorda con l'art. 1076. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 82. circa med. ff. ad L. falc. ubi sic.* — Quare cum nomen minus solvendo est in haereditate, ejus, quod exigi potest, pro rata sit distributio, residui venditio facienda est: ut id demum in haereditate computetur, quanti nomen distrahi potest. Sed cum debitori liberatio relinquitur, ipso sibi solvendo videtur, et quod ad se attinet, dives est.

(c) *Fluit ex L. 6. §. 2. ff. comm. divid. ubi sic.*—Sive autem locando fundum communem, sive colendo, defuncto communi quid socius consecutus sit, communi dividundo judicio tenebitur. Et si quidem communi nomine id fecit, neque lucrum, neque damnum sentire eum oportet; si vero non communi nomine, sed ut lucretur solus, magis esse oportet, ut et damnum ad ipsum respiciet. Hoc autem ideo praestat communi dividundo judicio, quia videtur partem suam non potuisse expedite locare. Caeterum, non alias communi dividundo judicio locus erit; ut et Papinianus scribit, nisi id demum gessit, sine quo partem suam recte administrare non potuit: alioquin si potuit, habet negotiorum gestorum actionem, eaque tenetur (2).

(2) Concorda con l'art. 1731. n. 2. LL. CC.

(d) *Fluit ex L. 2. ff. de verb. sign. in princ. ubi sic.* — Urbis appellatio muris: Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet etc.
Vide L. 4. §. 4. ff. de pen. legat. L. 87. 173. §. 1. ff. de verb. sign.

(e) *Fluit ex d. L. 87. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Ut Alfenus ait, urbs est Roma, quae muro cingeretur, Roma est etiam, qua continentia aedificia essent: nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi; cum diceremus Romam nos ire, etiam si extra urbem habitaremus.
Et ex d. L. 173. §. 1. ff. eod. ubi sic. — Qui extra continentia urbis est, abest: caeterum usque ad continentia non abesse videbitur.
Vide L. 199. in princ. ff. eod. L. 5. et 6. ff. de proc.

(f) *Extat in L. 23. ff. de usu, et habit. ubi sic.*—Neratius: usuariae rei speciem is, cujus proprietas est, nullo modo commutare potest. Paulus: deteriorem enim causam usuarii facere non potest: facit autem deteriorem etiam in meliorem statum commutata (3).

(3) Argom. dall'art. 524. LL. CC.

(g) *Extat in L. 13. ff. de usurp. ubi sic.* — Pignori rem acceptam usu non capimus: quia pro alieno possidemus (4).
Adde L. 1. C. de usucap.

(4) Concorda con l'art. 2142. LL. CC.

(h) *Vide supra Aphor. 1515.*

1982. Usucapio est adjectio dominii, et legalis alienatio (a).

1983. Usucapio procedit in servitutibus (b). Non prodest ei, qui scienter emit ab eo, cui interdicta erat alienatio, hoc est, quae alienari prohibentur, usucapi non possunt (c).

1984. Usucapio a defuncto incoepta continuat etiam ante aditam haereditatem (d), et prodest ulteriori haeredi, etiamsi medius haeres non possiderit (e). Usucapionem non parit juris error (f).

1985. Usura non natura pervenit, sed jure percipitur (g).

1986. Usurae sumptuum debentur cohaeredi a die morae (h).

1987. Usurae pensionum fundi locati a fidejussore etiam debentur post moram (i).

(a) *Extat in L. 3. ff. de usurp. ubi sic.* — Usucapio est adjectio dominii per continuationem pessessionis temporis lege definiti (1).

Vide supra Aphor. 73.

(1) Concorda con l'art. 633. LL. CC.

(b) *Fluit ex L. 10. ff. si servit. vindic. ubi sic.* — Si quis diuturno usu, et longa quasi possessione jus aquae ducendae nactus sit, non est ei necesse docere de jure, quo aqua constituta est: veluti ex legato, vel alio modo: sed utilem habet actionem, ut ostendat per annos forte tot usum se, non vi, non clam, non precario possedisse.

Et in L. 5. §. 3. ff. de itin. ubi sic.—Si quis servitutem jure impositam non habeat; habeat autem velut longae possessionis prerogativam ex eo, quod diu usus est servitute; interdicto hoc uti potest (2).

Vide L. 1. et 2. C. de servitut. L. 1. §. ult ff. de servit. praed. rustic.

(2) Concorda per acquistarsi le servitù continue ed apparenti con l'art. 611. LL. CC. o per estinguersi una servitù art. 627. dette. LL.

(c) *Extat in L. 12. ff. de usurp. ubi sic.* — Si ab eo emas, quem Praetor vetuit alienare, idque tu scias, usucapere non potes (3).

(3) Concorda virtualmente con l'art. 2171. LL. CC.

(d) *Extat in L. 40. ff. de usurp. ubi sic.* — Coeptam usucapionem a defuncto posse et ante aditam haereditatem impleri constitutum est (4).

Vide L. 31. §. 5. eod. L. 6. in fin. ff. pro. empt. L. 30. in princ. ff. ex quib. caus. major.

(4) Concorda con l'art. 2141. LL. CC.

(e) *Extat in L. 2. §. 18. ff. pro emptore, ubi sic.* — Etiam haeredi ulteriori defuncti possessio proderit, quamvis medius haeres possessionem ejus nactus non sit (5).

Vide L. 44. §. 3. ff. pro haered.

(5) Concorda con gli art. 2140. e 2141. LL. CC.

(f) *Extat in L. 31. in princ. ff. de usurp. ubi sic.* — Nunquam in usucapionibus juris error possessori prodest, et ideo Proculus ait: Si per errorem initio venditionis tutor pupillo auctor factus sit: vel post longum tempus venditionis peractum, usucapi non posset, quia juris error est (6).

Vide L. 32. §. 1. ff. eod. L. 4. ff. de jur. et fact ignor, L. 2. §. 15. ff. pro emp. L. 4. C. qui bon. ceder.

(6) Concorda virtualmente con l'art. 2171. LL. CC. per la parte, che richiede il titolo giusto, cioè a norma della legge; non sarebbe quindi giusto il titolo, se racchiudesse errore di dritto.

(g) *Argom. L. 121. ff. de verb. sig.* (7).

(7) Concorda virtualmente con l'art. 1779 LL. CC. ove la legge riconosce due specie d' interessi, quello fissato da essa, e quello convenuto tra contraenti.

(h) *Extat in L. 18. ff. 3. fam. ercisc. ubi sic.* — Sumptuum, quos unus ex haeredibus bona fide fecerit, usuras quoque consequi potest a cohaerede, ex die morae secundum rescriptum Imperatorum Severi, et Antonini.

Vide L. 18. §. 1. Cod. eod.

(i) *Extat in L. 54. in princ. ff. locat. ubi sic.* — Quaero an fidejussor coudictio-

1988. Usurae non repetuntur a creditore super usuris solutis anteriori creditori (a).

1989. Usurae pupillares sortem augent (b).

1990. Usurae sortem excedere non debent sive partim, sive simul et semel solutae (c).

1991. Usurae usurarum non debentur (d): et solutae repetuntur condictione indebiti (e).

---

nis, etiam in usuras, non illatarum pensionum nomine, teneatur: nec prosint ei constitutiones, quibus cavetur, eos, qui pro aliis pecuniam exsolvunt, sortis solummodo damnum agnoscere oportere? Paulus respondit, si in omnem causam conductionis etiam fidejussor se obligavit, eum quoque exemplo coloni, tardius illatarum per moram coloni pensionum praestare debere usuras (2).

Vide supra Aphor. 253.

(2) Concorda con l'art. 1108. LL. CC.

(a) *Extat in L.* 12. §. 6. *qui potior. in pign. ubi sic.* — Sciendum est, secundo creditori eum teneri etiam invito debitore tam in suum debitum, quam in primi creditoris, et in usuras suas, et quas primo creditori solvit. Sed tamen usurarum, quas creditori primo solvit, usuras non consequetur. Non enim negotium alterius gessit, sed magis suum. Et ita Papinianus Lib. 3. responsorum scripsit, et verum est.

Vide L. 22. *C. de pign. L.* 58. §. 2. *ff. ad. SC. Trebell.*

(b) *Extat in L.* 58. §. *ult. ff. de adm. et peric. tutor. ubi sic.*—Quaesitum est, an usurae pupillaris pecuniae, quas tutores debuerunt, cum ad curatorem transferuntur, in sortem computentur, et universae summae usuras debere curatores incipiant? Respondit, omnis pecuniae, quae ad curatores transit, parem causam esse; quia omnis sors efficitur (1).

Vide §. *1. d. legis.*

(1) Concorda con l'art. 378 LL. CC.

(c) *Extat in L.* 10. *C. de usuris*, *ubi sic.* — Usurae per tempora solutae non proficiunt reo ad dupli computationem. Tunc enim ultra sortis summam usurae exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam computationem.

Vide L. 27. *C. eod. Novell.* 121. *et* 138.

(d) *Extat in L.* 28. *C. de usur. ubi sic.* — Ut nullo modo usurae usurarum a debitoribus exigantur, et veteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum: Si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum, et totius summae usuras stipulari, quae differentia erat debitoribus, a quibus revera usurarum usurae exigebuntur? Hoc certe erat non rebus, sed verbis tantummodo legem ponere. Quapropter hoc apertissime lege definimus, nullo modo licere cuiquam usuras praeteriti temporis, vel futuri in sortem redigere, et earum iterum usuras stipulari. Sed et si hoc fuerit subsecutum: usuras quidem semper usuras manere, et nullum usurarum incrementum sentire: sorti antiquae tantummodo incrementum usurarum accedere (2).

Vide L. 20. *C. ex quib. causis infam. L.* 26. §. 1. *ff. de condict. indeb. L.* 2. §. 5. *ff. de admin. rer.*

Adde L. ult. ff. de magistr. convent. L. 1. *C. de fisc. usur. L.* 15. *ff. de usur. Vide tamen L.* 7. §. 12. *L.* 58. §. 1. *et* 4. *ff. de adm. et peric. tut.*

Vide L. 57. *ff. de pact. L.* 2. §. 6. *ff. de doli mali et met. except.*

(2) Nota — L'anatocismo permesso con l'art. 1154. del già cod. civ. non viene ritenuto nelle vigenti leggi civ. come opposto alla publica morale. Ciò si desume dall'aver le vigenti leggi civ. tassativamente permesso gl'interessi sulle sole rendite scadute giusta l'art. 1108. LL. CC.

(e) *Extat in L.* 26. §. 1. *ff. de con-*

1992. Usurae poenalis debiti officii causa non exiguntur (a).

1993. Usurae post moram debentur etiam non stipulatae (b); secus si fuerit taciturnitas (c). Usurae non propter lucrum petentium, sed propter moram solventium infliguntur (d).

1994. Usurae ab emptore, cui possessio tradita est, ipso jure aequitatis ratione praestantur, dummodo pretium venditori non sit oblatum (e).

1995. Usuris in futurum solutis sors interim peti non potest (f). Accepta sorte usuris tacite renunciatur (g).

1996. Usumfructum retinere est continuo tradere dominium (h).

---

diction. indeb. ubi sic. — §. 1. Supra duplum autem usurae, et usurarum usurae, nec in stipulatum deduci, nec exigi possunt, et solutae repetuntur; quemadmodum futurarum usurarum usurae.

(a) *Extat in L. 21. §. 1. ff. ad Municip. ubi sic.* — Paulus respondit, eos, qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio, quod administraverint, conveniuntur, in damnum sortis substitui solere, non etiam in usuras (1).

Vide L. 24. ff. eod ubi sic. — Constitutionibus principum continetur, ut pecuniae, quae ex detrimento solvitur, usurae non praestentur.

Vide L. unic. C. de his, qui ex offic.

(1) Vedi il caso opposto negli art 378. e 379. LL. CC. per la penale di non aver il tutore impiegato l'avvanzo delle rendite del minore, ed altri casi altrove.

(b) *Extat in L. 32. ff. de usuris §. 2. ubi sic.* — In bonae fidei contractibus ex mora usurae debentur (2).

Vide L. 13. C. eod. L. 24. in fin. L. 25. in fin. ff. de usur. L. 2. C. depos. L. 54. in princ. ff. locat.

(2) Concorda con gli art. 1100. e 1101. LL. CC. Vedi però l'art. 1776. dette leggi.

(c) *Extat in L. 17. §. 1. ff. de usur. ubi sic.* — Divus Pius ita rescripsit. Parum juste praeteritas usuras petis, quas omisisse te longi temporis intervallum indicat, qui eas a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti (3).

(3) Vedi la prescrizione quinquennale nell'art. 2183. 5. comma LL. CC.

(d) *Extat in d. L. 17. §. 3. in fin. ff. de usuris ubi sic.* — Usurae enim non propter lucrum petentium, sed propter moram solventium infliguntur (4).

(4) Concorda con l'art. 1107. 1. comma LL. CC.

(e) *Extat in L. 2. C. de usuris, ubi sic.* — Usuras emptor, cui possessio rei tradita est, si pretium venditori non obtulerit quamvis pecuniam obsignatam in depositi causam habuerit, aequitatis ratione praestare cogitur (5).

Vide L. 5. C. eod. L. 13. §. 20. ff. de act. empt.

(5) Vedi l'art. 1498. LL. CC. ove essendo seguita la tradiziona figurata con l' art. precedente, il compratore deve pagar gl'interessi sino a che non soddisfi il prezzo, se ciò fu convenuto nel contratto, se la cosa venduta produce frutti, e se è stato interpellato a pagare.

(f) *Extat in L. 57. ff. de pactis ubi sic.* — Qui in futurum usuras a debitore acceperat, tacite pactus videtur, ne intra id tempus sortem petat.

Vide L. 2. §. 6. ff. de doli mal. et met. except.

(g) *Vide supra Aphor. 1829.*

(h) *Extat in L. 28. C. de donat. ubi*

1997. Usumfructum constituere est species alienationis (a).

1998. Usus, et ususfructus non proprie possidentur, sed tenentur (b). Usus derogat proprietati verborum (c).

1999. Usus domus ad familiam utentis extenditur (d): item ad inquilinum, et hospitem cohabitantem (e); etiam ad inquilinum pensionem solventem (f) item ad virum usuariae, etiam viduae, el ad socerum cum viro (g): nec non ad pa-

---

sic. — Quisquis rem aliquam donando, vel in dotem dando, vel vendendo, usufructum ejus retinuerit: etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio; sed omnimodo idem sit in his causis, usumfructum retinare, quod tradere.

Vide L. 35. §. 5. C. eod. L. 42. in princ. ff. de mort. caus. donat.

(a) *Extat in L. 7. C. de reb. alien. non alienand. ubi sic.* — Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignori nexum penitus prohiberi.

(b) *Extat in L. 1. §. 8. ff. quod legator. ubi sic.* — Unde est quaesitum, si ususfructus, vel usus fuerit alicui relictus, eumque occupaverit; an hoc interdicto restituere est compellendus? Movet, quod neque ususfructus, neque usus possidetur, sed magis tenetur: potest tamen defendi competere interdictum. Idem dicendum est de servitute relicta.

(c) *Argum. leg. 7. ff. de supell. legat* (1).

(1) Argomento dagli art. 1088. e 1113. LL. CC.

(d) *Extat in L. 2. §. 1. ff. de usu. et habit. ubi sic.* — Domus usus relictus est aut marito, aut mulieri; si marito potest illic habitare non solus, verum cum familia quoque sua (2).

Vide §. 2. Instit. eod. L. 21. ff. de precario.

(2) Concorda con l'art. 557. LL. CC.

(e) *Extat in d. L. 2. in fin. ff. de usu et habit. ubi sic.* — Sed an etiam inquilinum recipere possit, apud Labeonem memini tractatum libro posteriorum. Et ait Labeo, eum, qui ipse habitat, inquilinum posse recipere, item et hospites, et libertos suos (3).

(3) Vedi il cit. art. 557. LL. CC. che include nell'uso la sola famiglia dell'usuario.

(f) *Extat in L. 4. in princ. ff. de usu et habit. ubi sic.* — Proculus autem de inquilino notat, non belle inquilinum dici, qui cum eo habitet. Secundum haec, et si pensionem percipiat, dum ipse quoque inhabitat, non erit ei invidendum (4): quid enim, si tam spatiosae domus usus sit homini mediocri, et portiuncula contentus sit? Sed et cum his, quos loco servorum in operis habet, habitabit, licet liberi sint, vel servi alieni.

(4) Vedi l'art. 556. LL. CC. che vieta all'usuario di cedere, e di affittare ad altri il suo diritto.

(g) *Extat in d. L. 4. §. 1. ff. de usu et habit. ubi sic.* — Mulieri autem si usus relictus sit, posse eam et cum marito habitare, Quintus Mucius primus admisit, ne ei matrimonio carendum foret, cum uti vult domo. Nam per contrarium, qui uxor cum marito possit habitare, nec fuit dubitatum. Quid ergo, si viduae legatus sit? an, nuptiis contractis post constitutum usum, mulier habitare cum marito possit? Et est verum, ut et Pomponius Lib. V. et Papinianus lib. XIX quaestionum probat, posse eam cum viro, et postea nubentem habitare. Hoc amplius Pomponius ait, et cum socero habitaturam (5).

Vide etiam L. 5. ff. eod.

(5) Vedi il cit. art. 557. LL. CC. che include nell' uso la famiglia dell' usuario. Or se questi fosse una donna maritata, ci sarebbe incluso il marito come formante parte della sua famiglia.

rentes (a). Legata habitatio domus locari potest (b).

2000. Usus jus minus est quam ususfructus (c).

2001. Ususfructuarius novum tectorium facere non potest (d).

2002. Ususfructuarius detoriorem causam proprietatis facere non debet (e).

2003. Ususfructuarius cautionem dare debet (f).

2004. Ususfructuarius potest expellere conductorem (g).

2005. Ususfructus minuitur falcidia (h).

(a) *Extat in L. 6. ff. de usu et habit. ubi sic.* — Non solum autem cum marito, sed et cum liberis, libertisque habitare, et cum parentibus poterit (1). Et ita et Aristo notat apud Sabinum. Et huc usque erit procedendum, ut eosdem, quos majusculi, recipere et meliores possint.

(1) Vedi la restrizione nella nota n. 3.

(b) *Extat in L. 13. C. de usufr. et habit. circ. princ. ubi sic.* — Et si quidem habitationem quis reliquerit, ad humaniorem declinare sententiam nobis visum est, et dare legatario etiam locationis licentiam(2).
Vide §. 5. Instit. de usu. et habit.

(2) Vedi il contrario nell'art. 556. LL. CC.

(c) *Extat in L. 10. §. 4. ff. de usu et habit. ubi sic.* — Si usus fundi sit relictus, minus utique esse, quam fructum, longeque, nemo dubitat (3).
Vide §. 1. Instit. hoc. tit.

(3) I dritti di uso, e di abitazione pareggiano coll'usufrutto giusta l'art. 550. LL. CC. in quanto al modo di acquistarsi, e di perdersi.

(d) *Extat in L. 44. ff. de usufruct. et quemadm. quis utat. ubi sic.* — Ususfructuarius novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent imponere non potest: quia tametsi meliorem, excolendo aedificium domini causam facturus esset, non tamen id jure suo facere potest, aliudque est, tueri, quod accepisset, an novum faceret (4).
Vide L. 61. ff. eod. L. 7. in fin. L. 8. ff. eod.
Vide L. 10. L. 15. §. 3. ff. eod. d. L. 13. §. 5. in fin. ff. eod.

(4) Argomento per il contrario dall'art. 524. LL. CC. ove non può l'usufruttuario ripetere indennizzo per i miglioramenti fatti.

(e) *Vide supra — Aphor. 687.*

(f) *Extat in L. 13. in princ. ff. de usufructu ubi sic.* — Si cujus rei ususfructus legatus erit dominus potest in ea re satisdationem desiderare, ut officio judicis hoc fiat: nam sicuti debet fructuarius uti frui, ita et proprietatis dominus securus esse debet de proprietate. Haec autem ad omnem usumfructum pertinere Julianus lib. XXXVIII. Digestorum probat. Si ususfructus legatus sit, non prius dandam actionem usufructuario, quam satisdederit se boni viri arbitratu usurum fruiturum (5).
Vide L. 8. §. 4. ff. qui satisd. cog. L. 4. in fin. C. hoc tit. L. 9. in princ. ff. eod. L. 1. in princ. ff. usufruct. quemadm. caveat.

(5) Concorda con l'art. 526. LL. CC.

(g) *Extat in L. 59. §. 1. ff. de usufr. ubi sic.* — Quidquid in fundo nascitur, vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet: pensiones quoque jam antea locatorum agrorum, si ipsae quoque specialiter comprehensae sint. Sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter exceptae, potest ususfructuarius conductorem repellere (6).
Argum. leg. 9. C. de loc.

(6) Concorda con l'art. 520. LL. CC.

(h) *Fluit ex L. 1. §. 5. et 6. ff. ad Leg. Falcid. ubi sic.* — §. 5. Ad municipium quoque legata, vel etiam ea, quae Deo relinquuntur, lex falcidia pertinet. §. 6. Non solum autem ad res proprias testatoris legatas, sed et alienas lex pertinet. §. 7. Et omne, quod ex bonis defuncti erogatur,

2006. Ususfructus areae perit aedibus exustis (a): item aedibus impositis (b): item si ager stagnum fiat, aut contra (c); item si pro silva caedua sationes fiant (d).

2007. quasi Ususfructus ex pecunia habetur (e).

2008. Ususfructus morte amittitur (f).

---

refertur ad hanc legem: sive in corpore constet certo, incertove sive pondere, numero, mensura valeat: aut etiam si etiam jus legatum sit, ut ususfructus, aut quod in nominibus est (7).

(7) Vedi l'art. 829. LL.CC. ove non può imporsi dal disponente vincolo o peso alcuno sulla quota di riserva, e si da luogo a riduzione art. 837. d. LL.

(a) *Extat in L. 5. §. 2. ff. quib. mod. ususfr. ubi sic.* — Rei mutatione interire usumfructum, placet, veluti ususfructus mihi aedium legatus est, aedes corruerunt, vel exustae sunt: sine dubio extinguitur. An et areae? certissimum est, exustis aedibus, nec areae, nec cementorum usumfructum deberi. Et ita et Iulianus (1).
Vide L. 34. in fin. L. 36. in princ. ff. de usufructu, §. 3. in fin. Instit. eod. Immo vide L. 22. in fin. ff. de legat. 1.

(1) Concorda con l'art. 549. LL. CC.

(b) *Extat in d. L. 5. §. ult. ff. quib. mod. ususfr. ubi sic.* — Si areae sit ususfructus legatus, et in ea, aedificium sit positum, rem mutari, et usumfructum extingui, constat. Plane si proprietarius hoc fecit, ex testamento, vel de dolo tenebitur (2).
Vide L. 12. ff. eod. L. 2. ff. si ususfr. petat. junct. L. ult. ff. de usu, et habit.

(2) Vedi l'art. 542. LL. CC. ove la sola perdita intera della cosa soggetta all'usufrutto lo fa estinguere, non la mutazione di casa.

(c) *Extat in L. 10. §. 2. et 3. ff. quib. mod. ususfr ubi sic.*—§. 2. Agri, vel loci ususfructus legatus, si fuerit inundatus, ut stagnum jam sit, aut palus, procul dubio extinguetur. §. 3. Sed et si stagni ususfructus legatur, et exaurierit sic, ut ager sit factus, mutata re, ususfructus extinguitur (3).
Vide L. 23. ff. eod.

(3) Vedi la precedente nota.

(d) *Extat in d. L. 10. §. 4. ff. eod. ubi sic.* — Non tamen si arvi ususfructus legatur, et ibi vineae sint positae, vel contra, puto extingui. Certe, sylvae usufructu legato, si sylva caesa illic sationes fuerint factae, sine dubio ususfructus extinguitur (4).

(4) Vedi la nota penultima.

(e) *Extat in L. 2. §. 1. ff. de usufructu ear. rer. ubi sic.* — Quo Senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniae ususfructus proprie esset; nec enim naturalis ratio auctoritate Senatus commutari potuit; sed remedio introducto coepit quasi ususfructus haberi (5).
Vide §. 2. Instit. de usufr.

(5) Vedi l'art. 512. LL. CC. ove l'usufrutto del denaro dà diritto all'usufruttuario di servirsene, coll'obbligo di restituirlo in eguale quantità.

(f) *Extat in L. 3. §. ult. ff. quib. mod. ususfr. ubi sic.*—Morte quoque amitti usumfructum non recipit dubitationem: cum jus fruendi morte extinguatur: sicuti si quid aliud, quod personae cohaeret (6).
Vide L. 8. ff. de annuis. legat. L. 29. ff. de usu, et usufr. leg. 3. in princ. L. 10 L. 12. L. 16. Cod. de usufructu. §. 3. Instit. eod.

(6) Concorda con l'art. 542. comma 1. LL. CC.

2009. Ususfructus non dominii pars, sed servitutis est (a): aliquoties etiam pars dominii est (b).

2010. Utile per inutile non vitiatur (c). Utiles impensas repetit conductor ejectus ob pensionem non solutam (d).

2011. Utilitas subtilitati anteponenda (e).

2012. Uxor pro viro de injuria non agit, sed contra (f); nec conveniri potest ob culpam viri (g).

(a) *Extat in L. 25. in princ. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Recte dicimus, eum fundum totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est: quia ususfructus non dominii pars, sed servitutis sit: ut via, et iter: nec falso dici, totum meum esse, cujus non potest nulla pars dici alterius esse: hoc et Julianus, et est verius (1).

Vide L. 74. ff. de legat. 3.

(1) Vedi l'art. 468. LL. CC. ove dicesi che si può avere sopra i beni un diritto di proprietà, o il semplice diritto di usufrutto, o solamente quello di esercitarvi una qualche servitù: quindi risulta esser oggi l'usufrutto una parte di dominio, non di servitù dietro la cennata distinzione.

(b) *Extat in L. 4. ff. de usufructu. ubi sic.* — Ususfructus in multis casibus pars dominii est: et extat, quod vel praesens, vel ex die dari potest (2).

Vide L. 8. in princ. ff. de reb. auct. jud. poss.

(2) Vedi la nota precedente.

(c) *Extat in L. 94. ff de reg. jur. ubi sic.* — Non solent, quae abundant, vitiare scripturas.

Et in L. 1. §. 5. ff. de verb. obl. ubi sic. — Sed si mihi Pamphilum stipulanti, tu Pamphilum et Stichum spoponderis: Stichi adjectionem pro supervacuo habendam puto. Nam si tot sunt stipulationes, quot corpora: duae sunt quodammodo stipulationes una utilis, alia inutilis; neque vitiatur utilis per hanc inutilem.

Vide L. 65. ff. eod. L. 34. C. de donat. L. 61. ff. de jur. dot.

Vide tamen. L. 77. ff. de reg. jur.

(d) *Extat in L. 61. in princ. ff. locat. ubi sic.* — Colonus, cum lege locationis non esset comprehensum, ut vineas poneret, nihilominus in fundum vineas instituit, et propter earum fructum denis amplius aureis annuis ager locari coeperat: quaesitum est, si dominus istum colonum fundi ejectum pensionum debitarum nomine conveniat, an sumptus utiliter factos in vineis instituendis reputare possit, opposita doli mali exceptione? Respondit, vel expensas consecuturum, vel nihil amplius prestaturum (3).

Vide L. 55. ff. eod.

Vide etiam supra Aphor. 821.

(3) Concorda per argomento in senso opposto dell'art. 1578. LL. CC. poichè se il fittaiuolo è tenuto al deterioramento della cosa locata, il locatore altronde è tenuto al rimborso de' miglioramenti fatti dal fittaiuolo, essendo il contratto di locazione ultro citroque obbligatorio.

(e) *Fluit ex L. 51. §. 2. circ. med. ff. ad Leg. Aquil. ubi sic.* — Multa autem jure civili, contra rationem disputandi, pro utilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest: unum interim posuisse contentus ero etc.

(f) *Extat in L. 2. ff. de injur. ubi sic.* — Quod si viro injuria facta sit: uxor non agit: quia defendi uxores a viris, non viros ab uxore, aequum est (4).

Vide §. 2. vers. contr. Instit. cod.

(4) Concorda con gli art. 34. e 37. leg. di pr. pen.

(g) *Extat in L. 2. Cod. Ne uxor. pro marito. ubi sic.* — Ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetant.

Vide L. 24. C. de don. int. vir. et uxor L. 1. C. ad L. Jul. de vi. L. 22. de poen. L. 1. C. de priv. fisc. Vide tamen. L. 4. in quib. caus. pign. et hypot. tacit. contrah. L. ult. C. de princip.

2013. Uxor sequitur domicilium viri (a).

2014. Uxor gaudet honore mariti (b).

2015. Uxoris non praesumitur esse, quod habet, sed viri ad evitandam turpis quaestus suspicionem (c).

(a) *Extat in L. 13. C. de dignitatibus ubi sic.* — Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, et forum ex eorum persona statuimus, et domicilia mutamus (1).

Vide L. ult. C. de incol. L. 8. ff. de Senat. L. ult. §. 3. ad Municipal. Novell. 22. C. 3.

(1) Concorda con gli art. 113. e 208. LL. CC.

(b) *Vide d. L. 13. C. de dignit. in Aphor. praeced. et d. L. ult. C. de incolis.*

(c) *Vide supra. — Aphor. 1939.*

VA

2016. V anus timor non excusat (a).
2017. Vectigal solus Princeps imponit, auget, minuit (b).
2018. Vectigali immunis fiscus est (c).
2019. Vectigalis onus fundo cohaeret (d).
2020. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini (e).
2021. Vendere res suas suo pretio nemo potest (f).
2022. Vendere potest, qui et donare (g). Vendere invitus nemo cogitur (h).
2023. Vendita res propter minimam causam inempta fieri non debet (i).
2024. Vendita res non aliter desinit esse venditoris, nisi aere soluto, vel alias satisfacto, aut fidejussore dato (k): ideoque non aliter fit emptoris,

---

(a) *Extat in L. 184. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Vani timoris justa excusatio non est. (1)

(1) Argomento dall' art. 1048. LL. CC.

Fluit reg. ex L. 4. in princ. ff. si cui plus quam. L. 13. in princ. ff. de judic.

(b) *Fluit ex L. 10. ff. de public. et Vectigal. in princ. ubi sic.* — Vectigalia sine Imperatorum praecepto, neque Praesidi, neque curatori, neque curiae constituere nec praecedentia reformare, et his vel addere, vel diminuere licet.

Vide L. 3. Cod. Vectigalia nova.

(c) *Extat in L. 9. §. ult. ff. eod. ubi sic.* — Fiscus ab omnium vectigalium praestationibus immunis est.

(d) *Vide supra. — Aphor. 1359.*

(e) *Extat in L. 4. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini (2).

Immo vide L. 26. §. 1. ff. de pignor. L. 12. ff. de sponsalib. L. 22. ff. de ritu nupt.

(2) Argom. dagli art. 1066. e 1067. LL. CC.

(f) *Extat in L. 9. ff. de act. rer. amotar. ubi sic.* — Non enim aequum est, invitum suo pretio res suas vendere.

Vide L. 10. ff. de rei vind. L. 8. ff. de in lit. jur. L. ult. §. 1. ad leg. Iul. de annon. L. 9. C. de judeis. Adde L. 2. ff. si a parente quis manum. L. 21. C. mand. L. 25. §. 1. de fin. ff. solut. matrim. L. ult. in fin. C. de pact. L. 11. ff. de evict. L. 22. ff. de relig.

(g) *Vide supra. — Aphor. 337.*

(h) *Extat in L. 11. C. de contrah. empt. ubi sic.* — Invitum comparare, vel distrahere postulantis desiderium justam causam non continet (3).

Vide L. 13. in fin. L. 14. C. eod. Vide tamen. §. ult. Instit. de his qui sui.

(3) Concorda con l'art. 470. LL. CC.

(i) *Extat in L. 54. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Res bona fide vendita, propter minimam causam inempta fieri non debet.

Vide L. 4. ff. de in integr. rest. L. 8. C. de rescind. vend.

(k) *Extat in L. 5. §. 18. ff. de trib. act. ubi sic.* — Sed si dedi mercem meam vendendam, et extat, videamus, ne iniquum sit, in tributum me vocari? Et si quidem in creditum ei abiit, tributio locum habebit: enimvero si non abiit, quia res venditae non alias desinunt esse meae, quamvis vendidero, nisi aere soluto, vel fidejussore dato, vel alias satisfacto: dicendum erit vindicare me posse (4).

Vide §. 4. Institut. de rer. divis.

(4) Abrogato dall' art. 1428. LL. CC. ove è sanzionato il principio, che la proprietà della cosa venduta si acquista di dritto dal compratore ap-

nisi pretio soluto, aut habita fide de illo (a).

2025. Vendita res si evicta sit, de evictione tenetur venditor (b).

2026. Venditio solvit locationem (c).

2027. Venditio, aut locatio donationis causa facta nulla est (d).

2028. In Venditione accedunt cohaerentia fundo (e); item fructus pendentes (f).

2029. Venditor tenetur dare possessionem vacuam (g).

2030. Venditor tenetur instrumenta fundi, et fines ostendere (h).

---

pena, che si è convenuto della cosa, e del prezzo, ancorchè non ne sia seguita la tradizione, nè pagato il prezzo; e coerentemente a tal principio, vien disposto nell'art. 1460. d. LL. che dal giorno della vendita spettano al compratore i frutti della cosa venduta; sicchè col solo contratto di vendita la cosa venduta finisce di esser del venditore, e diviene del compratore anche pria del pagamento del prezzo. Ha però il venditore il diritto di ritenere il possesso della cosa venduta innanzi che gli sia pagato il prezzo; mentre in tal caso per l'art. 1458. d. LL. non può esser tenuto a consegnar la cosa.

(a) *Extat in L. 19. in princ. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Quod vendidi, non aliter fit accipientis, quam si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori sine ulla satisfactione (1).

Vide L. 53. ff. eod. L. 38. §. 2. ff. de liber. caus. §. 41. Instit. de rer. div. Fac. L. 12. C. de rei vind.

(1) Vedi la nota precedente.

(b) *Vide supra. — Aphor. 579.*

(c) *Extat in L. 9. C. de locat. ubi sic.* — Emptorem quidem fundi necesse non est stare colono, cui prior dominus locavit; nisi ea lege emit. Verum si probetur aliquo pacto consensisse, ut in eadem conductione maneat, quamvis sine scripto, bonae fidei judicio, ei quod placuit, parere cogetur (2).

Immo vide L. 3. ff. de mancip. et colon. Adde L. 50. in fin. ff. de jur. fisci. Vide L. 25. §. 1. ff. loc. L. 24. et L. 14. ff. loc. L. 17. ff. de pact.

(2) La vendita volontaria per l'art. 1589. LL. CC. non scioglie la locazione, quando però questa ultima abbia data certa anteriore alla vendita, e purchè nella locazione non abbiasi il locatore riservato un tal diritto. Vedi l'eccezione per l'aggiudicazione art. 1588. d. LL. ed art. 17. leg. de'29. Dicembre 1828.

(d) *Extat in L. 46. ff. loc. ubi sic.* — Si quis conduxerit nummo uno, conductio nulla est, quia et hoc donationis instar inducit (3).

Vide L. 10. in fin. ff. de adquir. vel amitt. poss. Vide tamen L. 66. ff. de jur. dot. vide L. 20. §. 1. ff. loc.

(3) Concorda virtualmente con le definizioni della vendita, e della locazione dettate negli art. 1427, e 1555. LL. CC.

(e) *Fluit ex L. 76. in princ. ff. de contrah. empt. ubi sic.* — Dolia in horreis defossa, si non sint nominatim in venditione excepta, horrearum venditioni cessisse videri (4).

Vide L. 47. et 48. ff. eod. Immo vide L. 17. ff. de act. empt.

(4) Concorda con l'art. 1461. LL. CC.

(f) *Extat in L. 13. §. 10. ff. de act. empt. ubi sic.*—Si fructibus jam maturis ager distractus sit, etiam fructus emptori cedere, nisi aliud convenit, exploratum est (5).

Vide L. 13. L. 16. C. eod.

(5) Concorda virtualmente con l'art. 1460. 1. comma. LL. CC.

(g) *Argum. L. 11. §. 2. L. 48. ff. de act. empt Vide Vinnium Instit. de empt. vend. in princ. n. 2.*

(h) *Extat in L. 48. ff. de act. empt. ubi sic.* — Titius haeres Sempronii fundum Septicio vendidit ita: fundus Sempronianus quidquid Sempronii juris fuit, erit tibi emptus tot nummis; vacuamque possessio-

2031. Venditor injuriam emptori illatam pati non debet (a).

2032. Venditor de evictione tenetur etiamsi specialem evictionem non promiserit (b).

2033. Venditor non tenetur de futuro casu (c); nec si ex persona, vel facto emptoris res evicta sit (d).

2034. Veneno plus occiditur, quam gladio (e).

2035. Veniae nullum locum dare inhumanum est (f), et petentibus danda est venia delicti (g).

---

nem tradidit, neque fines ejus demonstravit? Quaeritur an empti judicio cogendus sit ostendere ex istrumentis haereditariis quid juris defunctus habuerit, et fines ostendere? Respondi, id ex ea scriptura praestandum, quod sensisse intelliguntur: quod si non appareat, debere venditorem, et instrumenta fundi, et fines ostendere: hoc etenim contractui bonae fidei consonat (6).

Vide L. 52. in princ. ff. eod.

(6) Concorda virtualmente con gli art. 1448. 1. comma e 1462. LL. CC.

(a) *Extat in L. 51. ff. de evict. in princ. ubi sic.* — Si per imprudentiam judicis, aut errorem, emptor rei victor est, negamus, auctoris damnum esse debere, aut quid refert, sordibus judicis, an stultitia res perierit? Injuria enim, quae fit emptori, auctorem non debet contingere (1).

Vide L. 5. ff. eod. L. 8. L. 15. C. eod.

(1) Argom. dall'art. 1486. LL. CC.

(b) *Extat in L. 6. C. de evict. ubi sic.* — Non dubitatur, et si specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actionem (2).

Vide L. 25. in fin. C. eod. L. 2. L. 19. ff. eod. L. ult. C. de com. rer. alien. Adde L. 12. C. de contrah. empt.

(2) Concorda con l'art. 1472. LL. CC.

(c) *Extat in L. 11. ff. de evict. ubi sic.* — Lucius Titius praedia in Germania trans Rhenum emit, et partem pretii intulit: cum in residuam quantitatem haeres emptoris conveniretur: quaestionem retulit dicens: has possessiones ex praecepto principali partim distractas, partim veteranis in praemia adsignitas: quaero an hujus rei periculum ad venditorem pertinere possit? Paulus respondit, futuros casus evictionis post contractam emptionem ad venditorem non pertinere: et ideo secundum ea, quae proponuntur, pretium praediorum peti posse (3).

(3) Concorda per argom. dagli art. 1092. a 1104. LL. CC. per relazione degli art. 1470. e 1485. dette leg.

(d) *Extat in L. 27. ff. de evict. ubi sic.* — Hoc jure utimur: ut exceptiones ex persona emptoris objectae, si obstant, venditor ei non teneatur: si vero, ad personam venditoris respiciat, contra. Certo nec ex empto, nec ex stipulatione duplae nec simplae actio competit emptori, si exceptio ei, ex facto ipsius opposita, obstiterit (4).

(4) Concorda in generale con l'art. 1337. LL. CC. e con l'art. 1486. dette LL.

(e) *Extat in L. 1. C. de malefic. ubi sic.* — Plus est hominem extinguere veneno, quam gladio.

Vide L. 3. ff. ad leg. Corn. de Sicar.

(f) *Fluit ex L. 6. §. 3. ff. de his, qui notant. infam. ubi sic.* — Pactusve, inquit, erit: pactus sit accipimus, si cum pretio quandocumque pactus est. Alioquin et qui praecibus impetravit, ne secum ageretur, erit notatus: nec erit veniae ulla ratio, quod est inhumanum. Qui jussu Praetoris pretio dato pactus est, non notatur.

(g) *Fluit ex L. 4. §. 6. C. de haeret. et Manich. ubi sic.* — Sed nec filios haeredes eis existere, aut adire permittimus,

2036. Verba superflua apposita, vel omissa in contractibus nullius sunt effectus (a). Et verba narrative posita non censentur dispositiva (b).

2037. Verba etiam generaliter apposita debent aliquid operari, ne sint elusoria (c). Verba cum effectu sunt accipienda (d).

2038. Verba otiosa, temereque dicta nullius sunt effectus (e).

2039. Verba in dubiis demonstrative, non taxative sunt accipienda (f).

2040. Verba omissa in testamento, quae ex aliis in eo scriptis intelliguntur, supplenda (g).

2041. Verba generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda (h).

2042. Verborum significatio retinenda, nisi manifestum sit aliud sensisse testatorem (i) Verborum nimia subtilitas voluntati contrahentium nocere non debet (k).

---

nisi a paterna pravitate discesserint: delicti enim veniam poenitentibus damus.

Immo vide L. 3. vers. sed nec. C. de Apostat.

(a) *Extat in L. 37. C. de donat. ubi sic.* — Verba superflua, quae in donationibus poni solebant, scilicet sextertii, nummi unius, assium quatuor, penitus esse reicienda censemus. Quid enim verbis opus est, quae rerum effectus nullus sequutur? Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem vel in Imperialibus donationibus, vel in omnibus aliis de caetero fieri. Sed et si quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, sive remiserit, nulla differentia sit.

Adde L. 65. in princ. ff. de verb. obl. Vide L. 17. C. de testam.

(b) *Vide Vinnium. Instit. de action.* §. *1. n. ult.* (1).

(1) Cessa questa regola, se l' enunciativa ha un diretto rapporto con la disposizione art.1274. LL.CC.

(c) *Argum. leg. 109. ff. de legat. 1. Vide Barbosa axiom. 222. Dumoulin.* §. *51. gloss. 2. n. 4.*

(d) *Extat in L. 5.* §. *2. ff. Ne quis eum qui in jus. voc. ubi sic.* — Docere autem debet quis, per hanc exemptionem factum quominus in jus produceretur. Caeterum, si nihilominus productus est, cessat poena; quoniam verba cum effectu sunt accipienda.

Vide L. 1. §. *2. ff. quod. quisq. jur.*

(e) *Vide supra. — Aphor. 2037.*

(f) *Argum. leg. 77. ff. de leg. 2. — Vide Dumoulin.* §. *2. de l'anc. cout. de Paris gloss. 3. n. 7.*

(g) *Extat in L. 67.* §. *9. ff. de legat. 2. ubi sic.* — Si omissa fideicommissi verba sint, et caetera, quae leguntur, cum his, quae scribi debuerant, congruant; recte datum, et minus scriptum, exemplo institutionis, legatorumque, intelligitur: quam sententiam optimus quoque Imperator noster Severus locutus est.

(h) *Fluit ex L. 23. ff. de servit. praedior. urb. ubi sic.* — Si servitus imposita fuerit, lumina, quae nunc sunt, ut ita sint; de futuris luminibus nihil caveri videtur. Quod si ita sit cautum, ne luminibus officiatur; ambigua est scriptura: utrumque his luminibus officiatur, quae nunc sunt, an etiam his, quae postea quoque fuerint? Et humanius est, verba generalia omne lumen significari, sive quod in praesenti, sive quod post tempus conventionis contigerit (2).

(2) Argomento dagli art. 460. 1. comma e 615. LL. CC.

(i) *Vide supra. — Aphor. 146.*

(k) *Fluit ex L. unic. in fin. C. ut actiones et ab haered. ubi sic.* — Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, et ipsam regulam de medio tollere, ut liceat et ab haeredibus, et contra haeredes incipere actiones et obligationes, ne propter nimiam subtilitatem verborum

2043. Veritati semper locus relinquendus (a). Veritatis fides verborum adminicula non desiderat (b).

2044. Verum est in familia reliquisse, licet uni testator reliquisset (c).

2045. Vetustas pro lege habetur (d).

2046. Via pubblica amissa vel fluminis impetu, vel ruina vicinus proximus viam praestare debet (e).

2047. Via vicinalis antiqua pro pubblica habetur (f).

2048. Viae pubblicae solum est publicum, non item viae privatae (g).

2049. Victus victori debet expensas (h).

2050. Victus vestitum continet, et vitae necessaria (i).

---

latitudo voluntatis contrahentium impediatur (3).

(3) Concorda con l'art. 1109. LL. CC.

(a) *Extat in L. 29. §. 1. ff. de probat. ubi sic.* — Mulier gravida repudiata, filium enixa absente marito, ut spurium in actis professa est. Quaesitum est, an is in potestate patris sit, et matre intestata mortua, jussu ejus haereditatem matris adire possit, nec obsit professio a matre irata facta? Respondit, veritati locum superfore (1).

(1) Argom. art. 350. leg. di pr. civ.

(b) *Extat in L. 1. C. Si minor. ab haer. se abst. in princ. ubi sic.* — Si vos paternae haereditati non immiscuistis: ob eam rem testificatio necessaria non fuit, cum fides veritatis verborum adminicula non desideret.

(c) *Extat in L. 114. §. 17. in fin. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Sed si omnes filii haeredes instituti sint ex disparibus partibus non possunt petere fideicommissum ex minore parte scripti, ut viriles, non haereditarias partes in eo habeant: verum est enim in familia reliquisse licet uni reliquisset.

Vide L. 67. §. 2. in fin. ff. de leg. 2. L. 94. ff. de leg. 3.

(d) *Extat in L. 2. in princ. ff. de aqua ubi sic.* — In summa tria sunt, per quae inferior locus superiori servit, lex, natura loci, vetustas, quae semper pro lege habetur, minuendarum scilicet litium causa.

Vide L. 3. §. 4. ff. de aqua quotid.

(e) *Extat in L. 14. §. 1. ff. quemadm. servit. ubi sic.* — Cum via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa est: vicinus proximus viam praestare debet.

(f) *Extat in L. 3. ff. de loc. et. itin. pub. ubi sic.* — Viae vicinales, quae ex agris privatorum collatis factae sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt. §. 1. Sed inter eas, et caeteras vias militares hoc interest: quod viae militares exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: harum autem vicinalium viarum dissimilis conditio est: nam pars earum in militares vias exitum habent, pars sine ullo exitu intermoriuntur.

(g) *Extat in L. 2. §. 21. ff. Ne quid in loc. pub. fiat. ubi sic.* — Viam publicam eam dicimus, cujus etiam solum publicum est: non enim sicuti in privata via, ita et publica accipimus. Viae privatae solum alienum est, jus tantum eundi, et agendi nobis competit: viae autem publicae solum publicum est, relictum ad directum certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, ut ea publice iretur, commearetur (2).

(2) Concorda con gli art. 463. e 476. LL. CC.

(h) *Vide supra. — Aphor. n. 817.*

(i) *Extat in L. 43. ff. de verb. sign. ubi sic.* — Verbo victus continentur, quae esui, potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt.

2051. Vi dejectus, restituendus est in possessione (a): et fructus ei restituendi ex tempore, quo dejectus est (b). Debetur ei etiam, quod interest (c).

2052. Vi dejectus intelligitur etiam non dominus (d).

2053. Videtur facere adversus, qui non facit, quod debet, et qui facit, quod non debet, non videtur facere, quod jussus est (e).

2054. Vidua amissi mariti domicilium retinet (f).

Vestem quoque victus habere vicem, Labeo ait.

Et in L. 44. ff. eod. ubi sic. — Et caetera, quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.

Vide L. 234. §. fin. ff. eod. L. 6. L. ult. ff. de aliment. — *Vide etiam supra. Aphor. 80.*

(a) *Extat in L. 1. in princ. ff. de vi, et vi arm ubi sic.* — Praetor ait. Unde in illum vi dejecisti, aut familia tua dejecit: De eo, quaeque ille tunc ibi habuit, tantum modo intra annum, post annum de eo, quod ad eum qui vi dejecit, pervenerit, judicium dabo (1).

Vide §. 6. Instit. de interd.

(1) Ci è l'azion penale giusta gli art. 426. 427. e 168. leg. pen.

(b) *Extat in L. 4. C. unde vi. ubi sic.* — Si de possessione vi dejectus es, eum et lege Iulia vis privatae reum postulare, et ad instar interdicti unde vi convenire potes, quo reum causam omnem praestare oportet; in qua fructus etiam, quos vetus possessor percipere potuit, non tantum, quos praedo percipit, venire non ambigitur (2).

Vide L. 1. §. 40. ff. de vi, et vi arm.

(2) Concorda per argom. dall'art. 474. LL. CC. ove il possessore di mala fede è tenuto alla restituzione de' prodotti con la cosa.

(c) *Extat in L. 6. ff. de vi, et vi arm. ubi sic.* — In interdicto unde vi tanti condemnatio facienda est, quanti intersit possidere, et hoc jure nos uti Pomponius scribit, id est tanti rem videri, quanti actoris intersit, quod alias minus esse, alias plus: nam saepe actoris pluris interesse, hominem retinere, quam quanti is est, veluti cum quaestionis habendae, aut rei probandae gratia, aut haereditatis adeundae, intersit ejus, eum possideri (3).

Vide L. 1. §. 31. et 41. ff. eod. L. 4. C. unde vi.

(3) Concorda con l'art. 1336. LL. come conseguenza di un fatto colposo.

(d) *Extat in L. 8. ff. de vi, et vi arm. ubi sic.* — Fulcinius dicebat, vi possideri, quotiens vel non dominus, cum tamen possideret, vi dejectus est.

Vide L. 1. §. 30. ff. eod. L. 4. §. 7. ff. si servit. vindic. L. ult. ff. de adquir. vel amitt. poss. L. 2. in fin. ff. uti possid. L. 13. ff. quod. met. caus.

(e) *Extat in L. 121. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere jussus est.

Fluit regula ex L. 4. ff. quae in fraud. Adde L. 202. ff. de reg. jur.

(f) *Extat in L. 22. §. 1. ff. ad Municipal ubi sic.* — Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimae personae per maritum factae, sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis permutatur (4).

Vide L. 32. L. 37. §. ult. L. ult. §. 3. ff. eod. L. ult. C. de incolis. L. 10. C. de nupt. Nov. 22. c. 36.

(4) La donna durante il matrimonio non ha altro domicilio, che quello del marito art. 113 LL. CC., non così sciolto il matrimonio tantovero, che nel contraersi un matrimonio debbe procedersi avanti l'uffiziale civile ove la futura sposa ha il suo domicilio, e questo si ha per istabilito con tre mesi di abitazione continua in quel Comune art. 76 delle LL.

2055. Vidua dignitatem mariti detinet, sed novis nuptiis mutat (a).
2056. Vi factum videtur, si prohibitum sit facere (b).
2057. Vim atque metum comprobare contra bonos mores est (c).
2058. Vim vi licet repellere (d).
2059. Vir, et uxor casus fortuitos reciproce ferre debent (e).
2060. Vir uxori mentecaptae curator dari non potest (f).
2061. Vis sine corpore fieri non potest (g). Vis est majoris rei impetus, qui repelli non potest (h). Vis facta a creditore in debitorem creditum amittere facit (i).
2062. Vis, et metus contrarii sunt consensui (k).
2063. Vita hominis lege computatur (l). Viventis nulla est haereditas (m).

(a) *Vide d. leg. 22. §. 1. ff. ad Municipal. in Aphor. praeced.* (1).

(1) Argom. dall'art. 7 e seguenti decreto di 3 Maggio 1816 che accorda le pensioni alle vedove degl'impiegati regii durante il di loro stato vedovile.

(b) *Vide supra. — Aphor. 614.*

(c) *Extat in L. 116. ff. de reg. jur. ubi sic.* — Nihil consensui tam contrarium est, qui ac bonae fidei iudicia sustinet, quam vis, atque metus, quem comprobare contra bonos mores est.

(d) *Vide supra. — Aphor. 383.*

(e) *Fluit ex leg. 22. §. 7. circ. med. ff. sol. matrim. ubi sic.* — Quid enim tam humanum est, quam ut fortuitis casibus mulieris maritum vel uxorem viri participem esse (2).

(2) Argom. dagl'art. 1375. e 1399. LL. CC. messi in relazione con gli art. 540. e 541 d. leg. relativamente all'amministrazione de' beni dotali, e della comunione.

(f) *Extat in L. 14. ff. de curat. furios. ubi sic.* — Virum uxori mentecaptae curatorem dari non oportet (3).
Vide L. 2. C. qui dari tutor. poss. §. 19. Instit. de excusat. Adde L. 1. §. ult. ff. eod.

(3) Abrogato dall'art. 429. LL. CC. ove il marito è di diritto il tutore della sua moglie interdetta.

(g) *Extat in L. 1. §. 29. ff. de vi et vi arm. ubi sic.* — Idem Labeo ait, eum qui metu turbae perterritus fugerit, videri dejectum. Sed Pomponius ait vim sine corporali vi locum non habere (4).

(4) Concorda con gli art. 1066. e 1068. LL. CC. e 166. leg. pen.

(h) *Extat in L. 2. ff. quod metus causa ubi sic.* — Vis autem est majoris rei impetus, qui repelli non potest (5).
Vide L. 5. ff. eod.

(5) Concorda con il cit. art. 1068. LL. CC. 166. leg. pen.

(i) *Extat in L. 12. §. ult. ff. quod metus causa ubi sic.* — Iulianus ait, eum, qui adhibuit debitori suo, ut ei solveret, hoc edicto non teneri, propter naturam metus causa actionis, quae damnum exigit: quamvis negari non possit, in Iuliam eum de vi incidisse, et jus crediti amisisse.
Vide §. 8. Instit. de publ. jud. L. 1. §. 2. ff. de vi, et vi arm. L. 6. L. 7. C. unde vi. L. 9. C. de obl. L. ult. §. fin. C. de suffrag.

(k) *Vide supra. — Aphor. 1262.*

(l) *Extat in L. 68. ff. ad leg. Falc. ubi sic.* — Computationi in alimentis faciendae hanc formam esse Ulpianus scribit, ut a prima aetate ad annum 20 quantitas

2064. Vocabula rerum sunt immutabilia (a).

2065. Volenti et consentienti nulla fit injuria (b). Non succurrendum est ei, qui sibi necessitatem imponit (c).

2066. Voluntas peccat (d) et poenam incurrit ea etiam mutata (e). Voluntas tacita valet (f). Voluntas posterior tuenda (g).

2070. Voluntas coacta semper voluntas est (h).

---

alimentorum 30 annorum computetur ejusque quantitatis falcidia praestetur: ab annis vero 20, usque ad annum 25 annorum 38; ab annis 25 usque ad annos 30 annorum 25; ab annis 30 usque ad annos 35 annorum 22 ab annis 35 usque ad annos 40 annorum 20; ab annis 40 usque ad annos 50 tot annorum fit, quot aetati ejus ad annum 60 deerit; remisso uno anno: ab anno vero 50 usque ad annum 55 annorum 9; ab annis 56 usque ad annum 60 annorum 7; ab annis 60, cujusque aetatis sit, annorum 5; eoque nos jure uti Ulpianus ait, et circa computationem ususfructus faciendam. Solitum est tamen a prima aetate usque ad annum 30 computationem annorum 30 fieri: ab annis vero 30, tot annorum computationem inire, quot ad annum 60 deesse videntur. Nonnumquam ergo amplius quam 30 annorum computatio initur. Sic denique et si Reipublicae ususfructus legatur, sive simpliciter, sive ad ludos, 30 annorum computatio sit (6).

Vide L. 9. §. 10. in fin. ff. de transact. L. 56. in fin. ff. de usufr. L. 8 ff. de usu, et usufr. leg.

(6) Vedi l'art. 6 della legge de'15 marzo 1807. sull'abolizione delle sostituzioni fedecommessarie, ove si calcola il vitalizio secondo la vita del vitaliziante, cioè per 15 volte la rendita vitalizia se l'età del vitaliziante e infra i 40 anni; 10 volte da 40 a 60 anni, ed otto volte dagli anni 60 in appresso.

(m) *Vide supra — Aphor. 757.*

(a) *Vide supra. — Aphor. 1266.*

(b) *Vide supra. — Aphor. 1255.*

(c) *Extat in L. 7. §. 1. ff. qui satisd. cogantur. ubi sic.* — Si necessaria satisdatio fuerit, et non facile possit reus ibi eam praestare, ubi convenitur, potest audiri, si in alia ejusdem provinciae civitate satisdationem praestare paratus sit. Si autem satisdatio voluntaria est: non in alium locum remittitur: neque enim meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit.

Vide L. 2. §. 8. ff. Si quis caut.

(d) *Argum. leg. 1. C. ad leg. Corn. de fals.* (1).

(1) Concorda con gli art. 61. 64. 65. 69. 70. 372. 373. 375. 426. ed altri leg. pen.

(e) *Vide supra. — Appor. 1452* (2).

(2) Vedi l'art. 73. leg. pen. ove se il corso del reato sia stato interrotto dal pentimento del colpevole, egli allora non soggiacerà che alla pena degli atti già eseguiti quante volte questi sieno dalla legge caratterizzati per reati.

(f) *Fluit ex L. 2. §. 2. ff. solut. matrim. ubi sic.* — Voluntatem autem filiae, cum pater agit de dote, utrum sic accipimus, ut consentiat, an vero, ne contradicat filia? Et est ab Imperatore Antonino rescriptum, filiam nisi evidenter contradicat, videri consentire patri (3).

Vide L. 8. circ. fin. ff. de his qui sui.

(3) Concorda con gli art. 695. 1069. 1262. 1294. 1857. ed altri LL. CC.

(g) *Vide supra. — Aphor. 1369.*

(h) *Vide supra — Aphor. 205.*

2068. Voluntas defuncti anteponenda verbis testamenti (a).

2069. Voluntas qualiscumque testatoris servanda legi non contraria (b).

2070. Voluntas tamen inepta testatoris non valet (c).

2071. Voluntas testatoris in fideicommissis servanda praecipue (d).

2072. Voluntatis quaestio non admittitur, ubi in verbis testatoris nulla est ambiguitas (e), ne interpetratio melior sensu existat (f): sed cum de verborum significatione agatur, patrisfamilias mens, et consuetudo spectanda est (g) testatoris.

2073. Voluntatis est suscipere mandatum necessitatis consummare (h).

2074. Voluntatis divisio non facile debet admitti (i).

2075. Vulgo dicuntur concepti, qui patrem habent aut incertum, aut non ex lege (k).

(a) *Extat in L. 3. C. de lib. praest. ubi sic.* — Si quis filium proprium ita exhaeredavit, ille filius meus alienus meae substantiae fiat: talis filius ex hujusmodi verborum conceptione non praeteritus, sed exhaeredatus intelligitur. Cum enim manifestissimum est sensus testatoris: verborum interpretatio nusquam tantum valeat, ut melior sensu existat.

Vide L. 15. C. de testam. L. 5. §. 9. in fin. ff. de adim. vel transf. legat. L. 4. C. de necess. serv.

Vide etiam supra. — Aphor. 1901.

(b) *Extat in L. 37. ff. de condit. et demons. ubi sic.*—Si quis eum, quem ipse manumittere non poterat, legaverit ita, ut eum legatarius manumitteret, et si a legato non repellatur, non est compellendus, ut manumittat, quoniam totiens secundum voluntatem testatoris facere compellitur, quotiens contra legem nihil sit futurum, idque Neratius scripsit.

(c) *Extat in L. 113. §. ult. ff. de legat. 1. ubi sic.* — Ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam, veluti velles, aut si qua alia supervacua, ut in funus impendantur, non valere, Papinianus lib. 3. responsorum scribit.

Vide L. ult. in fin. ff. de actio. L. 14. §. 5. ff. de religios.

(d) *Extat in L. 11. §. 19. ff. in fin. ff. de legat. 3. ubi sic.* — Imperator noster, contra voluntatem eum testantis petere fideicommissum rescripsit: cum in fideicommissis praecipue spectanda, servandaque sit testatoris voluntas.

Vide L. 7. in fin. ff. de supell. legat.

(e) *Extat in L. 25. §. 1. ff. de legat. 3. ubi sic.* — Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quaestio.

Vide L. 69. in princ. ff. eod.

(f) *Vide L. 3. C. de lib. praest. supra in Aphor. 2068.*

(g) *Argum. leg. 91. §. 3. ff. de legat. 3.*

(h) *Vide supra. — Aphor. 1. et 1131.*

(i) *Fluit ex L. 18. §. 2. ff. de his, quae ut indign. ubi sic.* — Pro parte haeres institutus, praedii legatum acceperat, et in haereditate non capienti restituendi tacitum ministerium susceperat: quamquam legatum pro ipsius parte non constitisset, ideoque portionem istam pro haerede possideret; tamen ei praedium integrum esse relinquendum respondi: neque enim rationem juris, ac possessionis varietatem inducere divisionem voluntatis.

(k) *Extat in L. 23. ff. de statu hom. ubi sic.* — Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt; vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, qui et spurii appellantur. (1)

(1) I figli nati fuori matrimonio sono denominati figli naturali, e possono esser legitimati, o riconosciuti ad eccezione degl' incestuosi, adulterini, e sacrileghi art. 253 a 265. LL. CC.

INDEX

MATERIARUM COPIOSISSIMUS

A

bus. Haeredi ex parte adcrescit, quod cohaeres capere nequit. Inter multos haeredes invicem substitutos pars repudiantium aliis etiam invitis adcrescit. Inter bonorum possessores est etiam jus adcrescendi 12. — Jus adcrescendi non personae, sed rei cohaeret 13.

ACCUSARE — ACCUSATIO

Accusatio perimitur mortuo reo ante accusationem 14. — Reo accusanti non facile credendum 1695.

ADQUIESCERE — ADQUIESCENTIA

Is videtur adquievisse sententiae, qui dilationem petit ad solutionem. Si ex duobus petitoribus jure diverso alter victus adquieverit, alterius petitioni non praejudicatur 15. 528. et 1424.—Appellans adversus plures, si quosdam in libello omiserit, non ideo adquievit adversus omissos 115.

ACQUIRERE — ACQUISITIO

Acquirimus iisdem modis et amittimus 16 — Nemo potest alteri cavere, id est, acquirere 96. — Alteri per alterum obligatio acquiri non potest 97. — Liberari ab obligatione est species acquisitionis 1095. — Haereditas non adita non acquiritur 742. — Debitor non fraudat creditores non acquirendo, secus si minuit patrimonium 370. et 1614.—Donatur, quod donatario acquiri potest 506. — Minor sine tutoris auctoritate acquirere potest, non alienare, neque se obligare 1163. — Possessio solo animo amitti potest; acquiri non item 1464 — Possessionum vitia a majoribus contracta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comitatur 1472.

ACTA

Acta publica exhibenda sunt ad veri fidem 17. — Scripturae fiunt, ut quod actum est, per eas probari possit 1756. — Actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem 39. — Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, per adjectionem temporis, et conditionis vitiantur 40. — Actus valet eo modo, quo valere potest, si non valet modo, quo fit 41. et 1713.— Geminatio actuum arguit voluntatem enixam 714. — Publica fides actorum perpetua est 1557. — Acta simulata non possunt veritatis substantiam mutare 1785— Omnis actus, per quem dominium transfertur, est alienatio 71. — In ambiguis orationibus ea fit interpretatio, qua actus valeat, non corruat 840. — Promittentis, et stipulantis actus debet esse continuus 1552. — Res inter alios acta tertio non nocet 1703.

ACTIO

Actio sortis, et usurarum una est, non enim duae, alia sortis, alia usurarum. 18. — Actio semel extincta non restauratur 19. — Actio finium regundorum etsi personalis pro vindicatione est, et causae proprietatis cohaeret 20. — Actio inutilis est, quae exceptione eliditur 21. hinc creditor is est, qui habet actionem non elisam exceptione 317. — Exceptio apposita non facit excipientem de actionis intentione confiteri 586. — Exceptio tantum durat, quamdiu durat actio 588. — Judex actionis est competens judex exceptionis, et reconventionis 970. — Obligationes, et dominia rerum sunt causae proximae actionum 1332.—Plures actiones limitatim cognoscendae 1438. — Remittentibus actiones suas non est regressus dandus 1688. — Actio negotiorum gestorum est personalis non hypothecaria, et ex gestione utrinque oritur 22.— Actio existimationis praefertur in concursu aliarum actionum 23.— Actio competit tantum ei, cui interest 24. — Actio edita, et petitio possunt mutari, et emendari, prout jus reddentis decernit aequitas 25. — Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio 1586. — Actio de in rem verso est de bono, et aequo, et ut ex mandato 27. — Actio civilis, et criminalis si simul concurrant, utraque simul experiri potest 28. — Actio neque poenalis, neque famosa datur neutri conjugum constante matrimonio — Actio rerum amotarum datur adversus eam, quae uxor fuit 29. — Actiones plures de eadem re concurrentes alia aliam non consumit 30. — Concurrentibus pluribus actionibus ejusdem rei nomine una quis experiri debet 232. — Conditionalis creditor non actionem, sed spem habet 243.— Ex conducto actio ad haeredem transmittitur 254. — Divisio constat re-

bus, et praestationibus, quae sunt personales actiones 443. — Jusjurandum extinguit actionem 1025. — Nemo prohibetur utili actione praescriptis verbis agere, deficiente propria actione, vel exceptione 1250. — Actiones semel inclusae judicio perpetuantur 31. — Actiones poenales in haeredes non transeunt, secus si haeredibus quid pervenerit ex maleficio 32. — Actiones, et obligationes a defuncto in tempus collatae ab haeredibus, et contra haeredes incipere possunt 33. — Qui habet actionem ad rem recuperandam, item ipsam habet 1610. — Qui habet actionem, et exceptionem habet 1612. — Nihil interest quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur actio 1261. — Appellationis competentia fit ex coacervatione plurium summarum minorum ex una actione derivantium 122. — In bonis nostris jus superficiarium, dominium, et actiones sunt 842 — Circumventio alterius alii non praestat actionem 199. — Compensatio fit partis debiti, et minuit actionem 224. — Competentia judicis oritur ex qualitate actionis 228. — Praescriptio annorum triginta vel quadraginta currit contra omnes actiones sive privati, sive publici juris 1507. et 1509; et est triginta annorum in actione hypothecaria adversus extraneos possessores, quadraginta annorum vero est adversus debitores, et ejus haeredes 1509.

Vide — AGERE.

ACTOR

Actor sequitur forum rei 34. — Unusquisque condividentium est actor, et reus in judiciis divisoriis 35. — Actor certus esse debet facti, pro quo agit, non sic reus 36. — Actori incumbit onus probandi: atore enim non probante, reus ab solvitur— Reus quandoque ex causa compelli potest, ut edat rationes 37. et 1541. — Actoris, et rei par est conditio 1271; sed lite contestata melior est conditio actoris quam si deficeret lis 1108. — In dubiis, et in pari causa favorabilior est reus, quam actor 1733. — Ambigua actoris intentio in ejus favorem interpretanda 105: et ut salva res ejus sit 103. — Cujus in agendo actor servavit arbitrium, eum etiam contra se habere judicem non debet dedignari 330. — In exceptione reus est actor 590. Non licet actori, quod reo licitum non est 1271.

ADGNATIO — *Vide* AGNATIO

ADITIO

Aditio haereditatis retrotrahitur ad tempus mortis testatoris 44. et 759. — Cui datum est tempus ad deliberandum adiisse videtur, nisi repudiet 336. et 393. — Haereditas non adita non transmittitur, nec adquiritur, exceptis liberorum personis; non item de legato, cujus dies cessit 742.

ADJECTIO

Adjecta non videntur, quae per rerum naturam sunt impossibilia 45. et 831.

ADJUDICATIO

Adjudicatio est modus dominii adquirendi praesertim in judiciis divisoriis 46. — Divisione impossibili fit adjudicatio uni tantum 444.

ADMINISTRATIO

Administratores non debent usuras rei gestae 47. — In reatu constitutus potest bona sua administrare 905. — Qui rem alienam defendit, id est, administrat, non videtur locuples, ut evitet satisdationem 1602.

ADNOTATIO

Adnotatione propria quisque sibi debitorem non constituit 48. nec ea adnotatio fidem facit adversus tertium 1530.

ADULTERIUM

Adulterium jure civili cum nupta tantum committitur 49. — Difficillimum est justum dolorem temperare adulterium passi 50.

ADVOCATUS

Advocati dictum praesente parte ab ea censetur dictum 52. — Qui fuit advocatus in causa adversarii, in eadem suspe-

ctus est judex 52 — Advocati officium est, ut se abstineat a conviciis; ratione, non probris certet; agat quod causa desiderat; litem ex industria non protrahat; oblatum a parte honorarium non aspernetur; nec pactum de quota litis faciat; non exerceat officium tabellionis 53. — Datum advocato non repetitur a suis haeredibus eo mortuo, si causam non agerit 368 — Turpe est patricio, et causas oranti ignorare jus, in quo versatur 810.

ÆDIFICARE — ÆDIFICATIO

Qui aedificat solo alieno domino aedificat 1598—Jus retentionis habet evictus possessor bonae fidei, qui aedificavit in fundo contra dominum vindicantem, nisi ei offerantur impensae 1014.

ÆDIS

Mobilis est statua affixa basi, nec est aedis; ornatus enim aedis causa paratur 1173 et 1833. — Solum pars aedium est 1812 — Ususfructus areae perit aedibus exustis, item et aedibus impositis 2006.

ÆQUALITAS

Omnes homines jure naturali sunt aequales 1209 — In judiciis debet servari aequalitas 875.

ÆQUIPOLLENS

Sufficit, ut quis faciat aequipollens, dummodo effectus habeatur 56 — Conservat fines mandati, qui facit aequipollens 278.

ÆS

Bona sunt, quae deducto aere alieno supersunt 160. — Donatarius non tenetur de aere alieno, sed haeres 492 — Qui non habet in aere, luat in corpore 1617.

ÆQUITAS

Æquitas stricto juri anteponenda; interdum solutius spectanda, et praevalet solemnibus; surgit ubi civilis actio deficit; in omnibus spectanda 57. — Ea, quibus naturalis ratio, aut dubitatio juris obstat, justis decretis temperanda sunt 535. — Omnis excusatio sua aequitate nititur 594. — Judex supplet, quae suut aequitatis 961. — Iudex in omni re aequitatis potius, quam stricti juris rationem habere debet 967. — Judicandum de bono, et aequo in eo, quod interest 982.

ÆSTAS

Æstas ad equinoctium autumnale refertur 58.

ÆSTIMATIO

Æstimatio periculum facit suscipientis 59. — Patria potestas est inaestimabilis 1409 — Qui rem alienam invasit ante adventum sententiae judicialis tenetur ad rei restitutionem, et ejus aestimationem 1603.

ÆTAS

Ætas computatur de momento ad momentum 60. — Ætatis suffragio non juvantur in criminibus minores doli capaces 61 et 326. — Minor in integrum non restituitur in eo quod fecit in minori aetate, et major factus ratum habuit 1164.

AFFECTIO

Affectio cujusque in obscuris dat interpretationem 62 et 1342. — Affectus punitur sicut effectus 63.—Nullus affectus major paterno, et materno 64. — Damnum non aestimatur ex affectione, sed ex pretio 861 — Pater sumptus, quos affectione domestica, et pietatis munere fecit, repetere nequit 1385. — Patris affectui parcitur 1413.

AFFINITAS

Affinitas praesens, non quae fuit, spectanda, nec affinitas facit affinitatem 65 — Affinitatis jure nulla successio 66.

AFFIRMARE — AFFIRMATIO

Affirmanti incumbit probatio, non neganti 67. — Qui tacet affirmat in favorabilibus, non in odiosis 1593.

AFFLICTIO

AGERE

AGNATIO

ALIENARE — ALIENATIO

ALIMENTA

ALTERNATIVA

In alternativis sufficit alterum impleri, et electio est debitoris 837. et 550. — Obligatio alternativa in stipulationibus reducitur ad minus; et si res altera perierit, altera debetur 1324.

AMBIGUITAS

Ambigua oratio sic interpretanda, ut valeat, quod agitur 99. — Ambigua oratione non utrumque, sed quod voluerit, qui loquitur, intelligendum est; et quod humanius sequimur 100. — Ambigua testatoris oratio ex ejus mente interpretationem recipit. 101. — Ambigua verba contra stipulatorem interpretantur 102. — Ambigua intentio sic accipienda, ut salva res actoris sit 103. — Ambigua oratio maxime sententiam ejus, qui protulit, tenet 104. seu in ambiguis spectanda mens proferentis 838. — Ambigua actoris intentio in ejus favorem interpretanda 105. — Ambiguum pactum contra venditorem interpretatur 106. — In ambiguis sequimur, quod rei aptius est 839. — In ambiguis orationibus ea fit interpretatio, qua actus valeat, non corruat, et quod utilius sit, et ea, quae vitio careat, cum voluntas legis ex actu colligi possit 840. — Interpretatio ambigui sermonis permittitur judici, a qno prolatus est sermo 929. — Voluntatis quaestio non admittitur, ubi in verbis testatoris nulla est ambiguitas 2072.

AMICITIA

Amicus est, qui non levi notitia, sed honesta familiaritate conjungitur 108.

AMITTERE — AMISSIO

Amisisse videtur rem, qui adversus nullam ejus persequendae actionem habet 109. — Non videtur rem amittere is, cui propria non fuit 1278.

AMOVERE — AMOTIO

Amovere non videtur, qui non callido animo, nec maligno rem reposuit 110. — Actio rerum amotarum datur adversus eam, quae uxor fuit 29.

ANNUS

Annus civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeratur 111. — Annus incoeptus habetur pro completo in honoribus et favoribus; non in stipulationibus, et in odiosis 112.

ANTIQUITAS

Probatio antiquorum fieri potest per eos, qui meminerint, vel audierint factum 1542.

APPELLARE — APPELLATIO

Appellans adversus plures, si quosdam in libello omiserit; non ideo adquievit adversus omissos 115. — Appellationis victoria prodest non appellanti, si una, eademque causa appellationis sit; item victoria haeredis prodest cohaeredi; victoria unius reorum alteri prodest 116. — Appellare possunt omnes, quorum interest, etiam a sententia inter alios dicta 117. — Appellationes plures esse debent, si plures, et separatim sint condemnati 119. — Appellationi renunciari potest 120. — Appellationibus duobus opus est, ubi duae sententiae in eadem causa prolatae sint 121. — Appellationis competentia fit cumulando plures summas minores ex una actione 122. — Appellationis causas addere, et mutare licet; et contra capita omissa appellare licet — 123 — Appellatur pro damnato ad mortem eo etiam invito 124. — Qui appellat prior agit 1632. — In causa appellationis quod non probavi, probabo; quod non deduxi, deducam ibi. — Reconventio non datur in causa appellationis 1678.

ADPROBARE — ADPROBATIO

Semel adprobatum non potest amodo reprobari 126. — Quod omnes tangit, debet ab omnibus adprobari 1355.

ARBITER — ARBITRIUM

Foemina non potest esse arbiter 128. Arbitrio meo commissum arbitrio boni viri

B

C

CAECITAS

Caecus magistratum retinet, non adipiscitur 171.

CALCULUS

Error calculi non nocet 567. — Error calculi in sententia corrigitur sine appellatione, nec praescribitur 573.

CALLIDITAS

Calliditati non consultum est, sed infirmitati 172. — Dolus malus fit colliditate, et fallacia 165.

CALUMNIARI — CALUMNIA.

Non captari verba legis, neque calumniari jus oportet 175.

CAPERE

Capere non videtur, quod quis debet restituere, nec quod per exceptionem potest submoveri a petitione 174. — Non capitur, qui jus publicum sequitur 1272.

CAPTIOSITAS

Non captari verba legis, neque calumniari jus aportet 175. — Captiosa investigatio evitanda; et, quod minimum habet iniquitatis, eligendum 176. — Legata captatoria reprobantur 1036.

CARCER

Carcer passus cedit in poenam 177. — Cessio bonorum liberat debitorem; at nisi solidum creditores receperint, debitor tenetur adhuc, sed liberatur a carcere 194. — Reus nec durius, nec diutius in carcere detinendus 1736.

CASUS

Casui fortuito aliquis potest submitti 178. — Ea, quae ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque non noxae imputantur 537. — Casus fortuiti jure non praestantur 180. — Casus adventitii non sunt adnumerandi 181. — Casus omissus a testatore legi communi subjicitur 182. — Casus ad emptorem portinere debet 183. — Commodatarius praestat dolum, culpam, diligentiam immo maximam, et aliquando casum 212; item creditor pignoratitius, non maximam diligentiam, nec casum 314. — Delinqui potest casu, aut consulto 402. — Ea, quae semel utiliter coustituta sunt, durant; licet extiterit ille casus, a quo incipere non potuerunt 530 — Extensio de casu ad casum non fit 602. — Jura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur, neque in omnes casus 1001. — Mors est casus fortuitus 1189 — Negotiorum gestor non tenetur de casu fortuito 1221. Vir, et uxor casus fortuitos reciproce ferre debent 2059.

CAUSA

Cessante causa cessat effectus 191. — Causae obligationum per pactionem possunt immutari 185. — Duae causae lucrativae non possunt concurrere in eamdem personam circa eamdem rem 186. — Obligatio nulla sine causa: item si causa secuta non sit 1316. — Obligatio ultra causam non valet 1317. — Confessio debiti in chirographo sine causa expressa non obligat 255. — Aliquid potest nobis deberi ex pluribus causis, non autem nostrum esse potest ex pluribus causis 83. — Aliud est ex causa lucrativa, aliud non lucrativa 89. — Appellationis victoria prodest non appellanti, si una eademque sit causa appellationis 116. — Obligationum spectandae sunt causae, id est, dies, conditio, modus, accessio 1337. — Cognitio causae judicium desiderat 208. — Continentia causae dividenda non est. *Vide* LIS — Datum ob causam non inhonestam non restituitur causa secuta 366. — Datum ob causam, causa non secuta, repetitur; item a turpiter accipiente etiam causa secuta; secus si utriusque dantis, et accipientis turpitudo sit. 367. — Condicitur, quod quis habet ex injusta causa. *ibi* — Non condicitur datum ob causam, si causa secuta non sit sine culpa

accipientis; sed fortuito casu. *ibi* — Debitum commemoratum in titulo ex alia causa non habet vim obligationis; item si in testamento memoratur a testatore 376. — In delinquendo distinquendum casu, aut consulto, item causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, et eventu 402. — Dominia rerum transferuntur per traditionem, et justam causam simul, non nudis pactis sine traditione 480. — Donatio valet, etiam si deficiat causa donandi 497. — Quod donatur ob causam non est donatio 1643. — Causa dotis perpetua est 521. — Eadem causa emptoris, quae venditoris 541. — Lucrosa causa in debitis solvendis non praefertur onerosae 1115. — Pactum ob turpem causam non valet 1378 — Quae personae cohaerent cum ea deficiunt; non quae causae 1581. — Renunciatio nulla est, quae nullam habet causam 1691. — Solventi datur electio imputandi pecuniam in quam causam velit 1805. — Transactio fit de re dubia: non fit sine causa 1921.

CAUTIO

Cautio judiciaria est idonea, si fidejussor sit vir dives immobilium, et facilis ad conveniendum 187. — Cautione a creditore reddita debitori, videtur convenisse, ne peteret, profuturamque conventionis exceptionem placuit 188. — Divisio constat tum rebus, et praestationibus, cum cautionibus 443. — Lite mota de dominio emptor non tenetur solvere pretium, nisi praestita cautione 560.

CEDERE — CESSIO

Cedere diem significat incipere deberi; venire diem, quando peti potest 189. et 1044. — Cessio jurium litigiosorum valet pro summa soluta, non pro summa cessa 193 et 1639. — Cessio bonorum liberat debitorem; at nisi solidum creditores receperint, debitor tenetur adhuc, sed liberatur a carcere 194. Cessione facta nominis debitoris nondum denunciata, recte solvit debitor cessus principali debitori 195 — Compensatio cessionario objici non potest 225.

CERTUM

Certa die promissum vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur 423.

CHIROGRAPHUM

Chirographo cancellato praesumitur liberatus debitor praesumptione juris tantum 196. — Confessio debiti in chirographo sine expressa causa non obligat 255. — Restituitur debitori solventi chirographum debiti, et instrumentum, seu titulum 1730.

CIBARIA

Legatis alimentis cibaria, vestitus, et habitatio debentur 80.

CIRCUITUS

Circuitus est evitandus 197.

CIRCUMVENIRE — CIRCUMVENTIO

Licet contrahentibus se invicem circumvenire in emptione venditione, dummodo non sit pretium minus dimidiae partis 198. — Circumventio alterius alii non praestat actonem 199. — Dolus fit calliditate, et fallacia, et quoties circumveniendi alterius causa aliud agitur, et aliud agi simulatur 466.

CITATIO — *Vide* — LIBELLUS —

CIVILE — CIVITAS

Civilis ratiò naturalia jura non corrumpit: civilis sapientia res est sanctissima 200. — A patre velut a patria mores refunduntur in filios, et cives 114. — Civitas non est respubblica 201. — Interest reipublicae lites resecare, et concordialiter cives vivere 923 — Mulier nupta incola est ejusdem viri civitatis 1194. — Legatum in diem civitati relictum videtur perpetuum 1057.

CLAUSOLA

Clausolae interpretantur una per aliam, et ex tota scriptura 204.

COACTIO

Coacta voluntas semper voluntas est, etsi rescindibilis 205. — Dolosa persuasio non minus malum est, quam violenta coactio 458. — Matrimonium stat, quod patre cogente factum est 1142.

CODICILLI

Codicillis non datur haereditas, nisi ex fideicommisso 206. — Codicillos facere potest

intestatus 207. — Institutio, et substitutio non habent locum in codicillis 913.

COGITATIO

Cogitationis poenam nemo patitur 1451. — Dixisse non videtur, quod quis mente non agitavit 450.

COGNATIO

Gradus cognationis sunt tres superioris, inferioris, et a latere: et pertinent ad haereditates, tutelas, et testimonia 721. — Generationis, sive adgnationis jura per pactum dirimi nequeunt, id est, ne sit filius meus 716; nec civili jure.

COGNITIO

Cognitio causae judicium desiderat 208.

COLLATIO

Donata non confert, qui se abstinet ab haereditate 489.—Non conferuntur in divisione erogata studiorum causà 442.—Dotem non confert filia se abstinens ab haereditate 517. — Legitimae supplementum datur, si testamento minus filio relinquatur, sed conferendum a filio, quod a patre proficiscitur 1091.

COLLEGIUM

Collegium faciunt tres personae 209; seu major pars curiae pro tota habetur 1120.

COLLUSIO

Collusione alterius, aut inertia alterius jus corrumpi nequit 98.

COLONUS — *Vide* CONDUCTIO-LOCATIO

COMMERCIUM

Res commercio exemptae non debentur 1722.

COMMITTERE — COMMISSIO

Committit in legem, qui verba legis complectens contra ejus nititur voluntatem 210.

COMMODARE — COMMODATUM

Commodantur etiam res soli 211 — Commodatarius praestat dolum, culpam, diligentiam, immo maximam, et aliquando casum 212.—Commodatarius rem ipsam commodatam restituit 210. — Duo commodatarii ejusdem rei in solidum tenentur 214.—In causa commodati compensationi locus non est 226.

COMMODUM

Ejus est incommodum, cujus est commodum 216, 549, 1596.—Commoda, et incommoda communicantur inter cohaeredes 215 — Ejus est periculum, cujus est commodum 549.

COMMUNIO

Commune est, quod in confinio est 217. — In commune detineri nemo compellitur invitus 218. — Communem parietem neuter dominorum aut reficere, aut demolire potest altero invito 219—nec in re communi unusquisquam facere potest altero invito 904 — Communem rem licet condomino facere meliorem 220 — Communis error generaliter non facit jus 566; sed quandoque facit jus 221.—Ea, quae communiter omnibus prosunt, praeponenda sunt iis, quae specialiter quibusdam utilia sunt. 222. et 539 — Ea, quae coeuntium fiunt, continuo communicantur 540. — Qui extruxit in area communi domum, communem hanc fecit, oblatis a condomino prius impensis extructionis 1628.—In judiciis communibus tota res, non ex parte spectanda, ut determinetur jurisdictio 878.—Res commixtae cedunt communiter, si separari nequeunt 1714. — Res empta ex pecunia communi non est communis: fundus a te ex mea pecunia emptus non est meus 1719. — Socii non sunt, qui rem in communi emunt 1795. — Suum est et quod commune est 1874.—Legatum fundi communis, quem testator meum dixerit, solam ejus portionem continet 1069.

COMPENSATIO

Compensatio fit ipso jure 223.—Quod natura debetur in compensationem venit. 1657. Compensatio fit partis debiti, et minuit actionem, atque retrotrahitur 224.—Compensatio cessionario objici non potest 225 — Com-

tractibus ad ultimas voluntates 138. — Dolus, et lata culpa in omnibus contractibus praestantur 339. et 464. — Errantis nullus contractus 565. — Respondens in judicio ex quasi contractu tenetur 938. — seu in judicio quasi contrahitur 876.—Modus contractui adjectus illum non suspendit, et quisquis modum cogitur adimplere 1178.—Mutus, si habet intellectum, intervenire potest in contractu, ubi praesentia opus est 1206. — Nemo obligatur ex alterius contractu 1703. Omissio necessariorum vitiat testamenta, et contrsctus 1354.—Pactum, quod ex intervallo sit appositum in aliquo contractu, non videtur inesse ipso contractu 1373. — Pactum contra naturam contractus vestitur 1377. — Praeposteratio verborum non vitiat contractus, nec ultimas voluntates 1505. Quasi contractus saepe absolute contractus vocantur 1568.—Quod actum est inter contrahentes, praestandum: nam bonae fidei congruit 1634. — Una scriptura plures contractus diversorum debitorum continere potest 1751.—Superaddita in contractibus non nocent 1871. — Verborum nimia subtilitas voluntati contrahentium nocere non debet 2042. — Lege prohibente nullus est contractus, nulla conventio 1079.

CONTRARIUM

Contrariorum contraria sunt consequentia 306. — Contrariis actibus liberamur, quibus obligati sumus 305.

CONVENTIO

Conventio, ubi nulla subest causa, obligationem non constituit; seu obligatio nulla sine causa. 1316.
Vide — CONTRACTUS.

CORPUS

Corporis humani praecipua pars est caput 309. — Nemo ad poenam sui corporis obligari potest, seu nemo dominus membrorum suorum 1249. — Qui non habet in aere, luat in corpore 1617. — Quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, jure fecisse existimatur 1650. — Vis sine corpore fieri non potest 2061.

CORREI

Correi solidales credendi actionem in solidum habent 310. — Factum unius correorum debendi nocet alteri; et interpellatio unius est interpellatio omnium 311. — Novare potest alter correorum stipulandi 1298. — Pactum reale correo prodesse, et socio, non ei nocere potest; pactum personale non item 1375.

CORRELATIVUM

Quod generaliter dispositum est in uno correlativorum, dispositum censetur et in altero 717.
Vide — CONJUNCTIO.

CREDITOR

Creditor, qui egit cum emptore haereditatis, jus non habet contra haeredem 312. — Creditor non potest, nisi juris remediis, occupare rem sui debitoris; nec dominus rem possessoris 313. — Creditor pignoratitius dolum, culpam, custodiam, non casum praestat: item si deteriorem fecerit pignoris causam: imputat in debitum fructus, quos ex pignore percipere debuit 314. — Creditor potest vigilare ad suum consequendum 315. — Creditor qui dimisit priorem creditorem, in ejus locum succedit 316. — Creditor est, qui habet actionem non elisam exceptione 317. — Creditor, qui res sibi obligatas vi rapit, in crimen incidit, et amittit creditum 318. — Creditor est, qui exceptione perpetua submoveri non potest; qui autem temporali similis est creditori conditionali 319.—Creditor tenetur accipere partem debiti ei oblatam officio Praetoris, et ex humanitate 320. — Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit 321. — Creditor, qui reddit pignus, non amittit creditum 322. — Creditorum major pars existimatur pro modo cujusque debiti, non pro numero personarum 323. et 1120.—Creditorum appellatione accipiuntur, tam qui pecuniam crediderunt, quam omnes, quibus ex qualibet causa quid deberi potest 324. — Aliud pro alio invito creditore solvi non potest 87. — Cautione a creditore reddita debitori videtur convenisse, ne peteret; profuturamque ei conventionis

exceptionem placuit 188. — Confusio jurium creditoris, et debitoris non evenit inter cohaeredes 260. — Confusione desinit esse creditor 261.—Creditor posterior jus habet offerendi creditori anteriori ejus pecuniam, ut succedat in ejus locum; idemque jus habet, ut retractetur venditio, vel datio in solutum rei pignori datae creditori anteriori 1009. Conditionalis creditor non actionem, sed spem habet 243. Curator a judice datus potest esse non creditor 352. — Debitor non acquirendo creditores non fraudat, secus si patrimonium suum minuit 370. — Debitor solvens potius alteri, quam vero creditori, non liberatur 375. et 1803. In alternativis electio est debitoris, cum non explicatur optio favore creditoris 550. et 837. — Extincta re ante moram periculum est creditoris 603: post vero moram est debitoris 604. Iusjurandum deferri nequit in fraudem creditorum 1026. — Minoribus dissipantibus pecuniam mutuatam denegatur actio creditori adversus eos 1168. — Periculum est creditoris, si offerente debitore, creditor sit in mora in accipiendo 1417. —Quae in fraudem creditorum gesta sunt, revocantur 1578. — Usurae non repetuntur a creditore super usuris solutis anteriori creditori 1988.

CRIMEN

Crimine admisso agitur de crimine 325. —Crimine morte extincto nulla quaestio superest 327. et 1189. — In criminibus aetatis suffragio minores non juvantur: malorum enim mores infirmitas animi non excusat 326. — Confitetur crimen, qui paciscitur 259. — In reatu constitutus potest bona sua administrare 905. — Actio civilis, et criminalis si simul concurrant utraque simul experiri potest 28. — Compromissum de crimine nullum est 230. — Creditor vi rapiens res sibi obligatas in crimen incidit, et amittit creditum 318. — Donatio non valet post contractum capitale crimen, nisi condemnatio secuta sit 498.

Vide — DELICTUM.

CULPA

Culpa caret, qui scit, sed prohibere nequit 338.—Culpa et dolus praestatur in mandato, commodato, vendito, pignori accepto, locato, tutela, dote, societate, et rerum communione 339.—item in negotiorum gestione 1221. Culpa lata dolo comparatur, et dolo proxima est 340. — Culpa est alienis se immiscere 341.—Culpa est affectare, quae quis vel nescit, vel non potest 342.—Culpam talem praestant cohaeredes suis cohaeredibus qualem suis in rebus; de ea vero tantum dolo proxima haeres fideicommissarius tenetur 343. — Culpa lata est non intelligere, quae omnes intelligunt 344. — Culpa abest, si omnia facta sunt, quae diligentissimus quisque observaturus fuisset 345. — Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi ipsi debet, non aliis imputare 356. Magna negligentia culpa est: magna culpa dolus est 1218. — Imperitia est culpa 828; item nimia severitas 348.—Commodatarius praestat dolum, culpam, diligentiam: immo maximam, et aliquando casum 212; item creditor pigneratitius, sed non maximam diligentiam, nec casum 314. — Condominus praestat levem culpam 249. — Deceptis sine culpa sua succurrendum 379.—Dolus, et lata culpa in omnibus contractibus praestantur 339 —Dolus praestatur ab eo, qui sine suo commodo, sed alieno quid agit; culpa vero ab eo, qui suo, et alieno 467. —Praeceptoris nimia saevitia culpae adsignatur 1497. — Res periculo nostro esse dicuntur, in quibus culpam praestamus 1721. — Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus 1787. — Tutor praestat culpam, et diligentiam, qualem in suis rebus 1951.

CURATOR

Nemo invitus esse potest curator 351. — Curator a judice datus potest esse non creditor 352. — Novare potest curator, si expediat 1297.—Recte solvitur curatori 1810. — Vir uxori mentecaptae curator dari non potest. 2060.

D

DAMNUM.

Damni actione non tenetur, qui damnum facit, ut suum tueatur 353. — Damni infecti aestimatione honestus modus, non immoderata luxuria servanda est, et ex rei veritate 354. — Si quis noverit alteri damnosam fore suam imperitiam, non debet suscipere opus 355. et 828: hinc imperitia artificis non excusatur 829. — Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi ipsi debet non aliis imputare 356. nec damnum sentire intelligitur 1594. — Damnum facit is, qui fecit, quod faciendi jus non habuit 357. — Damnum facit qui jubet, non qui paret 358. ideo obediens ei, qui potestatem habet, non est in culpa, ut damnum praestet 1311. — Damnum in petitione incertum judex certum judicare debet, et contra plures in partem singulos damnet 359. Damnum necessarium in periculo non imputatur 360. — Damnum non aestimatur ex affectione, sed ex pretio 361. — Damnum, quod per aggressuram latronum in possessionibus locatis rei conductoris illatum est, a domino earumdem possessionum non resarcitur 363.—Damnum culpa datum ab eo etiam, qui nocere noluit, pro injuria accipitur 362. — Nemo damnum ex sua liberalitate sentire debet 1254.—Quanti mea interest, quanti ea res erit, quanti adversarii interfuit, ad refectionem damnorum referuntur 1567. — Quantum alicujus interest in facto, non in jure consistit 922. — Judicandum de bono, et aequo in eo, quod interest 982. — Obligatio faciendi re non facta transfertur in obligationem dandi, et post moram in id, quod interest 1323. — Officium suum nemini debet esse damnosum 1350.

DARE — DATUM.

Dare pignori fructus rei est 364.—Aliud est dare, aliud reddere. *ibi.*— Data non videntur, quae tempore, quo dantur, accipientis non fiunt 365. et 1275. — Datum ob causam non inhonestam non repetitur causa secuta 366. — Datum ob causam, causa non secuta, repetitur; item a turpiter accipiente etiam causa secuta: secus si utrinsque dantis, et accipientis sit turpitudo 367. Quod datur meretrici non repetitur 1157. — Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis 1726. — Condicitur, quod quis habet ex injusta causa 367. —Non condicitur datum ob causam, si causa secuta non sit sine culpa accipientis, sed fortuito casu *ibi.* — Datum advocato non repetitur a suis haeredibus eo mortuo, si causam non egerit 368. — Qui dat errans repetit, qui consulto dat, donat 1605. — Non datur, quod non fit accipientis 1275. — Eum, qui certo loco aliquid dare promittit, alibi conveniri licet 583.

Vide — REPETITIO.

DEBITOR — DEBITUM.

Debitor est, a quo invito exigitur 369. — Debitor non acquirendo creditores non fraudat, secus si minuat patrimonium 370. — Debitor esse desinit is, qui exceptione submoveri potest a creditore 371. — Debitor certae speciei ob rei interitum ante diem, et sine culpa, liberatur; secus post moram 372. — Debitori non fit cessio jurium 373. — Debitor in mora, quanti res valuit, praestat 374. — Debitor solvens potius alteri, quam vero creditori non liberatur 375. et 1803. — Debitum commemoratum in titulo ex alia causa non habet vim obligationis 376. item si in testamento memoretur a testatore *ibi*, et 1905. item si memoretur in domestica scriptura 48. — In liberando debitore propensiores sumus ubi pactum est dubium 865.—Extincta re post moram periculum est debitoris 604.—Debitum causa naturalis obligationis non repetitur 377 et 1827.— Major pars creditorum existimatur pro modo debiti, non pro numero personarum 323. et 1120. — Compensatio fit partis debiti 224. — Compensatio ex debito usuras non parit 227. — Confusio jurium creditoris, et debitoris non evenit inter cohaeredes. 260. — In alternativis electio est debitoris 837. et 550. — Alius pro alio etiam invito, et ignorante solvere potest 1806. et 92. — Aliquid potest nobis deberi ex pluribus causis; non autem nostrum esse ex pluribus causis 83. — Cautione a creditore debitori reddita videtur convenisse, ne peteret, profuturamque ei conventionis exceptionem placuit 188. — Creditor non potest, nisi juris remedis,

DECEPTIO.

DECISIO

DEFENSIO.

DEFINITIO.

DELEGATIO.

DELIBERATIO.

DELINQUERE — DELICTUM.

DEMENTIA.

DEMONSTRATIO.

Demonstratio plerumque vice nominis fungitur 405.—Demonstratio factam rem, conditio futuram ostendit 406. — Falsa demonstratio non vitiat legatum 630. 572. 1068. et falsum in adsumptione demonstrationi certae non nocet 407. et 641. — Discrimen est inter conditionem, et demonstrationem 425.

DEPOSITUM —DEPOSITARIUS.

Haeres depositarii in solidum de ejus dolo tenetur 408. — Depositarius praestat diligentiam qualem suis in rebus, immo magnam diligentiam; praestatque usuras, si res depositas in ejus usum converterit 409. — Proprietas rei depositae apud deponentem remanet 410. — In causa depositi compensationi locus non est 226.

DEROGATIO.

Derogatur legi, cum pars detrahitur 1083. — Generi per speciem derogatur 718.

DESUETUDO.

Desuetudine lex abrogatur 414.

DETERMINATIO.

Determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pari forma determinare 415.

DICERE —DICTUM.

Dictum, seu testimonium unius testis est dictum, seu testimonium nullius 417. — Dixisse non videtur, quod quis mente non agitavit 450.— Nemo dixisse videtur sine voce, etsi mens dicentis sit potentior voce 1156. — Dictum advocati praesente parte ab ea censetur dictum 52.

DIES.

Die termini non adjecto in obligatione praesenti die debetur 418. ideo obligatio non cessat die non apposita 1327. — Dies termini non computatur in termino 419.—Dies computatur pro viginti quatuor horis a media nocte ad mediam noctem sequentis diei 420. — Dies certe extaturus adjectus in obligationibus conditionem non facit, secus si incertus sit dies 421. — Dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis 422. — Quod die certa promissum est, vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori relinquitur 423. — Dies obligationis cedit, quando incipit deberi; venit, quando peti potest 189. — Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, per adjectionem temporis, et conditionis vitiantur 40. — In stipulationibus praepostera dies statim cedit, sed venit adveniente die, vel post eventum conditionis 911. — Praescriptio debiti sub conditione, vel sub die currit a conditione, vel a die 1510. — Praescriptio debiti annui incipit a singulis annis 1511.

DIFFICULTAS.

Difficile idem est, ac morale impossibile 421.

DIGNUM — DIGNITAS.

Dignior ad se trahit minus dignum 426. — Dignitas facit domicilium 474, eumque non mutat, sed adjicit 427. — Dignitas major in sexu virili 428. — Dignitas, et honor non ascendit 429. — Dignitas est foeminae a marito, filiae a patre 430. — Dignitas collata juris publici est 431.—Dignitas a patre profecta filio non aufertur per crimen patris 432. — Avi dignitas prodest nepoti post casum patris 147. — Metum non probat adversarii dignitas 1158. — Munus publicum est administratio sine dignitate. Honor est administratio cum dignitate 1201. —Vidua dignitatem mariti detinet, sed novis nuptiis mutat 2055. —

DILATIO.

Dilatio temporis non potest prius habere finem, quam principium 433. — Dilatio propter causam conceditur 434. — Dilatio favorem debitoris respicit; ideo qui aliquo anno dare promittit, quolibet anni die solvere potest 435. — item qui certa die promisit, ante diem solvere potest 423. — Dilationis arbitrium judices absolute non habent 436. 979. —Qui dilationem petit ad solutionem, sententiae videtur adquievisse 15.

DOMICILIUM.

DOMINIUM — DOMINUS.

DOMUS.

DONATIO.

DOS.

DUBITARE — DUBIUM.

DUO.

E

EDERE — EDITIO.

Edendum est totum instrumentum, aut ejus pars, quae ad rem pertinet 542. — Edere jubendum a judice ex causa, et officio suo 543. — Nemini jus est edere sibi alterius rationes 544. — Edere non debet is, qui sibi edi postulet 8. — Editum instrumentum facit contra producentem, seu quod produco, non reprobo 546. — Actio edita, et petitio possunt mutari, et emendari 25.

EFFECTUS.

Cujus sunt effectus, ejus sunt partes 328. — Sufficit, ut quis faciat aequipollens dummodo effectus habeatur 56. — Effectus punitur ex affectu 63. — Cessante causa cessat effectus 191. — Conatus non nocet, nisi sequatur effectus 231. — Modus non curatur, dummodo effectus habeatur 1176. — Non praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum 1290. — Verba cum effectu sunt accipienda 2037. — Verba otiosa, temereque dicta nullius sunt effectus 2038.

ELECTIO.

Electio est debitoris, cum in alternativis non explicetur optio favore creditoris 550. — Electae jurisditioni renunciare possumus ante aditam jurisdictionem 551. — Electus inter eligentes facit partem 552. — De duobus malis minimum est eligendum 382. — Media via eligi potest 1116. — Optione facta in utraque re sententiam mutare nequit eligens, sicut et debitor 1363. — Pignoris persecutio electa actionem personalem non impedit 1427. — Solventi datur electio pecuniam imputandi quam in causam velit, eo non eligente, eligit creditor: sed in deteriorem debet imputare; neutro declarante in deteriorem imputatur causam 1805.

EMANCIPATIO.

Emancipare potest avus vel solum filium, vel solum nepotem, vel utrumque 553. — Emancipati non rediguntur inviti in patriam potestatem 554. — Emancipatus habetur pro emancipato, si ita vixerit; et nomen filii amittit 555. — Patria potestas solvitur emancipatione 1408.

EMPHYTHEUSIS.

Emphytheuta quasi dominus est: at si totus fundus pereat, domino directo perit; sin vero damnum particulare contingat, id cedit emphytheutae 556. In alienatione emphytheusis praefertur dominus directus 482. — Emphytheusis est species alienationis 558. — Meliorationes non repetit emphytheuta morosus 1151.

EMERE. — EMPTIO — VENDITIO.

Ab emptione venditione, caeterisque obligationibus recedi potest consensu eorum, qui inter se obligati sunt 559. — Emptor lite mota de dominio non tenetur solvere pretium, nisi praestita cautione 560. — Emptoris eadem causa, quae venditoris 541. — Aliquis non cogitur emere, vel vendere invitus 84. et 2022. — Aliud est vendere, aliud vendenti consentire 88. — Consentiens venditioni pignus dimittit, sed non vendit 321. — Nemo potest vendere res suas pretio suo 2031. — Vendere potest, qui et donare potest 337. — Vendita res propter minimam causam inempta fieri non debet 2023. — Vendita res non aliter desinit esse venditoris, nisi aere soluto, fidejussore dato, vel alias aere satisfacto; nec aliter fit emptoris nisi soluto, aut habita fide de pretio 2024. seu dominium rei venditae non transmittitur ad emptorem, nisi soluto, aut satisdato pretio 477. — Dominium fundi traditi pertinet ad primum ex duobus emptoribus successivis 481. et 1920. — Vendita re, si evicta sit, tenetur venditor 579. — Venditio solvit locationem 2026. — Venditio, aut locatio facta donationis causa nulla est 2027. — Venditioni accedunt cohaerentia fundi, et fructus pendentes 2028. — Imaginariam venditionem non facit, qui pretium convenit, et remittit 814. — Emptor rem, et pretium tenens usuras pretii praestare debet post diem traditionis 1689. — Casus ad emptorem pertinere debet 183. — Divisio pro emptione est 446. — Pactum obscurum et

ambiguum contra venditorem interpretatur 106. — Venditor tenetur dare possessionem vacuam 2029. — Venditor tenetur instrumenta fundi, et fines ostendere 2030. — Venditor injuriam emptori illatam pati non debet 2031. — Venditor de evictione tenetur, etiamsi specialem evictionem non promiserit 580, et 2032. — Venditor non tenetur de futuro casu, nec si ex persona, et facto emptoris res evicta sit 183. 581. et 2033. — Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit 321. — In venditione dominii utilis jus habet praelationis dominus directus 482.—Evicta re praestat venditor, quae accesserunt 577. — Periculum est emptoris in re vendita non dum tradita 1418. — Possessionis tempora emptoris, et venditoris junguntur 1470. — Post traditionem interpositam nuda voluntas emptionem non resolvit 1495. — Res aliena bona fide alienari potest, sed ab emptore auferri potest 1707.— Res empta ex pecunia communi non est communis : Fundus a te ex mea pecunia emptus non est meus 1719. — Traditionis ope res fit emptoris 1919. — Usurae ab emptore, cui possessio tradita est, ipso jure praestantur, dummodo pretium venditori non sit oblatum 1994.

Vide. — VENDITIO.

EQUUS

Equus natus ex equa mea praegnante ab equo tuo meus est 562.

ERROR.

Errans non videtur velle, nec consentire 563. — Errans communiter non est in dolo 564. — Errantis nulla voluntas, nullus consensus, nullus contractus 565.—Error communis non facit jus 566. — Error calculi non nocet 567. — Error scriptus a tabulario non nocet partibus 568. — Errore introducta non trahuntur ad consequentias 569. — Error juris non facit malae fidei possessorem, secus lite contestata 570. — Error in nomine proprio nihil facit, dum de corpore constet 571. — Error in nomine appellativo vitiat legatum: non vitiat in nomine, et cognomine legatarii, et haeredis, si de persona constet 572. — Error calculi in sententia corrigitur sine appellatione, nec praescribitur 573. — Error in jure non eodem loco, quo facti ignorantia haberi debebit 574. — Qui dat errans, aut qui ignoranter solvit, repetit, qui consulto dat, donat 1605. — Qui errore petit, sine dolo est 1609. et 454. — Non fatetur, qui errat in facto, nisi jus ignoraverit 1277. — Erronea quitantia de toto recepto, cum pars recepta sit, non nocet 1633. — Sententia in rem judicatam transacta non restauratur sub praetextu erroneae computationis 1760. — *Vide tamen* 988. — Usucapionem non parit juris error 1984.

EVENTUS.

Nemo debet petere id, quod contrario eventu non esset postulaturus 85. — Negotiorum gestori eventus malus non nocet 1227.

EVICTIO.

Evicta res non est in bonis 576. — Evicta re praestat venditor, quae accesserunt 577. — Evicta parte rei pro solido durat obligatio 578. — Evicta re venditor tenetur et pretium, et id, quod interest, praestare; et si sciens alienam rem vendiderit, omnino tenetur 579. — Evictio etiam non promissa a venditore praestatur 580. et 2032. — De evictione non tenetur venditor, si ex persona emptoris, vel ejus facto res evicta sit; nec tenetur de futuro casu 581. et 2033. — Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio 1586. — Legata res a defuncto tertio obligata si evincatur, pretium ab haerede praestatur 1034. — Meliorationes repetit emptor evictus bonae fidei possessor 1149.

EXCEPTIO.

Exceptio firmat regulam 585. — Exceptio opposita non facit excipientem de actionis intentione confiteri 586. — Exceptio dilatoria in exordio litis proponi debet: peremptoria semper ante sententiam 587. — Exceptio tamdiu durat, quamdiu durat actio 588.—Exceptio doli repellit vindicantem rem, quam quis vendidit 452. et quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit

exceptio 1586.—In exceptione reus est actor 590. et 1735. — Exceptiones plures proponi possunt; personales ad alios non transeunt; rei cohaerentes transeunt 591. — Exceptio de jure tertii non est audienda 592. — Excipere potest, qui et agere potest 593. — seu qui habet actionem, et exceptionem habet 1612.—Nihil interest, quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur actio 1261.—hinc creditor est is, qui habet actionem non elisam exceptione 317. — et qui exceptione perpetua submoveri non potest 319.—qui vero submoveri potest exceptione temporali similis est creditori conditionali ibi. — ideoque desinit esse debitor, qui exceptione submoveri potest 371. — Iudex actionis est competens judex exceptionis, et reconventionis 970.—Quod temporale est ad agendum, perpetuum est ad excipiendum 1635. — Rei judicatae exceptionis requisita sunt identitas personarum, objecti, et alia 992.

EXCUSATIO.

Omnis excusatio sua aequitate nititur 594. Vanus timor non excusat 2016.

EXEMPLUM.

Exemplis non est judicandum, sed legibus 595. et 969. — Necessitate recepta non sunt exemplo 1215.

EXIGERE — EXACTIO.

Bis exigere non patitur bona fides 159. — Debitor est, a quo invito exigitur 369.

EXISTERE — EXISTENTIA.

Quod pendet non dum existit 1290. — Partus, qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis custoditur, quoties de ejus commodo agitur, immo est ejus causa favorabilior, quam nato 1396.

EXISTIMATIO.

Falsa existimatio veritati non nocet 596. — Actio existimationis praefertur in concursu aliarum actionum 23.

EXPELLERE — EXPULSIO.

Conductor expelli potest ob usum proprium domini, ob reficiendam domum, et ob malversationem conductoris in re locata 251. — Condominus inquilinum expellere nequit invito altero condomino, ne pro parte quidem sua, quia qualis sit, scire non potest 250.

EXPRESSUM.

Expressa nocent, non expressa non nocent 599. — Pro expressis habentur, quae sunt moris 600. — Ea non expressa non nocent, quae aperte comprehensa vitium afferunt 536. — Doli clausola ad non expressa pertinet 451. — In stipulationibus quod palam verbis non exprimitur, illud pro omisso habendum 912. — Tacite quaedam possunt fieri, quae non possunt expresse 1877.

EXTENSIO.

Extensio de casu ad casum non fit 602.

EXTINCTIO.

Extincta re debita ante moram periculum est creditoris 703. — Extincta re post moram periculum est debitoris 604.

EXTRUERE — EXSTRUCTIO.

Qui extruxit in area communi domum, communem hanc fecit oblatis a condomino prius impensis extructionis 1628.

F

FACERE. — FACTUM.

FALCIDIA.

FALSITAS.

ctis transactum est 633.— Falsi accusationem non excludit querela inofficiosi 1588.—Falsi actionem evadere nequit is, qui instrumentum falsum composuerit, et uti nolit 634.— Falsi veritas officio judicis variis probationibus inquirenda 635. — Falsi nominis, vel cognominis adseveratio poena falsi coercetur: sed nominis mutatio sine fraude non est illicita 636. — Falsum est, quod animo corrumpendae veritatis in alterius fraudem dolo malo fit 637. — Falsum objiciens interim ad solvendum compellitur 640. — Falsum in adsumptione demonstrationi certae non nocet 641. — Falsa existimatio veritati non nocet 596. — Falsum fit omni re, cum quid fit contra fidem veri 638. — Falsum testamentum dicere potest is, qui ignorans ipsum agnovit 639. — Judicatum rescinditur ex falso instrumento postea habito 990. — Transactio non stat ex falsis instrumentis etiam cum jurejurando 1932.

FAMILIA.

Familiae relictum a proximis in gradu transit ad sequentes 642. — Familiae appellatione liberi quoque continentur 643.—Familiae appellatione dicuntur plures personae uni subjectae 644. —Mulier est familiae caput, et finis 645. et 1193.

FAMOSUM.

Actio neque poenalis, neque famosa datur neutri conjugum constante matrimonio 29.— Inter famosa judicia summa non distinguit 927.

FAVOR.

Favorabiliores sunt ultimae voluntates contractibus 646. — In dubiis, et in pari causa favorabiliores rei, quam actores 1733. — In favoribus et liberationibus largissima fit interpretatio 865. — Quod in favorem alicujus conceditur, non est in ejus odium retorquendum 1639 — seu quod pro hominum utilitate introductum est, non est contra eos ad severitatem producendum 1653. — In dubiis doti favendum 519. — item in liberando debitore 888.— In re obscura, quod favorabilius est, judicandum 1343. — Odia sunt restringenda, favores ampliandi 1347.

FICTIO.

Fictio debet tantum porrigi ad id, quod per rerum naturam non est impossibile 648.

FIDEICOMMISSUM.

Pactum fideicommissi conditionalis valet 649. — Fideicommissum evanescit invicem substitutis consentientibus 650. — Fdeicommissum familiae relictum peti potest ab iis, qui nominati sunt: post eos extinctos a caeteris ex familia tempore mortis testatoris 651.—Fideicommissum, seu bona fideicommissi nec alienari, nec pignori dari possunnt, excepta causa legitimae, et dotis 652. — Codicillis non datur haereditas, nisi ex fideicommisso 206. — Legata fideicommissis exaequata sunt 1035. — Praescriptio contra haeredem nocet fideicommissario 1516. — Repraesentatio locum habet in fideicommissis, et in morte civili 1700. — Transactio inter fratres etiam minores valet, ut a fideicommisso se invicem liberentur 1928.

FIDEJUSSIO.

Fidejussio accedens obligationi a lege prohibitae liberatur 653. — item per novationem. *ibi.* —Fidejussio accipi potest in poenam maleficii 654. — Fidejussor in leviorem rei causam, non in duriorem obligari intelligitur 655. — Fidejussor intensive obligari potest, non extensive 656.— Fidejussor factum alienum ignorare potest 657 1734.— Fidejussor liberatur reo electo, et solvente 658. — Fidejussor semel liberatus, semper liberatus videtur 659. — Solvendo est, qui habet pro se fidejussorem 1800. — Soluto debito solvitur pignus, hypotheca, et fidejussio 1817. — Fidejussor excusatur, si res esset peritura etiam penes creditorem 660. —Etiam fidejussoribus competunt rei cohaerentes exceptiones 661. — Fidejussoris obligatio transit ad suum haeredem; item et beneficium 662.—Fidejussoris fidejussor datur 663. —Fidejussoris obligatio est accessio principali obligationi, et plus non debetur 664. — Creditor contra unum ex pluribus fidejussoribus, aut reis agens non amittit contra alios actionem 665. — Cautio judiciaria est idonea, si fidejussor vir sit dives immobilium, facilisque ad convenien-

dum 187. — Conductoris fidejussor praestat post moram usuras pensionum a conductore tardius illatarum 1987.—Jusjurandum praestitum ab uno ex duobus reis debendi prodest alteri, ac etiam fidejussori: praestitum a fidejussore prodest fidejussori 1022. — Mora rei principalis fidejussori nocet 1186. — Novare non intelligitur, qui fidejussorem recipit 1294. — Satisdatio non videtur data, quoties vitiosa est 1741. — et denuo danda, si fidejussor haeres fit stipulatoris, et contra; nec non cum fidejussor haeres sit stipulatoris, et contra; ac etiam cum fidejussor facultatibus lapsus sit 1742.

FIDES.

Grave est fidem fallere 724. — Acta publica exhibenda sunt ad veri fidem 17. — Publica fides actorum perpetua est 1557.— Bis exigere non patitur bona fides 159. — Bona fides est, quando quis ignorat rem alienam esse: in contractibus servanda, et veritalis loco est 162. — Bonae fidei possessor est, qui a judice comparavit 163. et 1474. — Bonae fidei possessio tantum possessori praestat, quantum veritas, id est, si vere sum dominus 164. — Quod actum est inter contrahentes, praestandum: nam bonae fidei congruit 1634. — Error juris non facit malae fidei possessorem, secus lite contestata 570. — Malae fides allegata probanda est: mala fides superveniens in persona successoris non vitiat usucapionem 1121. — Bonae fidei possessor praescribit contra fideicommissum 1481. — Testimonii fides non admittenda propter lubricum consilii, nec propter notam, aut infamiam testis; nec ejus fides adhibenda, cui imperari potest, ut testis fiat 1912. — Non multitudo testium, sed sincera fides, cui potius lux veritatis adsistit, tenenda 1913.

FILIUS.

Filii naturales excludunt quandoque substitutum 667. — Filii naturales matrem jure naturae sequuntur 668. — Filio mortuo simul cum patre supervixisse videtur filius 669. — Filiorum nomine foeminae continentur, non contra 670. — Patris delictum non est filiorum poena 671. — Filios reliquisse dicitur is, qui ventrem reliquit praegnantem 672 — seu qui reliquit posthumum 1493. — Filius non tam haeres, quam dominus patris 673. — Filiusfamilias in publicis causis habetur pro patre familias 674: item in peculio castrensi: alioquin pro patre adquirit. *ibi.* —Filius, dum deliberet, alitur ex haereditate 392. — Dignitas filiae a patre 430. — Dignitas a patre profecta filio non aufertur per crimen patris 432. — Donatio revocatur ob supervenientiam filiorum 500. — Officium est parentum dotare filias 1352. — Emancipare potest avus vel solum filium, vel solum nepotem, vel utrumque 553. — Filiusfamilias potest esse judex 976. — Matri ab intestato succedunt aeque omnes filii ex diversis matrimoniis 1840. — Filius motus reverentia patris in aliquid peragendo excusatur 1191. —Nepotes in privilegiis personalibus non continentur nomine filiorum; item et in rebus odiosis 1258. — Pater filio succedit in bonis a se profectiis, non in donatis a Principe. Pater et filius eadem persona reputantur. Pater creditur bene consulere suis liberis 1405. — Patris mores refunduntur in filios 114. — Patris reatus filio non impedit honores 1412. — Jus patronatus ad filium non haeredem transit 1414. — Separatio conjugum educationem filiorum judici tribuit 1771. — Filii vulgo concepti dicuntur, qui patrem habent aut incertum, aut non ex lege 2075.

Vide — LIBERI.

FINES.

Actio finium regundorum, etsi personalis, pro vindicatione est, et causae proprietatis cohaeret 20. — Commune est, quod in confinio est 217. — Venditor tenetur instrumenta fundi, et fines ostendere 2030.

FISCUS.

Fisco datur, quod aufertur ab indignis 675 —In dubiis fisco non est favendum 676. — Fiscus vectigali immunis est 2018.

FOEMINA.

Foeminarum conditio in multis deterior est 677. — Foeminae non possunt suscipere officia civilia: nec esse testes in testamento

alibi possunt, nec esse judices, nec arbitri 678. 975.—Dignitas est foeminae a marito 430. — Masculinus sexus non continet foemininum 1136. — Foeminae post decimum secundum annum testari possunt 1165. — Testari possunt mares completo anno decimoquarto. *ibi.*

Vide — MULIER.

FORMA.

Forma dat esse rei, et forma mutata prope interimit substantiam rei, remque conservat in esse 1202.

FORUS.

Fori privilegium superveniens inutile est, et potest suo privilegio quisque renuntiare 679. —Forus non mutatur lite incoepta 681. 998. et 1004. — Actor sequitur forum rei 34. — Eum, qui certo loco aliquid dare promittit, alibi conveniri potest 583.
Vide. — JURISDICTIO.

FRATER.

Appellatione fratrum veniunt etiam sorores 118. — Transactio inter fratres etiam minores valet, ut a fideicommisso se invicem liberentur 1928.

FRAUS.

Fraudari non videntur, qui sciunt, et consentiunt 1255. — Fraudis suspicionem tollit affectio 683. — Fraus existimatur tam ex eventu, quam ex consilio, ac etiam ex tempore 684.—Fraus sua nemini juvat 685 et 1124. 1229.—Fraus dat fraudato non solum, quod generaliter habere potuisset, sed etiam quod per adversarium habere non potuit 686. — Dignum est fraudem in suum auctorem retorqueri. *ibi.* — Licet mihi aliquis fraudem faciat, non propter hoc aliis fraudem facere debeo. *ibi.* — Quae in fraudem creditorum gesta sunt, revocantur 1578.—Gesta fraudationis causa intelliguntur omnis alienatio, acceptilatio, obligatio, et qualiscumque contractus. *ibi.* Item quando quis se non defendit, vel debitum non petit *ibi.* — Item qui rem suam usucapi patitur *ibi.* — Revocatur donatio, si debitor donaverit inscio etiam donatario. *ibi.* — Revocatur dos adversus maritum conscium, non vero inscium fraudis. *ibi.* — In revocatione omnia in integrum restituenda. *ibi.* — Datur poenalis actio contra fraudatorem *ibi.*—Qui non adquirit non fraudat creditores 1614. — Qui fraudem se fecisse audeat dicere, audiri non debet 1632. — Alienatio in fraudem legis non valet 75. — Ea, quae ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae imputantur 537. — Consilium non fraudolentum non obligat, nec necessitatem inducit 273. — Contrectatio rei fraudolosa furtum est 712. — In fraudem legis facit, qui id facit, qui salvis verbis legis ejus sententiam circumvenit 868. — Aliud est contra legem, aliud in fraudem legis facere 90. — Jusjurandum deferri nequit in fraudem creditorum 1026.

FRUCTUS — FRUCTUARIUS.

Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet; omnes fructus rei, et quidquid inde percipi potest, ejus sunt 687.—Fructuarius praestat omnia fructuum onera, etiam stipendia, et tributa 688. — Fructus pendentes pars fundi sunt, et ad fructuarium pertinent 689. — et in venditione accedunt, cohaerentia fundo 2028. — Fructus, et partus futuri recte emuntur *ibi.* — Fructus post litem contestatam, aut mala fide percepti restituuntur 690.—Fructus jure soli, non jure seminis percipiuntur 691. —Omnes fructus hominis gratia natura comparavit 692. — Fructus perceptos, et percipiendos restituit victus in judicio, et ejus haeres; item malae fidei possessor 693. — Fructus intelliguntur deductis expensis 819. 694—Fructus in alieno fundo cadentes legere licet 695. — Fructus facit suos bonae fidei emptor 696.—Foedus sunt in fructibus *ibi.* Donatae rei fructus non sunt in donatione 493. — Dominus directus idem privilegium habet super fructibus fundi emphytheuticarii, quod dominus uti'is 483. — Dotem minuunt impensae, et fructus 518. — In petitione rei inest petitio fructuum: hinc etsi non petiti officio judicis taxantur 901. — In omni divisione fructus veniunt praeteriti tem-

FRUSTRA — FRUSTRATIO.

FUNDUS.

FUNERARI — FUNUS.

FUR — FURTUM.

FUROR.

G

GENERALE.—GENUS.

Generalibus specialia insunt 715.—Generale dictum generaliter est intelligendum. *ibi.* — seu verba generaliter prolata generaliter sunt intelligenda 2041.—Generalitas non trahitur ad futurum, nisi exprimatur; nec ad ea, quae verosimilia sunt. *ibi.* — Generaliter dispositum in uno correlativorum, censetur dispositum et in altero 717. — Generi per speciem derogatur 718.—Aliquando lex enumeratis quibusdam specialibus subjicit generale verbum, quo specialia complectitur 82.

GENERATIO.

Jura generationis, seu adgnationis per pactum dirimi nequeunt, id est, ne sit filius meus 716. — nec civili jure 999.

GESTOR NEGOTIORUM.

Negotiorum gestor casum fortuitum non praestat 719. — tenetur vero de eo, quod non recte, negligenter, et imprudenter gessit: quod autem bene per eum gestum est, non debet ex alio eventu reprobari 720. — Negotiorum gestor tenetur de dolo, et culpa, etiam levissima, si modo alius diligentius negotia administraturus esset: interdum de dolo tantum, non de casu fortuito 1221. — Tenetur de omissis, si ea debuit facere: nec habet actionem de inutilibus gestis 1222. — Sin vero ignorans emat rem domini, usucapere potest adversus eum 1223. — Tenetur ad usuras, et ei debentur usurae ex circumstantiis 1224. — Imputare sibi debet, quod indebitum solvit 1225. — mortuo domino incohata explicat, nova non incohat 1226. — Eventus malus ei non nocet 1227. — Negotiorum gestorum actione uti nequit, qui pietatis causa quid impendit 1228. — Actio negotiorum gestorum est personalis, non vero hypothecaria, et ex gestione utrinque oritur — 22. Solvens ei, qui gerit pro alio, non liberatur, nisi dominus ratam solutionem habuerit 1801.

GRADUS.

Gradus cognationis sunt tres superioris, inferioris, et a latere, et pertinent ad haereditates, tutelas, et testimonia 721. — Gradus dicti a similitudine scalarum; et graduum ordo servandus: ideoque qui sunt in eodem gradu, simul omnes veniunt 722.

GRAVATUS.

Gravatus in uno est in alio sublevandus 723.

GRAVITAS.

Grave est fidem fallere 724.

H

HABERE

HABITATOR

HAEREDITAS — HAERES

I

IDONEUM

Cantio judiciaria est idonea, si fidejussor sit dives immobilium, et facilis ad conveniendum 187.

IGNORANTIA

Ignorantia juris neminem excusat; non vero in damnis vitandis 798; ignorantia facti excusat 799; ideoque error juris non eodem loco, quo facti ignorantia haberi debebit 574. — Ignorantia praesumitur, nisi scientia probetur: ideo allegans ignorantiam non debet probare, sed adversarius scientiam 800. — Haeredi datur ignorantia facti defuncti 734 et 801. — Ignorantiam facti proprii nemo debet pretendere 802. — Ignorantia alterius nemini prodest, cum nec scientia alterius nemini nocet 803. — Ignorantia supina non excusatur 804. — Ignorantia juris suum petenti non nocet; acquirere volenti non prodest 805. — Ignorantia juris in minoribus permissa, interdum et in foeminis 806. — Justa ignorantia in pluribus causis excusationem meretur. 807. — Ignorantia facti alieni excusatur, et tolerabilis est error 808. et 803. — Ignorantibus, non stultis succurritur 809. — Turpe est patricio, et causas oranti jus ignorare 810. — Ignorare jus proprium nemini juvat 811. — Improbus non est, qui ignorat quantum solvere debet 832. — Ignorantis, et inviti melior conditio fieri potest 95. et 946. — Qui potest alio invito quid facere, potest et eo etiam ignorante 1616. — Nemo debet firmiter adserverare, quod ignorat 1252. — Qui cum alio contrahit non debet esse ignarus ejus conditionis, secus si haeres, aut successor sit 1610. — Qui succedit in locum alterius justam causam habet ignorandi ejus factum 1618, item et reus 1734. — Falsum testamentum dicere potest is, qui ignorans illud agnovit. 639. —

ILLICITUM.

Illicita nec discere, nec docere licet 812. — Illicitum est corrupta vendere 813. — Illicitum ex jure idem est ac impossibile 1655. Non licet actori quod reo licitum non est. 1271.

IMMUNITAS

Immunitas est personalis. 816. — Vectigali immunis est fiscus. 2018.

IMPENSÆ

Impensae litis debentur a victo victori 817. — Impensae ultimae infirmitatis uxoris a viro non repetuntur ab haereditate uxoris; sed repetuntur impensae funerum, quae sunt aes alienum dotis 818. — Impensae minuunt fructus, et debentur etiam si nulli fructus sint 819. — Impensae necessariae sunt, quae rem servant; utiles, quae meliorem faciunt; voluptuariae, quae tantum ornant 820. — Impensae utiles, necessariae, et voluptuariae repetuntur a bonae fidei possessore, non praedone: utiles, et necessarias repetit conductor 821; etiam ejectus ob pensionem non solutam 2010, et donec eas consequatur, jus habet retentionis fundi locati 1015. — Impensae voluntariae mutant naturam suam ratione rei, ubi fiunt 821. — Impensae debentur possessori a petitore, nisi ex fructibus satisfactus fuerit 822. — Impensae utiles in fundo dotali factae repetuntur a marito 823: necessariae minuunt dotem pecuniariam, et corpora dotalia aestimata; item et fructus. *ibi*. — Impensae modicae ratio non habebitur 824. — Impensae funeris, inventarii, et similes ab haerede retinentur 825. — Impensae funerum pro dignitate defuncti arbitrantur, et pro modo ejus facultatum; privilegium habent super mobilibus, et immobilibus 826 et 1538 — Impensae faciendae a quocumque secundum suum statum sive facultatis, sive nobilitatis. 826. — Negotiorum gestorum actione uti nequit, qui pietatis causa quid impendit 1228. — Parens sumptus, quos affectione domestica, et pietatis munere fecit, repetere nequit 1385. — Praedo recuperat impensas in restitutione fructuum, si melior res facta sit 1499. — Procurator reficiendus est de impensis 1546. — Tutor repetit omnes impensas sumptusque litium, et viatica 1950. — Qui sciens severit agrum alienum, domino sevit, sed reficitur de impensis 1627. — Studiorum impensae, et alimenta pupillo debentur 1855.

IMPERATOR.

Imperator legibus solutus est 827: Dignum est tamen majestate Regnantis legibus alligatum se Principem profiteri *ibi.*—Ad imperatorem pertinet leges condere. 1076.

IMPERITIA.

Imperitia est culpa: hinc nemo debet suscipere id, in quo novit, vel noscere deberet suam imperitiam, vel imprudentiam alteri damnosam fore 828. et 355. — Imperitia artificis non excusatur 829.

IMPERIUM.

Par in parem non habet imperium 1384. *Vide.* IURISDICTIO.

IMPOSSIBILE.

Impossibilium nulla obligatio 830. — seu leges non obligant ad impossibilia 1073. — Allegans impossibile non auditur 830.—Impossibilia pro non adjectis habentur 831.— Ad impossibile nemo tenetur; nec obligatur 1244. et 830. — Quae per rerum naturam sunt impossibilia pro non adjectis habentur 45. — item impossibilis conditio 235.—Difficile idem est ac morale impossibile 424.— Repugnantia sunt velut impossibilia 1702.

IMPUBES.

Impuberes nihil posse, vel scire intelliguntur 833. — Impuberes non possunt suscipere officia civilia 834.—Impubes pubertati proximus id est ab anno decimo cum dimidio furandi, et injuriae faciendae capax est. 1563.
Vide. — MINOR.

IMPUNITAS.

Impunita maleficia esse non debent 835. — Impunitas continuum affectum tribuit delinquendi. *ibi.* —

IMPUTATIO.

Imputari mihi non debet, quod per me non stat; secus si per me stet 836.—Solventi datur electio pecuniam imputare quam in causam velit: eo non eligente, eligit creditor: sed in deteriorem debet imputare: neutro declarante in deteriorem imputatur 1805. Quae improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato, non noxae imputantur. 1574.

INCAPACITAS.

Incapaces testandi sunt masculi ante annum quartum decimum: foeminae ante annum duodecimum expletum 843. —

INCENDIUM

Incendia vix sine culpa 845.

INCERTUM.

Quod pauperibus relictum est, incertae personae non videtur relictum 846.—Quidquid est incertum, vitiat actum, et impedit condemnationem 847. — Confessio de re, quae incerta sit in rerum natura, non tenet 256.— Damnum in petitione incertum judex certum judicare debet, et contra plures damnat singulos in partem 359.—Dies incertus in testamentis conditionem facit 421 *in, nota* (*d*). — Obligatio incerta ex stipulatu parit condictionem incerti, sed sine ulla demonstratione nulla est 1329.—Possessio incertae rei non datur 1458.—Testari nequit incertus de statu suo 1899.

INCLUSIO.

Unius inclusio est alterius exclusio, et viceversa 849.

INCOLA.

Incola parere debet magistratui, apud quem incola est, et etiam suo 850.— Mulier nupta incola est ejusdem viri civitatis 1194.

INDEBITUM.

Solutum non praesumitur indebitum 1824.
Vide. — CONDICTIO. — REPETITIO. — SOLUTIO.

INSTITUTIO.

INSTRUMENTUM.

INTELLIGERE.

INTERDICTA. — INTERDICTIO.

INTERESSE.

INTERPELLATIO.

INTERPRETATIO.

INTERROGATIO.

J

JUDEX.

Judex prolata sententia desinit esse judex 955. — Judex religione sua supplet omissioni legis 956. — Judex judicare debet secundum allegata, et probata, non secundum solam conscientiam 957. — Judex curare debet, ne impotentes a potentibus opprimentur 958. — Judex prorogare potest tempus executionis judicati 959. — Judex qui fines suae jurisdictionis excedit, nihil agit 960. — Judex supplet, quae sunt aequitatis 961. — Judex supplet defectui partium 962.—Judex neque sibi, neque suis domesticis, et filiis jus dicere potest 963. — Judex sententiam ferre debet in scriptis. *ibi.* — Judex non debet impertiri officium suum non requisitus 964. Judex in certam rem, vel quantitatem sententiam ferre debet 965. — Minus petens in judicio non laeditur: ideoque judex ad veram quantitatem respicere debet 1170. — Judex est legum minister, non arbiter 966. — Judex in omni re aequitatis potius, quam stricti juris rationem habere debet 967. — Judex reum defensione privare nequit 968. — Judex judicare debet legibus, non exemplis 969. — non jure judicans facit injuriam. *ibi.*—Judex actionis est competens judex exceptionis, et reconventionis 970. — Judex propriam sententiam nec mutare, nec corrigere potest 971. — Judex proferre potest sententiam, ut partes convenerint 972. — Judex potest de quibusdam judicare definitive, de caeteris interloqui 973. — Judex, qui litem suam facit, obligatur ex quasi maleficio 974.—Judex esse non potest surdus, mutus, furiosus, impubes, senatu motus, foemina, minor 18 annis. 975. — Judex potest esse filiusfamilias 976. — Judex litem suam facit, si dolo, gratia, inimicitia, sordibus sententiam dicit 977.— Judex non dandus, quem pars petit 978. — Judex immoderatum dandae dilationis arbitrium non habet 979. — Boni judicis est litem dirimere 165. 997. — Cujus in agendo actor servavit arbitrium, eum etiam contra se judicem habere non debet dedignari 330. — Non est judicis certi, et constantis animi motum detegere 996. — Judicis incompetentis nulla est sententia 997. — Multa judicis arbitrio relinquenda 1198. — Nemo judex in causa propria 1233. — Officio judicis sunt ea, quae in judicio versantur 1319.—Temperamentum judex adhibere potest 1880.— Qui fuit advocatus in causa adversarii in eadem suspectus est judex 52. — Quaestio voluntatis in aestimatione judicis est 1585.— Qui nulli praest judicio judex fieri non pote t ex consensu privatorum 1623. — Qui jure ordinario munitus est, extraordinario non eget auxilio 1626. — Sententiae etiam injustae parendum propter auctoritatem judicis 1765. — Manu militari decreta judicum nonnunquam impleri oportet 1135.

Vide. — JUDICARE.

JUDICARE. — JUDICATUM.

Judicandum omnibus partibus vocatis praesentibus, alias tenet judicatum inter praesentes 980. — Judicandum etiam ex jure publico 981.— Judicandum de bono, et aequo in eo, quod interest 982. — Judicantium praesentia necessaria est 983. — Judicare munus publicum est 984. — Judicare periculosum est judicibus 985. — Res judicata vim legis obtinet 986. — Res judicata pro veritate habetur 1716. — Res judicata ex uno judicio non potest in partem valere, et in partem non valere 987. — Res judicata non restauratur propter errorem calculi, nec per instrumenta postea reperta 988. — Res inter alios judicata tertio non nocet 989. — Judicatum rescinditur ex falso instrumento postea habito 990. — Judicatum in quaestione communi facit praejudicium 991. — Judicatum non obest nisi in eadem quaestione, inter easdem personas, et circa idem corpus 992. — Seu rei judicatae exceptionis requisita sunt identitas personarum, objecti, et alia 1682. — Nemo exequi potest judicatum contra tutorem, procuratorem, et actorem municipum in bonis eorum propriis 993. —Judicatum contra tutores, et curatores latum creditor exequi potest contra minores cessata minoritate 994. — Confessus pro judicato est 257. — In confitentes nullae sunt judicandi partes 851. — Consuetudo firmatur ex rebus judicatis 281. — Consuetudo, et res judicatae legem interpretantur 282. — Res judicata est finis controversiae

JUDICIUM.

JURISDICTIO.

JUS.

cessarias in eam factas 1016. — Jus retentionis non habet commodatarins, neque depositarius ob compensationem, vel impensas in rem factas 1017. — Jus praelationis favore domini directi in alienatione dominii utilis non procedit in venditione sub hasta 1018.—Jus finitum est: facta infinita 1019. — Jus dicitur apertum, quando redditur ratio. *ibi*.—Jura se adaptant ad ea, quae frequenter, non vero ad ea, quae raro accidunt 42. — Non est producendum ad consequentias, quod contra rationem juris receptum est 272. et 1654. — nec fn eo juris regulam sequi possumus 870. — In pari jure jus prohibendi praevalet 897. — Turpe est patricio, et causas oranti jus, in quo versatur, ignorare 810. — Nemo potest propria auctoritate jus sibi dicere, sed illud experiri debet in judicio 1230. — Nemo sibi eam legem dicere potest, a qua discedere non possit 1246. — Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam et ipse habet 1247. — nec habere plus juris, quam suus auctor 1248. — Nocet habenti jus duplex id, quod uno jure amisit, sed prodest, quod alio jure habet 1263. — Non videtur quis sponte abdicare jus suum, nec proicere sua velle. 1282. — Omne jus primo personarum causa constitutum est 1356. — ideoque persona ante quaerenda, quam juris ratio 1420. — Omnia quae jure contrauuntur, contrario jure pereunt 1357. — Parum est jus nosse, si personae, quarum causa constitutum est, ignorentur 1399. — Qui jure suo ntitur non videtur dolo facere, nisi tertio noceat, nec videtur vim facere 1620. 1281. et 453.— Quod est contra formam juris, nullum est 1647. — Pactum contra regulas juris nullum, nec servandum pactum a jure communi remotum 1371. — et contra formam juris fiscalis 1382.— Quod cnique jure facere l'cet, id etiam facere licet creditore invito 1660. — Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis 1726. — Unusquisque rennntiare potest juri suo 1973.—Stricto juri aequitas anteponenda, et ubi naturalis ratio, aut dubitatio juris obstat 57. et 535. — Alterius collusione, aut inertia alterius jus corrumpi nequit 98. — Apposita in contractibus ad tollendam dubitationem jus commune non laedunt 125. — Beneficium juris nemini auferendum, nisi cognita causa 157. — In bonis nostris jus superficiarium, dominium, et actiones sunt 842. — Non capitur, qui jus publicum sequitur 1272. — Non captari verba legis, neque calumniari jus oportet 175. — Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur 487. — Melius est intacta jura servare, quam vulnerata causa remedium quaerere 1154. — Non praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum 1290. — Regula juris est brevis narratio ejus, de quo fit sermo in regula. Regula non facit jus, sed ex quo continetur, quod jus est, regula fit, et patitur exceptiones 1681. — Scripturae ordo non impedit causam juris, ac voluntatis 1754. — Factio testamenti juris publici est 1887.

JUSJURANDUM

Jusjurandum est species transactionis, et loco solutionis cedit 1020. — Jusjurandum locum tenet probationis, et inter eos, inter quos juratum est, probat 1021.—Jusjurandum delatum ab uno ex duobus reis credendi nocet alteri; et praestitum ab uno ex duobus reis debendi prodest alteri, ac etiam fidejussori: praestitum a fidejussore prodest fidejussori 1022. — Jusjurandum inter alios actum non prodest, neque nocet tertio 1023 et praestari debet, ut delatum est. *ibi*. — Jusjurandum rei judicatae vicem obtinet: speciem pacti, et acceptilationis continet 1024; et datur in omni causa *ibi*. — Jusjurandum; extinguit actionem 1025. — Jusjurandum deferri nequit in fraudem creditorum: deferre potest tutor, et procurator omnium bonorum, eisque deferri potest 1026.—Jusjurandum delatum a parte non laedunt instrumenta nova reperta, secus si a judice delatum sit jusjurandum 1027. — Jusjurandum officio judicis deferri potest inopia probationis 1028. — Jusjurandum deferre modestius est, quam jurare 1029. — Jusjurandum regulatur super naturam actus, super quam interponitur 1030.—In jurejurando quaestio de facto est, non de jure, seu jurejurando dato non aliud quaeritur, quam an juratum sit; non vero, an debeatur; et sola quaestio facti est 1002. et 1585.—Turpe jusjurandum plerumque remittitur 240.

L

LAUDEMIUM

Laudemium non praestatur in venditione sub hasta 1032.—et praestatur in venditione, et donatione utilis dominii. *ibi*, et 482.

LEGATUM.

Tot sunt legata annua, et tot obligationes continent, quot sunt anni; item de aliis annuis promissionibus 1033. — Si res legata a defuncto obligata tertio evincatur, praetium ab haerede praestatur 1034.—Legata exaequata sunt fideicommissis, et donationibus mortis causa 1035. et 501. — Legata captatoria reprobantur 1036. — Re legata conjunctim duobus, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri sola pars debetur 1037. —Legatarius non potest plus juris habere, quam testator, et haeres 1038. —Legatarius, et tutor scriptus possunt esse testes in testamento. *ibi*. — Legatarius potest solvere locationem, et huic stare non tenetur; Item successor singularis 1039. — Legatariis substitui potest 1040. — Legatae rei praestat haeres levem culpam, et de re, quae post ejus moram periit, legatario tenetur 1041. — Legati, quod non transit ad haeredem legatarii, dies non cedit ante aditam haereditatem 1042.— Legati annui dies cedit initio cujusque anni etiam ante aditam haereditatem 1043. — Legati dies statim cedit, cum dies adjecta legato non sit; aut adjecta, quamvis longa, certa tamen sit 1044. — Legati actio est haereditaria, et personalis 1045. — Legatum Deo debetur Ecclesiae domicilii testatoris 1047. — Legatum uxori relictum si ad secundas nuptias non transierit, valet; sed conditio non nocet data cautione. *ibi*. — Legatum peti debet a manu haeredis 1048. — Legatum nobis quaesitum aetate subjecta, mortuis nobis, cedit ei, cui subjecti eramus 1049. — Legatum pluribus relictum partes aequas inter eos servare facit 1050. —Legatum est delibatio haereditatis, et est donatio testamento relicta 1051. — Legatum caducatur morte legatarii ante obitum testatoris, secus in Principe legatario 1052. — Legatum extinguitur furto rei legatae a legatario commisso. *ibi*. — Legatum recta via a testatore transit ad legatarium, seu dominium rei legatae transit sine traditione 1053. — Legatum pium dat fructus a die mortis testatoris: in aliis legatis fructus debentur a die morae 1054. — Legatum domus et eorum, quae ibi sunt, non continet nomina debitorum 1055. —Legatum annuum integrum debetur, quamvis cesset in qualibet anni parte, quia annus incoeptus habetur pro completo 1056. — Legatum civitati in diem videtur perpetuum 1057. — Legatum alimentorum non continet, quae ad disciplinam pertinent 1058—et non adjecto tempore durat in vita legatarii. *ibi*.—Moderandum tamen ex facultate, et affectu testatoris. *ibi*.— Legatum personae legatarii cohaerens ad ejus haeredem non transit 1059. — Legatum relictum eo tempore, quo quis in rebus humanis non erat, inutile est 1060. — Legatum amittit, qui celavit testamentum; aut non subierit indictam tutelam 1061. — Legatum non minuitur per onus, quod ad haeredem non transit 1062— Legatum debetur post aes alienum testatoris 1063. — Legatum transfert ad suum haeredem legatarius decedens, postquam dies legati cessit 1064. — Legatum purum, aut post diem cedit a die mortis testatoris 1065. — Legatum sub conditione, vel sub incerto die cedit his advenientibus, perit his non advenientibus, vel si legatarius antea decesserit 1066. — Legatum sub conditione impossibili, aut inhonesta statim cedit 1067. Legatum valet, si in alicujus nomine, vel cognomine testator erraverit, dum de persona constet; error vero in nomine appellativo vitiat legatum 572. — Falsa demonstratio non vitiat legatum 630. — et falsum in adsumptione demonstrationi certae non nocet 407.—Legatum fundi communis, quem testator *meum* dixerit, solam ejus portionem continet 1069. — Legatum uxori relictum in dubio non praesumitur factum compensandae dotis causa. *ibi*. —Legatum debetur etiam ob defectum conditionis, si quis non impedit, quominus legatarius legatum consequatur 1070.—Legatum pauperibus non intelligitur factum incertis personis 846. et 1071.— Neque legatum, neque testamentum valet, cum ita scriptum sit, *si haeres voluerit* 1072.—Conditio a legatario scindi non potest 241.— nec

legatum consequitur legatarius ob conditionis defectum ex facto suo 247. — Modus in legatis adscriptus pro conditione habetur 1178. — Novari possunt legata, et in stipulationem deduci 1300. — Obscura legata declarantur ex conjecturis 1340. — Separationem bonorum petere potest legatarius 1772. — Legatum valet si ita scriptum, *si legatarius voluerit* 1894. — Trebellianica detrahitur etiam ex legatis 1933. — Legata habitatio domus locari potest 1999.

LEGITIMA

Legitima nulla conditione, aut onere gravari potest 1087. — Legitima minuit inofficiosas dotes, et donationes 1088. — Legitima est triens assis, si filii sint quatuor, aut infra: est semis, si quinque, et ultra 1089. et 1789. — Legitima debetur tam in fructu, quam in proprietate 1090. — Legitimae supplementum datur si testamento minus filio relinquatur; sed conferendum a filio, quod ei a patre proficiscitur 1091. — Argumentum valet de dote ad legitimam 141.

LEGITIMUS

Natus post sextum mensem pro legitimo habetur 1213.

LEX

Lex etsi dura, tamen servanda 1092. — Lex non facit, quod ea, quae sunt, non sint: sed fingere bene potest. *ibi.* — Lex in praeteritum quid indulgens, in futurum vetat 250. — Leges non obligant ad impossibilia 1073. — Leges ab omnibus sciri debent, et observari. *ibi.* — Leges, magistratus, eorumque imperia sunt juris gentium 1074. — Leges legibus expedit concordare 1075. — Leges condere pertinet ad Principem 547. — Princeps legibus vivit, quamquam legibus solutus sit 1526. — Leges respicientes privatam utilitatem per pactum tolli possunt 1077. — Leges certe interpretatae non facile sunt mutandae 1078. — Leges scire non est verba eorum tenere, sed vim, ac potestatem 1080. — Lege prohibente nullum est pactum, conventio, nec contractus 1079. — Pactum contra leges, et bonos mores nullum 1370. — Leges posteriores conservant priores, nisi contrariae sint 1081. — Leges futuris dant formam negotiis, non ad facta praeterita revocantur, nisi expresse, vel de negotiis praeteritis sit cautum *ibi.* — Leges benignius interpretandae sunt, ut voluntas eorum conservetur 1082. et interpretandae, ut vitio careant 933 — itque interpretatio de priore ad posteriorem legem 934, — necnon publicae utilitatis causa 937. — Legibus est amica simplicitas 1082. — Legi abrogatur, cum prorsus tollitur lex: derogatur, cum pars detrahitur 1083. — Omnes legibus obedire convenit, quia inventum, et munus Dei est; et consulte agit, qui praecepto legis obtemperat 1084. — Legis virtus haec est imperare utilia Reipublicae, vetare nociva, seu lex imperat, vetat, permittit, punit 1085. — Legislatores in puniendis delictis publicam utilitatem respicere solent 1086. — Aliud est contra legem, aliud in fraudem legis facere 90. — Adversus Edictum facere videtur qui vetante illo facit 51. — Aliquando lex enumeratis quibusdam specialiter subjicit generale verbum, quo specialia complectitur 82. — Non captari verba legis, neque calumniari jus oportet 175. — Cessat providentia legis, ubi est providentia hominis 1555. — Consuetudo est altera lex 279, et optima est legum Interpres. *ibi.* et 1362. — sed attemperanda est lege, et ratione. 283. — In dubiis melius est verbis Edicti servire 906. — Judicandum non exemplis, sed legibus 595. — Committit in legem, qui verba ejus complectens contra ejus nititur voluntatem 210. — Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet 303. — Cum quid prohibetur a lege, prohibentur et omnia, quae sequuntur ex illo. — Deficiente ratione legis deficit lex 384. — Desuetudine lex abrogatur 414. — Ea, quae frequenter accidunt, a lege aptantur 42. — Ea, quae contra leges fiunt, non solum inutilia sunt, sed pro infectis etiam habentur 531. et 533. — hinc alienatio in fraudem legis non valet 75. — nec conditio in fraudem legis 235. — Ejus est legem interpretari, cujus est condere 547. — Incivile est nisi tota lege perspecta, una ejus particula proposita judicare, et respondere 818. — In fraudem legis facit, qui salvis verbis sententiam ejus circumvenit 868. — Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus 1957. — Ubi lex duos dat menses pro termino, audiendus est, qui sexagesimo primo die venit. — *Vide* TEMPUS. — Ubi est

eadem legis ratio, idem jus statuatur oportet 1964. — Scriptum, et expressum in lege intelligitur, quod voluit legislator 1750. — Testator legi derogare non potest 1900. — Judex religione sna supplet omissioni legis 956. — Judex est legum minister non arbiter 966. — Res judicata vim legis obtinet 986. — Consnetudo, et res judicatae legem interpretantur 282. — Necessitas non habet legem 1215. — Non verbis, sed rebus leges imponuntur 1274. — Statutnm non porrigit vires suas extra territorium statuentium 1838.
Vide. — JUS.

LIBELLUS.

Libelli forma reddit competentiam 228. 1094. —Libellum emendare licet usque ad sententiam 25. —Sententia debet esse libello conformis; et potestas judicis ultra id, quod deductum est, excedere nequit 1760.

LIBERATIO.

Liberari ab obligatione est species adquisitionis 1095. — Liberatio est par solutioni 1096. — Contrariis actibus liberamus, quibus obligati sumus 305. — Ubi de liberando agitur, faciliores sumus; ubi de obligando propensiores ad negandum 865.—et ideo in liberando debitore pactum dubium in ejus favorem interpretatur 888.—Cessio bonorum liberat debitorem 194. — Chirographo cancellato praesumitur liberatus debitor 196. — Debitor certae speciei ob rei interitum sine culpa, et ante diem liberatur, secus post moram 372.

LIBERI.

Liberi patrem sequuntur ex legitimis nuptiis 1097, et 1309. — Nuptiis non extantibus filii matrem sequuntur 1309. et 688. — Liberi ab intestato aequaliter succedunt 1098. — Matri interdum liberorum educatio defertur potius, quam patri 1139. — Interest nostra liberorum nostrorum animnm non corrumpi 925.—Liberorum appellatione continentur filii, et nepotes ex iis 118. — non continentur nepotes in privilegiis personalibus, nec in rebus odiosis 1258. — Parentes, et liberi in infinitum dicuntur 1386.— Parentum persona semper sancta est liberis 1390. — Pater, et filius eadem persona reputantur 1405. — Pater creditur bene consulere suis liberis. *ibi.* —Patria potestas est parentum in liberos 1408. — Patris originem liberi seqnuntur 1411. — Quae anut parentum liberis parantur, non contra 1577. — Monstruosa pro liberis non habentnr 1180. — Statns liberorum non laeditnr ob tenorem instrumenti male concepti 1837. — Liberos habere sufficit habere unum, aut uxorem praegnantem 1099. et 672.
Vide. — FILIUS.

LIBERTAS.

Libertas est jus faciendi quod velis, si possis, et liceat 1100. — Libertas est infinitae aestimationis; item necessitudo, et favorabilior est 1101. — Libertas est individua 1102. — Libertas commodo pecuniario praeferenda 1103. — Dubia vox libertatis pro libertate interpretanda 523. — Testibus in pari numero testationis extantibus pro libertate, et contra libertatem, pronunciandum pro libertate: item si dissonantes sint judicum sententiae 1914.

LICITUM.

Licere non debet uni, quod alteri non permittitur, seu non licet actori, quod reo licitum non est 1271. — Honestum quandoque praevalet licito 787. — Licitum est contrahentibus se invicem decipere 1105.—Cui plus licet, non debet minus non licere 332. et 1171.

LIS.

Lis contestata dicitur, quando narratio fit coram judice 1107. — Litis continentia dividenda non est 286. — Lite contestata melior est conditio actoris, quam si deficeret lis 1108. — et melius est plerumque litem contestari, quam non 1155. — Renuntians in totum liti, destitisse videtur 1693. — Transactio valet et existente lite, et per solum litis metum; nisi evidens calumnia detegatur 1926. — Lite mota de dominio emptor non tenetur solvere pretium, nisi praestita cautione 560. — Lite contestata haeres tenetur ex omni causa. 783. — Interest Reipublicae lites resecare, et concordialiter cives vivere 923. — Redemptores litium non lucrant solidum, nec summam solutam ex-

ceptis quatuor casibus 1679. et 193. — Causae status praejudiciales sunt, et potior est, qui quaestionem movet 1836. — Temere litigans debet litis impensas 1879. — Litem advocatus ex industria protrahere non debet 53. — Pactum de quota litis nullum 1372. — Boni judicis est lites dirimere 165.

LOCATIO.

Locatio non est, cum quis dat operam simul et materiam, sed venditio 1110. — Condominus inquilinum expellere nequit 250. — Non rescinditur locatio praetextu minoris pensionis, cum nullus adsit dolus 1111. — Pactum obscnrum nocet locatori 1112. — Invecta, et illata in fundum locatum a conductore tacita sunt pignora domino 942. 943. — quandoque non. 944. — Venditio solvit locationem 2026. — Legatarius potest solvere locationem, et huic stare non tenetur; item successor singularis 1039. — Probatio rei propriae non fit per solam locationem 1543. — Suae rei non datur locatio 1683. — Locatio donationis causa nulla est 2027.

LOCUS.

Quod alicujus loco est, habet eamdem naturam, quam id, cujus loco illud est 1641. — Aliunde, qnam in loco promisso solvere invito stipulatore nemo potest 91. — Eum, qni certo loco aliquid dare promittit, alibi convenire licet 583.

LUCRUM.

Turpia lucra sunt ab haeredibus extorquenda licet crimina extinguantur 1937 et 1849. — Lucri casu durior est causa petitoris, melior possessoris 889. — Lucrum faciens praestare factnm ex lucro debet 1116. — Aliud est ex causa lucrativa, alind non lucrativa 89. — Nemo se debet locupletari cum aliena jactura 1213: — Quoties in Incro (ut in donatione) concurrunt duo, praefertur qui prior est in lucri causa 1666. — Duae causae lncrativae non possnnt concurrere in eamdem personam circa eamdem rem 186. — Dolus anctoris in cansa lucrativa possessori nocet, non nocet bonae fidei possessori 469. — Dos non est causa lucrativa 508. — Onus cum lucro adnexum est, seu lucrum amplectens onus ferre debet 1116. — Tutor lucrum ex tutela facere nequit 1946.

M

MATRIMONIUM.

Matrimonium facit consensus, non concubitus 1141. — Eadem mulier duobus simul nupta esse nequit. *ibi*. —Matrimonium stat, quod patre cogente factum est 1142. — Ubi matrimonium non est, nec dos esse potest. *ibi*. et 1958. — Matrimonii votum ex natura est liberorum procreatio 1143. — Matrimonia debent esse libera 1144.

MELIUS.

Meliorem quis agrum sic facere debet, ne illum vicini deteriorem faciat 1152. — Melius est rem habere, quam in personam agere 1153. — Melius est nocentem absolvere, quam innocentem damnare 6. — Melius est intacta jura servare, quam vulnerata causa remedium quaerere 1154. — Melius est plerumque litem contestari, quam non 1155. Melius est pauca tuto agere, quam multa cum periculo. *ibi*. —Meliorem quisque alterius conditionem facere potest 95. — Nemo ex suo delicto meliorem conditionem, et fructum capere potest 1242. — Nemo persequendo deteriorem, sed meliorem conditionem facit 1237.

MELIORATIO.

Meliorationes non repetit emphytheuta morosus 1151. — Meliorationes repetit haeres fideicommissarius; non legatarius conditionalis 1150.

Vide. — CONDUCTIO — IMPENSÆ.

MENS.

Mens dicentis potentior, quam vox; tamen sine voce nemo dixisse existimatur 1156. et 450.—Ambulatoria est mens hominis usque ad mortem 107.—Ambigua testatoris oratio ex ejus mente interpretationem recipit 101. — Dixisse non videtur, quod quis mente non agitavit 450.

METUS.

Metu factum ratum non habetur 1158.— Metum non probat adversarii dignitas. *ibi*.— Metus accipitur majoris malitatis, non vanus timor, etiamsi terror fiat in persona liberorum 1159 —Metus non facile praesumitur 1160. — Metus est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. *ibi*. — Nihil tam contrarium consensui, quam vis, atque metus 1262.

MEUM.

Meum est, quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo 1161. — Cum judicatur rem meam esse, simul judicatur alterius non esse. *ibi*. — Fundus a te ex mea pecunia emptus non est meus 1719. Equus natus ex equa mea praegnante ab equo tuo meus est 562.

MILES.

Miles non potest donare focariae suae 1162. — Domicilium militis est, ubi meret, si nihil in patria possideat 472.—Miles non potest esse procurator 1547.

MINORES.

Minor sine tutoris auctoritate adquirere potest, non alienare, neque se obligare 1163. — Minor in integrum non restituitur in eo, quod fecit in minori aetate, et major factus ratum habuit 1164. 1673. — nec in delictis; nec si major factus probaverit testamentum; nec si falso se majorem adseveraverit; nec si injuriarum judicium semel omiserit 1164.—Minor sine tutore, vel curatore condemnari nequit 1165. — Masculus minor post decimum quartum annum completum, foemina post decimum secundum annum testari possunt. *ibi*. — Minoribus non committitur reipublicae administratio 1167. — Minoribus dissipantibus pecuniam mutuatam denegatur actio creditori adversus eos 1168. — Minoribus datur fructus morae ex ipsa re non tradita 1169. — Minores doli capaces in criminibus non juvantur aetatis suffragio 61. et 326. — Inutilia pupillo admittenda non sunt 951.— Praescriptio non currit contra minores 1506.

Vide. — PUPILLUS.

MINUS.

Minor summa inest majori 1166. — Seu in plure inest minus 902.—Minus licet, cui plus licet 332. et 1171. — Minus in dubio debetur 1171.—Argumentum valet de minori

ad majus 144. — In mutuis petitionibus minor majorem sequitur 890. — Minus petens in judicio non laeditur; ideoque judex ad veram quantitatem respicere debet 1170. — Qui habet plus, habet et minus, non contra 902. 1615.

MOBILE.

Res mobilis unnquam pro diviso possideri potest 1172. — Res mobilis usucapitur, non praescribitur 1171.—Mobilis est statua affixa basi, nec est aedis; ornatus enim aedis causa paratur 1173. — Res mobilis triennio usucapitur 1174. — Res mobilis prius distrahenda, inde res soli 1175. — Pignus proprie rei mobilis constituitur 1430.

MODUS.

Modus non curatur, dummodo effectus habeatur 1176. — Modus possidendi consistit in jure, modus tenendi possessionem consistit in corpore 1177. — Modus in legatis adscriptus pro conditione habetur 1178. — Modus contractui adjectus illum non suspendit, et quisquis modum cogitur adimplere. *ibi*. — Modus insertus favore solius accipientis non reddit actum modalem, sed liberum. *ibi*. — Actus valet eo modo, quo valere potest, cum non valeat modo, quo fit 41. — Damni infecti aestimatione honestus modus, non immoderata luxuria servanda est; et ex rei veritate 354.

MOMENTUM.

Momentum non est in consideratione 1179. — Ætas computatur de momento ad momentum 60.

MORA.

Mora perpetuat obligationem 1181.—Mora judicii cursum usurarum non impedit 1182. — Mora modici temporis non consideratur in jure 1183. — Mora sua cuique debet esse nociva 1184. — Mora ultima nocet 1185.—Mora rei principalis fidejussori nocet 1186. — Surripiens statim est in mora. *ibi*.—Moram fecisse videtur, qui litigare maluit, quam restituere 1187.—Debitor in mora, quanti res valuit, praestat 374. — Minoribus datur fructus morae ex ipsa re non tradita 1169. — Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri 1285.—Qui alium ad judicem sine dolo malo provocat, non videtur moram facere 1621. — Debitor certae speciei ob rei interitum post moram non liberatur 372.—Donatae rei usurae propter moram non debentur 494. — Oblatio post moram purgat moram 1313. — Periculum est creditoris, si offerente debitore creditor sit in mora in accipiendo 1417. — Possessor praestat rem, si post ejus moram ea perierit, et cum re omnem causam 1476.—Usurae sumptuum debentur cohaeredi a die morae 1986. — item usurae pensionum fundi locati 1987. — et usurae post moram debentur etiam non stipulatae 1993.

MOS

Mores facultatibus praeferendi 1188. — A patre velut a patria mores refunduntur in filios, et cives 114. — Conditio contra bonos mores remittenda 239. — Pactum contra legem, et bonos mores nullum 1370.— Pro expressis habentur, quae sunt moris 600. — Senior corrigere potest minores de malis moribus 1758.

Vide. — USUS.

MORS. — MORTUUS.

Morte extincto crimine nulla quaestio superest 1189. — Mortui in bello in perpetuum vivere censentur 1190. — Appellatur pro damnato ad mortem eo etiam invito 124.— De duobus simul mortuis nullus supervixisse videtur, nisi apparuerit, quis antea spiritum emiserit 527. — Mors est casus fortuitus 1189. — Repraesentatio habet locum in morte civili 1700. — Stipulatio ad tempus mortis de morte naturali intelligitur 1845. — Testandi jus inspiciendum de tempore testamenti, et mortis 1895.

MULIER.

Mulier familiae suae est caput, et finis 1193. —Mulier est sagax. *ibi*.—Mulier non potest esse alterius defensor. *ibi*. — Mulier turpis ex testamento militis nihil capit. *ibi*. — Mulier nupta incola est ejusdem viri civitatis 1194. — Mulieri luxuriose viventi bonis interdici potest 1195. — Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur 1196. — Mulieris foecunditas plerumque cessat anno quinquagesimo 1197. — Interest reipublicae mulieres indotatas non

remanere 515. — Testis mulier in judicio esse potest 1909.

Vide. — FOEMINA.

MUNUS.

Munus publicum est officium privato collatum in rem omnium 1200. — Munus publicum est administratio sine dignitate 1201. Judicare munus publicum est 984. — Tutela est munus publicum 1942.

MUTARE. — MUTATIO.

Appellationis causas addere, vel mutare licet 123. — Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam 276. — Nemo potest mutare causam suae possessionis 1236. et 1468. — Mutata forma prope interimit substantiam rei 1202. — Mutata res in pristinum statum redire nequit 1203. — Opus novum facit, qui aliquid mutat 1364. — Status mutatio probari debet 1835. — Statum mutans delictum non exuit 1834. — Vocabula rerum sunt immutabilia 1266.

MUTUARE. — MUTUUM.

Mutuans dominus esse debet rei mutuo datae 1204. — Mutui datio consistit in rebus, quae numero, pondere, et mensura constant; et restituuntur ejusdem generis, et qualitatis 1205.

MUTUS.

Mutus, si habeat intellectum, intervenire potest in contractu, ubi praesentia opus est 1206. — et potest respondere 1961. — non vero stipulari potest surdus mutus, et absens 1843.

N

NATURA. — NATURALE.

Nihil est tam naturale, quam aliquid dissolvere eodem modo, quo colligatum est 1207. et 1260 — Natura communis est 1208. — Naturam fallere grave est. *ibi.* — Naturali jure omnes homines aequales sunt 1209. — Naturali vitio parcitur. *ibi.* — Naturalis ratio tacita lex est 1210. — Naturalis origo attendi debet, non id, quod ultra incidit 1211. — Naturaliter obligatur, qui debet ex jure gentium 1212. — Beneficii receptor naturaliter obligatur 151. — Solutum ex debito naturali non repetitur 1827. — Natus post sextum mensem pro legitimo habetur 1213. — Quae per rerum naturam prohibentur nulla lege confirmantur 1571. — et pro non adjectis habentur 45. et 831. — Civilis ratio naturalia jura non corrumpit 200. et 999. — Quod natura debetur in compensationem venit 1657. — Contractus tria habent naturalia, substantialia, accidentalia 288. — Naturae contractus per pactum derogari potest 295. — Defensio ex natura contra aggressorem 383. — Jus naturale est immutabile 1010. — Quod alicujus loco est habet eamdem naturam, quam id, cujus loco illud est 1641. item et quod est subrogatum 1859.

NECESSITAS

Necessaria praetermittere nocet, non vero apponere superflua 1214. — Necessitas non habet legem 1215. — In necessitatibus nemo liberalis existit. *ibi.* — Necessitate recepta non sunt exemplo. *ibi.* — Ab initio contractus sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis 1. — Damnum necessarium in periculo non imputatur. 360. — Omissio necessariorum vitiat testamenta, et contractus 1351. — Non succurrendum ei, qui necessitatem sibi imponit. 2065.

NEGATIO

Negans non tenetur probare 1216. — Qui negat se debere, potest aliis uti exceptionibus, nisi lex impediat. *ibi.* — Qui de uno negat de aliis concedere videtur. *ibi.* — Duae negationes aequivalent uni affermationi 1217. — Non fatetur, sed non negat, qui tacet 1276. — Alimenta negare necare est. 77.

NEGLIGENTIA

Magna negligentia est culpa, magna culpa dolus est 1218. — Negligentia unius alteri non debet nocere. *ibi.* — Negligentia cum ne-

gligentia compensatur. *ibi.* — Negligentiam in officio suo quisque adhibere non debet 1219. — Negligentiae non subvenitur. 1220.

NEGOTIA — NEGOTIORUM GESTIO

Plura negotia, quam negotiorum vocabula 1431. — Ea, quae raro accidunt non computantur in negotiis agendis 529.
Vide — GESTOR NEGOTIORUM.

NEPOTES

Appellatione filiorum veniunt nepotes 118, non in privilegiis personalibus, nec in odiosis 1258. — Avi dignitas prodest nepoti 147.— Avo mortuo nepotes recidunt in potestatem filii 148. — Dos ab avo profecta nepti eo mortuo ad patrem etiam non haeredem revertitur, si contemplatione patris dos data sit ab avo 511. — Emancipare potest avus vel solum filium, vel solum nepotem, vel utrumque 553.

NOMEN

Nomina rerum ex communi usu exaudiri debent 1265. — Nomina hominum sunt mutabilia, rerum vero immutabilia 1266. — Nomina dumtaxat inventa sunt ad res significandas, si indubitabili signo easdemonstraverint 1267. — Nomina comparata sunt publico consensu ad recognoscendos singulos 1268. — Nominatim id exprimitur, quando de eo dubitari nequit 1269. — Error in nomine proprio nihil facit, dum de corpore constet 571. — Error in nomine appellativo vitiat legatum: non vitiat in nomine, et cognomine legatarii, et haeredis, si de persona constet 572.

NOSTRUM

Jam nostrum amplius nostrum fieri non potest 797; item et res a nobis derelicta 1708. — Ea, quae ex hostibus capimus, jure gentium nostra fiunt 538. — Nostrum sine facto nostro ad alium transferri non potest 1291. — Nostrum est, quod ex re nostra fit. *ibi.*—Saepe per alios possumus, quod ex nostra persona non possumus 1738. — Aliquid potest nobis deberi ex pluribus causis, non autem nostrum esse ex pluribus causis 83. — Nostrum non est, quod a nobis avelli potest 1270.

NOVARE — NOVATIO

Novandi praesumptio non oritur lege 1293. — Novare non intelligitur, qui fidejussorem recipit 1294. — Novare potest tutor, si id expediat: delegare potest, etsi non expediat 1295. — Novare potest procurator omnium bonorum 1296. — Novare potest curator, si expediat 1297. — Novare potest alter correorum stipulandi 1298.—Novare etiam potest is, cui recte solvitur 1299. — Novari possunt legata, et in stipulationem deduci 1300. — Novatio est prioris obligationis in aliam translatio 1301.—Novatio non fit sine expresso pacto 1302. — Novatione tolluntur hypothecae, et omnes prioris obligationis accessiones 1303. — Pactum non tollitur per aliud posterius ipso jure nisi novatione 1373.

NUPTIAE.

Nuptias facit consensus, non concubitus 1141.—Nuptiae praestant immortalitatem humano generi 1308. — Nuptiis extantibus liberi patrem sequuntur; nuptiis non extantibus filii matrem sequuntur 1309: seu pater is est, quem justae nuptiae demonstrant 1400 et 1097 — Eadem mulier duobus simul nupta esse nequit 1141.
Vide — MATRIMONIUM.

O

OBEDIENTIA

Obediens ei, qui potestatem habet, non est in culpa, ut damnum praestet 1311. — Obedire legibus omnes convenit, quia iuventum, et munus Dei est 1084.

OBLATIO

Oblatae pecuniae periculum est debitoris 1312. —Oblatio post moram purgat moram 1313. — Oblatio, et obsignatio totius pecuniae solemniter suo loco facta liberat debitorem 1314 — Oblatum eo modo agnoscendum, et recipiendum, quo oblatum est. *ibi*. — Creditor tenetur accipere partem debiti ei oblatam. 320. — Creditor posterior jus habet offerendi creditori anteriori ejus pecuniam, ut succedat in ejus locum 1009.

OBLIGARE—OBLIGATIO

Obligatio nulla est ejus, qui promittit, quod nullius esse potest, et quod non adstringit necessitate contrahentes 1315. —Obligatio nulla sine causa; item si causa secuta non sit 1316. — Obligatio ultra causam non valet 1317. — Obligatio tacita esse potest extra id, quod agitur 1318. — Obligatio mutuatur ex tutela 1319. — Obligatio nulla ex conditione potestativa, id est, si volam 1320.—Obligatio non adquiritur alteri per alterum 97 et 1321.—Obligatio inutilis non convalescit auctoritate judicis, aut legis 1322. —Obligatio faciendi, re non facta, transfertur in obligationem dandi, et post moram in id, quod interest 1323. — item in obligatione faciendi 892. — Obligatio alternativa in stipulationibus reducitur ad minus, et si res altera perierit. altera debetur 1324. — Obligatio principalis principali accedens utramque stare facit; sin vero accessoria principali accederit, ambo confundentur 1325.—Obligatio in perpetuum extincta non reviviscit 1326. — Obligatio non cessat sine die apposita 1327. — Obligatio faciendi, et non faciendi convertitur in pecuniam 1328. — Obligatio incerta ex stipulatu parit condictionem incerti, sed sine ulla demonstratione nulla est 1329. — Obligatio per sententiam non tollitur, sed per exceptionem rei judicatae. *ibi*.— Obligatio tollitur partim solutione partim pacto de non petendo 1330. — In obligatione individua multa sunt, quae solutione dividuntur 1331. — Obligationes, et dominia rerum sunt causae proximae actionum 1332. — Obligationes individuae in solidum ab haeredibus praestandae 1333. — Obligationes nullae, quae propriis viribus non consistunt 1334. — Obligationes consensuales pariunt mutuas praestationes 1835. — Obligationes constituit animus obligandi 1336. — Obligationes, et actiones incipiunt ab haeredibus, et contra haeredes 23 et 1337. — Obligationum spectandae sunt causae, id est, dies, conditio, modus, accessio 1337— Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod praestiterit 1239. — Nemo sibi ipsi obligari potest 1251. — Nemo ad poenam sui corporis obligari potest 1249.— Conditio certo extatura puram facit obligationem 242. — Consilium non fraudolentum non obligat, nec necessitatem inducit 273. — Debitum commemoratum in titulo ex alia causa vim obligationis non habet 376. — item si memoretur a testatore. *ibi* et 1905. — item si memoretur in scriptura domestica 48. — Debitum causa naturalis obligationis non repetitur 377. — Delictum plurium singulos in solidum obligat 401. — Die termini non adjecto in obligatione praesenti die debetur 418. — In nostris, quae obligavimus, dominium exercemus 891. — Ab emptione, venditione, caeterisque obligationibus recedi potest consensu eorum, qui inter se obligati sunt 559. — Evicta parte rei pro solido durat obligatio 578.—Obligationum causae per pactum possunt immutari 185. — Contrariis actibus liberamur, quibus obligati sumus 305. — Liberari ab obligatione est species adquisitionis 1095. — Aquiliana stipulatio omnes obligationes perimit 127. — Beneficii receptor naturaliter obligatur 151. — Confessio debiti in chirographo sine expressa causa non obligat 255.—Instrumento non perfecto obligatio non nascitur, et nihil actum esse intelligitur 919. — nec subscribens instrumentum, si non est tale, quale credidit, obligatur 1860. — Minor sine tutoris auctoritate se obligare non potest 1163. — Mora perpetuat obligationem 1181. — Naturaliter obligatur, qui debet ex jure gentium 1212. — Nemo obligatur ex alterius contractu 1256. et 1703. — Nemo ad im-

P

PACTUM.

PARENS.

PARS.

PARTUS.

PATER.

PATRIA POTESTAS.

PECUNIA.

PERICULUM.

PERSONA

PETITIO.

PIGNUS.

12. — Pignoris electa persecutio actionem personalem non impedit 1427. — Pignus est species alienationis 1428. — Pignus vendi potest ob sortem non solutam, ac etiam ob usuras, item ob impensas in illud factas 1429. — Pignus proprie rei mobilis constituitur 1430. — Pignus differt ab hypotheca: illud enim ad creditorem transit; hujus autem possessio non transit 1431. — Pignus rei alienae convalescit, si debitor ejusdem rei postea dominus fuerit 1432. — Pignus persequi potest pro pensione etiam antequam dies solutionis venerit 1433. — Qui pignori plures res accepit, non cogitur unam liberare, nec accipere expromissorem 1630. — Creditor pigneratitius praestat dolum, culpam, custodiam, non casum: item si deteriorem fecerit pignoris causam: imputat in debitum fructus, quos ex pignore percipere debuit 314. — Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit 321, et qui reddit pignus, non amittit creditum 322. et 1687. — Invecta, et illata tacita sunt pignora domino. *Vide.* — CONDUCTIO. — Suae rei non datur pignus 1868. et 1683.

PLUS — PLURALE.

Plura ad judicis cognitionem remittenda 1435. — Pluralis locutio saltem duorum numero contenta est 1436. — Plus solvit, qui cito solvit, minus solvit, qui sero solvit 1440. et 1624. — Plus continet minus 1441. et 902. — Cui plus licet non debet minus non licere 332. — non contra 1615.

POENA.

Poena soluta repeti non potest 1443. — Poena non irrogatur, nisi quae quaque lege, vel alio jure specialiter delicto imposita sit 1444. — Poena stipulata committitur die, sub qua stipulata est, existente etiam sine interpellatione 1445.—Poena stipulationis a defuncto promissa repetitur contra omnes ejus haeredes, etiamsi unus eorum illam non commiserit; nec uno solvente alius liberatur 1446. — Poena in pluribus delictis alia aliam non consumit 1447. — Poena est personalis, secus in crimine majestatis, quae transit ad filios, quoad effectum 1448. — Poena subeunda, loco patrati delicti 1449. — Poenalis aestimatio non augetur ex post facto: angetur saepius delinquenti, et ex qualitate personarum 1430. — Poenam cogitationis nemo patitur 1451. — Poenam non meretur, quod legitime factum est. *ibi.* — Poenam incurrens poenitentia non liberatur 1452. — Poenam saepe minuit aetas, et imprudentia 1453. — ideo in judiciis poenalibus fere aetati, et imprudentiae succurritur 874. — Poenam petere permittitur ei, qui in eam non incidit 1454. — Poenae non exasperandae, sed molliendae; ideo in poenalibus causis benignius interpretandum est 899. et 1455.—Poenae sequuntur auctores suos 1456. —Actiones poenales in haeredes non transeunt, secus si haeredibus quid pervenerit ex maleficio 32. — Carcer passus cedit in poenam 177. — Consilium in delictis eadem poena punitur 274. — Delicti alieni poenam nemo sentire debet 395. — Complici poenae non datur repetitio poenae 229. — Nemo puniendus sine culpa 1787. — Ubi duo sunt in poena oneratur potior, et causa possessoris melior est 1962. — Nemo ad poenam sui corporis obligari potest; seu nemo videtur dominus suorum membrorum 1249. — Poenitentae locus fit rebus integris 1457. — item in contractibus innominatis 854.

POSSIDERE. — POSSESSIO.

Possessio vitiosa adversus extraneos juvat 1458. — Possessio incertae rei non est. *ibi.* — Possessio juris est, non tantum corporis 1459. — Possessio interrumpitur interpellatione judiciali, et interrupta intercidit 1460. — Possessio adita haereditate non transit, nisi naturaliter comprehensa 1461. — Prius cognoscenda possessio, inde proprietas 1462. — Aliud est possessio, aliud dominium 1463. — Possessio solo animo amitti potest; acquiri non item 1464. — Possessio defuncti quasi juncta descendit ad haeredem 1465. — Possessio nihil habet commune cum proprietate 1466. — Possessionem invitus non servat, tamen servat dominium 1467. — Possessionis verbum interdum proprietatem significat 1469.—Possessionis tempora emptoris, et venditoris junguntur 1470.—Possessionis tempora haeredis, et legatarii cum illis defuncti junguntur; item viri, et uxoris, donatarii, et donatoris, licet medius haeres non possederit 1471. —Possessionum vitia a majoribus contracta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comitatur 1472. — Potior est possessor in pari causa turpitudinis 1473.

— Possessor bonae fidei est, qui a judice comparavit 1474. et 163. — Possessor non cogitur titulum suae possessionis dicere, et ad hoc eum cogere incivile est 1475. — Possessor praestat rem, si post ejus moram ea perierit, et cum re omnem causam 1476. — Possessor in restitutione fundi consita tollere nequit, nec refigere, quod aedificavit 1477. — Emptor evictus bonae fidei possessor repetit meliorationes 1149. — Venditor tenetur dare possessionem vacuam 2029. Possessor malae fidei praestat fructus, quos petitor erat percepturus 1478. — Possessor, qui emit a praedone, praescribit 1479. — Potior est possessor inter duos, quibus fundus distractus, aut donatus fuerit 1480.— Possessor bonae fidei praescribit contra fideicommissum 1481. — Possessio bonae fidei tantum praestat possessori, quantum veritas, id est, si vere sim dominus 164. — Bonorum possessio, et haereditas aequiparantur 166. — Bonorum possessio a praetore data solo jure, non corpore nititur 168.— Dominium a possessione saepe fluit, et possessio praesumptionem facit proprietatis 479. —Nemo potest mutare causam suae possessionis 1236. et 1408.— Possessor malae fidei omnes fructus cum ipsa re praestat 1482.— Potior est possessor, donec titulus appareat 1483. — Potior est possessor in dubiis, et in pari causa 1484. et 898. — Possessor habet rei causam cum suis vitiis 1485.—Possessor dolo desiens possidere pro possessore damnatur 1486. et 1608. — Possidemus per nos, et per alios nostro nomine 1487. — ideo conductor domino possidet 252.—Possidere utilius, quam petere 1488. — Possidere aliud est, quam esse in possessione, sed cohaeret proprietati jus possessionis 1489. — Possidens domum non singula possidet, quae in ea sunt 1490. — Possidet animo qui dat precario, qui accepit, corpore 1491. — Re alienata judicii mutandi causa et possessorem, et alienantem convenire licet 1675. — Dominus non potest nisi juris remediis occupare rem possessoris 313.—Error juris non facit malae fidei possessorem, secus lite contestata 570.—Duo eamdem rem in solidum possidere nequeunt 526.—Alienare non videtur, qui dumtaxat amittit possessionem 72. et 1283.—Res mobilis nunquam pro diviso possideri potest 1172. — Modus possidendi consistit in jure, modus tenendi possessionem consistit in corpore 1177.

POSTHUMUS.

Posthumus non dicitur fuisse in potestate patris 1492. — Posthumus pro filio habetur, ne dicatur defunctum sine filiis decessisse 1493 et 672. — Agnatione posthumi rumpitur testamentum 71.

PRÆDIUM.

In juribus praediorum ea, quae esse solent, intelliguntur etiamsi nihil nominatum, et comprehensum sit 887. et 285.

PRÆDO.

Praedo non est, qui pretium numeravit 1498. — Praedo recuperat impensas in restitutione fructuum, si melior res facta sit 1499. — Praedo est, qui non voluntate auctoris possessionem nanciscitur 1500.

PRÆGNANS.

Praegnans ultimo supplicio non afficitur, donec peperit 1503. — Praegnanti viduae alimenta debentur ex haereditate 1504. — Praegnantem relinquens non decedit sine liberis 672.

PRÆLATIO.

Dominus directus jus habet praelationis in alienatione dominii utilis 482. — non in venditione sub hasta 1018.

Vide.—DOMINIUM.—EMPHYTHEUSIS.

PRÆSCRIPTIO.

Praescriptio non currit contra absentes, nec contra minores 1506. — nec contra non valentem agere 304. et 1513. — Praescriptio annorum quadraginta currit contra Ecclesiam, et venarabilia loca: item contra actiones sive privati, sive publici juris 1507. — Prescriptio non valet in tributis 1508.— Praescriptio actionis hypothecariae est triginta annorum adversus extraneos possessores, quadraginta adversus debitores et ejus haeredes 1509.—Praescriptio debiti sub conditione, vel sub die currit a conditione, vel a die 1510. — Praescriptio debiti annui incipit a singulis annis 1511. — Praescriptio juvat ei, qui non est haeres adversus hae-

redem, non cohaeredi adversus cohaeredem 1512. — Praescriptio interrumpitur interpellatione facta uni ex correis solidalibus 1514. —Praescriptio bono publico introducta est, ne sint rerum dominia diu, et fere semper incerta 1515. — Praescriptio contra haeredem nocet fideicommissario 1516. —Possessor alieno nomine, et precario praescriptione uti nequit 1517. — Tempus praescriptionis immobilium est annorum decem inter praesentes, viginti inter absentes justo titulo, et bona fide : est triginta annorum, cum mala fides in auctore possessoris fuerit 1518. — Tempus praescriptionis actionum est triginta annorum exceptis actionibus minoris temporis 1519. — Publicae inscriptiones lapidariae fidem faciunt, et praescriptioni dant locum 1031.—Litis contestatio impedit praescriptionem futuram, non praeteritam 1109. — Jus successionis non est titulus praescriptionis 1863.

PRÆSUMPTIO.

Praesumptio juris tantum admittit probationem in contrarium 1520.—Praesumptioni locus est, cum veritas alio modo investigari nequeat 1521.— Praesumptioni nobiliori locus datur si plures extent praesumptiones 1522. — Cancellato chirographo praesumitur liberatus debitor 196. — Sanguinis affinitas, longi temporis diuturnitas, saepe saepius calculata ratio praesumptionem satisfactionis inducunt 1739. et donationis 503. — Bonus quisque praesumitur, dum malus probetur 170. — itemque bonus quisque praesumitur ratione patris, vel patriae 114. — Instrumenta habent solemnitatis, et veritatis praesumptionem juris tantum 917. — Metus non facile praesumitur 1160.

PRETIUM.

Pretia rerum ex veritate, et communi aestimatione sunt statuenda ; ac varia sunt ex locorum, temporisque discrimine 1524.— Praetium communis affectionis utiliter ultra justum pretium dari potest 1525. — Pretium succedit loco rei. *ibi*. — Pretium consistere debet in numerata pecunia. *ibi*.—Lite mota de dominio emptor non tenetur solvere pretium, nisi praestita cautione 560. — Res tanti valet, quanti vendi potest 1712.

PRIVILEGIUM.

Privilegia privilegiis conquassantur 1531. — Privilegia etiam sine causa conceduntur. 1532. — Privilegiata ad se trahunt non privilegiata 1533. — Privilegia certae personae, aut negotio concessa jus generale non faciunt, sed in suis terminis servantur 1534. — Privilegia amplissime interpretanda 1535. et 150. — Privilegia non ex tempore, sed ex causa aestimantur 1536. — Privilegium est personale reale, et causale, illud ad haeredes non transit ; haec transeunt 1537. 154. — Privilegium habent inter creditores impensae funerum 1538. — Privilegium habet dos etiam non secuto matrimonio 1539. — Privilegium habet creditor, qui pecuniam dedit ad restitutionem aedificiorum; item, qui pecuniam dedit ad rem reficiendum 1540. — Dominus directus idem privilegium habet super fructibus emphytheuticarii fundi, quod dominus utilis 483. — In privilegiis personalibus nepotes non continentur nomine filiorum 1258.

PROBARE. — PROBATIO.

Qui regulam pro se habet probandi onus transfert in adversarium, et fundatam suam habet intentionem, 1541. — Probandi onus est ei, qui dicit, non qui negat. *ibi*. et 1216. et 67. — Probatio antiquorum fieri potest per eos, qui meminerint, vel audierint factum 1542.—Probatio debet esse luce clarior 1543. — Probatio rei propriae non fit per solam locationem. *ibi*. et 1236.— Nulla major probatio, quam oris confessio 1544. — Frustra probatur, quod probatum non relevat 1545. — Facultas probationis non angustiatur 623. — Actori incumbit onus probandi 37. — In causa appellationis quod non probavi, probabo, quod non deduxi, deducam 1632. —Dolus probandus est 463. — item mala fides 1121. — Omissa in inventario suppleri possunt per probationes 945.— Referens sine relato non probat 1680. — Solutionem allegans probare debet 1815.

PROCURATOR.

Procurator reficiendus est de impensis, sed non potest facere deteriorem domini conditionem 1546. — Procurator ex generali mandato potest exigere, permutare, sol-

vere, non transigere, nec alienare 1517. — Miles non potest esse procurator. *ibi.* — Procurator si impetravit beneficium ignarus mortis sui principalis, non valet beneficium neque sibi, neque defuncto 1548. — Nemo invitus est procurator. *ibi.* et 947. — Judicatum exequi nemo potest contra procuratorem in bonis propriis 993. — Procurator omnium bonorum jusjurandum deferre potest 1026. — Solvitur recte procuratori tutoris, si solutum in rem pupilli versum sit 1811.

PROHIBITIO.

Prohibito uno, prohibentur et omnia, quae sequuntur ex illo 1551. et 349. — Indirecte prohiberi videtur, quod directe prohibitum est 859. — Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet 3i3. — Culpa caret qui scit, sed prohibere nequit 338. et 1747. — In pari jure jus prohibendi praevalet 897. et 1940. — Licitum, seu permissum est, quod lege non invenitur prohibitum 1106. — Quae per rerum naturam prohibentur, nulla lege confirmantur 1571.

PROMISSIO

Promissio de turpi tam faciendo, quam non, nulla est 1562. — Promittentis, et stipulantis actus debet esse continuus. *ibi.* — Promissio, quae ex promittentis voluntate statum capit nulla est 1553. — Nemo potest promittere factum alienum, sed tantum poenam, et id, quod interest. 1541. — Res initio recte promissae, deinde commercio exemptae non debentur 1722. — Certa die promissum statim dari potest. 423. — Legata annua tot sunt, et tot obligationes continent, quot sunt anni: item de aliis annuis promissionibus 1033.

PUPILLUS

Pupillus in aetate pupillari, id est in infantia, et infantia majori non habet velle, neque nolle 1560. — Pupillus tutore auctore agere potest 1561 — Pupillus sine tutoris auctoritate meliorem conditionem facere potest 1562 — Pupillus pubertati proximus id est ab anno decimo cum dimidio furandi, et injuriae faciendae capax est 1563 — Pupillus pati non potest, secus si proximus sit pubertati 1564. — Pupillus alendus ex bonis ejus, si bona a creditoribus possideantur. 1565. — Pupillo debentur studiorum impensae, et alimenta 1855 — Dolus tutoris pupillo non nocet. — Inutilia pupillo admittenda non sunt. 951.

Vide — MINOR.

Q

QUAESTIO

Quaestio honoris morte finitur 1583. — Quaestio est de facto non de jure praestito jurejurando 1584. — Quaestio voluntatis in existimatione judicis est. 1585.

QUERELA — *Vide* — INOFFICIOSUM.

R

RATIHABITIO

Ratihabitio retrotrahitur, et mandato comparatur 1671. — Ratihabitio in maleficio mandato comparatur 1672. — Ratihabitio minoris post viginti quinque annos rescissionem ejus, quod in minore aetate gessit, impedit 1673. — Ratihabitio domini a procuratore promissa, et non secuta obligat procutorem ad id, quod interest 1674.

RELIGIO

Favor religionis stricto juri derogat. 1686 — Quae religionis adhaerent religiosa sunt. 1570.

RENUNTIARE-RENUNTIATIO

Renuntiatio nulla est, quae nullam habet

causam 1691. — Renuntiatio generalis non continet ea, de quibus non est cogitatum 1692. — Renuntians in totum liti, destitisse videtur 1693. — Unusquisque renuntiare potest juri suo 1973.—item et beneficio suo 1972. et 152. Appellationi renuntiari potest 120.— Electae jurisdictioni renuntiari potest ante aditam jurisdictionem 551. — Accepta sorte usuris tacite renuntiatur 1995.

REPETERE-REPETITIO

Repetitio datur ei, qui per errorem, aut ignoranter solvit: et contra si consulto solvit, donasse videtur 1605. et 1698.—Repetita videntur, quae in praefationibus dicuntur. *ibi*.— Repetitio pecuniae non datur propter causam non secutam non culpa accipientis, sed fortuito casu 1699. et 367. —Soluti ex transactione non est repetitio 1813. — Solutione facta per sententiam judicis falsis instrumentis postea habitis, soluti repetitio datur 1816. — Solutum vi transactionis post rem judicatam repeti potest 1823. — Quod datur meretrici non repetitur 1157. — Res tota, cum individua sit, repetitur, si pars indebite soluta sit 1715 — Si solutum sit plus, quando res est individua, tota repetitur, manente pristina obligatione 1442. — Solutum a sciente se non debere, non repetitur 1743. et 1818.—Solutum ex testamento repetitur, si ruat causa testamenti, item si proferantur codicilli; item ex alia causa 1819. — Solutum ante diem non repetitur 1820.—Solutum ante conditionem repetitur, nisi ea omnimodo foret extitura 1822. — Solutum indebite cum accessionibus, et fructibus repetitur, non cum usuris 1821. — Solutum quod sub incerto die debetur, die existente non repetitur 1823. — Solutum ex debito naturali non repetitur 1827. — Solutum vi rei judicatae non repetitur tanquam indebitum 1828. — Alimenta data pietatis causa non repetuntur 78.— Usurae usurarum solutae repetuntur condictione indebiti 1991.

RES.

Res inter alios acta tertio non nocet 1703. — Res nullius primo occupanti conceditur 1704. — Res incorporales traditionem, et usucapionem non accipiunt, sed pro possessione est juris usus 1705. — Res in bonis habet, qui eas vel retinere, vel persequi potest 1706.—Res aliena bona fide alienari potest, sed ab emptore auferri potest 1707. — Res cum omni causa restituenda, nec videtur reddita, si deterior facta sit, vel ita, ut non possit haberi 1709. et 1288.— Res tanti valet, quanti vendi potest 1712. — et nisi valeat modo, quo agitur, valet omni jure, quo valere potest 1713. — Res commixtae cedunt communiter, si separari nequeant 1714. — Res sua nemini servit 1717. — Res perit domino 1718. —Res per particulas solutae facile dissipantur 1720.— Res periculo nostro esse dicuntur, in quibus culpam praestamus 1721. — Res commercio exemptae non debentur 1722.—Res transit cum onere suo 1723. — Unusquisque est rei suae moderator, et arbiter nisi tertio noceat 1970. — Rem amittere videtur is, qui adversus nullam ejus persequendae actionem habet 109. — Non videtur rem amittere, cui propria non fuit 1278. — Nomina rerum ex communi usu exaudiri debent 1265. — Rei suae neque pignus est, neque emptio, locatio, precarium, depositum 1683. — Nomina rerum sunt immutabilia 1266.

RESPUBLICA.

Respublica jure minorum utitur 1728. — Reipublicae summa cura principi est 1684. — Reipublicae interest diruta extrui, ne civitas ruinis deformetur 1685. —Respublica praefertur omnibus creditoribus chirographariis 1501.

RESTITUTIO.

Restituere significat corpus cum omni causa reddere, etiam cum fructibus 1729. — Restituitur debitori solventi chirographum debiti, et instrumentum, seu titulum 1730. et 1817. — Frustra petitur, quod mox restituendum est 697. et 455. — Non videtur res reddi, quae deterior redditur 1288. et 1709. — Capere non videtur, quod quis debet restituere 174. — Commodatarius rem ipsam commodatam restituit 213. — Restituitur a patre dos data filiofamilias, et patri 507. — Praedo recuperat impensas in restitutione fructuum, si melior res facta sit 1499. — Qui rem alienam in-

pe'it ad solutionem 15. — In dubiis benignior sententia praeferenda est 862. — Error calculi in sententia corrigitur sine appellatione, nec praescribitur 573.
Vide. — CONDEMNARE. — CONDEMNATIO.

SEPARATIO.

Defuncti creditores separare possunt ejus bona a bonis haeredis, etiamsi haeres bona haereditaria hypothecae subjecerit 1766. — Separatio impetratur adversus haeredes haeredum 1767. — Separatio cessat mixtis bonis, ut distingui nequeant 1768. — Separatio peti potest pro debito conditionali 1769. — Separatio ab haerede frustra desideratur vendita haereditate, si nulla fraudis suspicio incurrat 1770. — Separationem amittit, qui fidem haeredis secutus novaverit 1772. — Separationem petere potest legatarius. *ibi.* — Separatio conjugum educationem filiorum judici tribuit 1771.

SERMO.

Sermo duas sententias continens eam retinet, quae aptior est rei gerendae 1668. et 1775. — Indefinitus sermo aequipollet universali 857. — Obscura locutio contrahentis fallendi causa dolus est 1341. — Pluralis locutio saltem duorum numero est contenta 1436.
Vide. — AMBIGUITAS.

SERVITUS

Servitus lenius, non durius exerceri potest 1776. — Ad certam partem fundi tam remitti, quam constitui potest. *ibi.* — Servitus omnibus partibus divisi fundi debetur 1777. — Servitus longa possessione acquiritur 1778. — Servitutes possessione retinentur in superficie 1779 — Servitutis pristina forma servanda 1780. — Servit locus loco lege, natura, et vetustate 1781. — In servitutibus praedialibus fundus servit fundo 699. — In servitutibus minori servientis fundi detrimento spectandum 907. — Condominus servitutis nec eam cedere, neque eam super re communi imponere potest 248. — In facienda divisione servitus alteri fundorum imponi potest 441. — Res sua nemini servit 1717. — Usucapio procedit in servitutibus 1983.

SOCIETAS

Societas tamdiu durat, quamdiu consensus partium integer perseverat 1791 — Societas si alicujus rei sit, et finis negotio impositus, finitur. *ibi.* Societas rerum inhonestarum nulla est 1792. — Societas non recte contrahitur donationis causa 1793. — Societas fidem exigit, et jus quodammodo fraternitatis in se habet 1794 — Socii non sunt, qui rem in communi emunt 1795. — Socius renuntians non liberatur a sociis; hi vero ab eo liberantur, si dolo malo, vel intempestive renuntiatio facta sit 1796. Socius mei socii socius meus non est 1797. — Socius delicti beneficio sui socii non gaudet 1798. — In contractibus societatis fides exuberet 908. et 1794. — Unusquisque socius habet facultatem re communi utendi 1976.

SOLVERE—SOLUTIO

Solvendo est, qui habet pro se fidejussorem 1800. — Solvens ei, qui gerit pro alio, non liberatur, nisi dominus ratam solutionem habuerit 1801. — Solvens quoddam in sortem, et usuras, id prius in usuras, inde in sortem imputatur 1802. — Solvens alteri, quam vero creditori, ab obligatione non liberatur 1803. — Solvens partem gratuito pro alio non tenetur ad solutionem alterius partis 1804. — Solventis electio. *Vide*—ELECTIO — Solvere potest et qui debet, et alius pro eo; non aliud pro alio invito creditore 1806. 92. et 87. Solvi potest ante diem 1807. 423 et 435. Solvit qui satisfacit, aut quoque modo se liberat 1808. Solvit qui reum delegat 1809. — Solvitur recte uni ex pluribus tutoribus, item curatori 1810 — item et procuratori tutoris, si solutum in rem pupilli versum sit 1811. — Solutio ultimae ratae debiti praecedentium inducit solutionis praesumptionem 1813. — Solutione ignorans, et invitus liberatur 1814. — Solutionem allegans probare eam debet 1815. — Soluto debito solvitur pignus, hypotheca, et fidejussio 1817. — Solutum non praesumitur indebitum 1824. — Pecunia soluta praesumitur solventis nisi contrarium probetur. *ibi* — Solutum jussu meo mihi solutum videtur 1825. — Solutum procuratori revocato ab ignorante valet 1826. — Dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis 422. — Donasse videtur, qui consulto solvit 488. — Interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere 926. — Qui cito solvit, bis solvit, qui sero solvit, non

solvit 1440. et 1624. — Aliunde quam in loco promisso solvere invito creditore nemo potest 91. — Unusquisque sibi ipsi solvendo est, et quod ad se attinet, dives est 1975. — Improbus non est, qui ignorat quantum solvere debet 832. — Liberatio pars est solutionis 1096. — Qui sic solvit pecuniam, ut statim eam recipiat, solvisse non videtur 1631.

Vide. — REPETITIO.

SPECIES.

Debitor certae speciei ob rei interitum ante diem, et sine culpa liberatur, secus post moram 372. — Generi per speciem derogatur 718. — Duo specialia non possunt concurrere in eodem subjecto 525. — Ea, quae communiter omnibus prosunt, praeponenda sunt iis, quae quibusdam utilia sunt 539.

STATUS.

Statum mutans delictum non exuit 1834. — Status mutatio probari debet 1835. — Status causae praejudiciales sunt, et is potior est, qui quaestionem movet 1836. — Status liberorum non laeditur ob tenorem instrumenti male concepti 1837. — Compromissum de causa status nullum est 230. — Dementia statum non mutat 403.

STELLIONATUS.

Stellionatus objici potest his, qui dolo quid fecerunt. 1839. — Stellionatus crimine plectetur qui rem alienam, vel alii obligatam, alienatam, vel donatam mihi pignori dedit sciens, prudensve 1839. — Stellionatus damnati infames sunt 1840.

STIPULARI. — STIPULATIO.

Stipulandi reus est creditor (alias dicitur stipulans); promittendi reus est debitor (alias dicitur stipulator) 1841. — Plurium reorum stipulantium uno agente, non recte alteri solvitur 1842. — Nemo alteri stipulari potest, nisi ejus intersit. *ibi.* et 97. — Stipulari surdus mutus, et absens non possunt, ne nutu quidem 1843. — Stipulatio in solidum inter creditores facit, ut res in solidum singulis debeatur: inter debitores vero, ut singuli debeant, et totum contra unum peti possit, isque ab altero recipit, quod pro eo solvit 1844. — Stipulatio ad tempus mortis de morte naturali intelligitur 1845. — Omnis stipulatio ad haeredes, et contra haeredes transit 1846. — Stipulatio de futura successione non valet 1847. — Stipulatio per rerum naturam persolvenda ante tempus peti non potest 1848. — Stipulatio turpis ipso jure nulla est 1849. et 1938. — Stipulationes, quae consensu constant, quibuscumque verbis conceptae valent 1850. — Tempus stipulationis sequimur, et actus debet esse continuus 1851. 291. et 872. — Pactum stipulationis in solidum expressum esse debet 1852. — Stipulator contra se habet interpretationem 1853. et 862. — Unus stipulatorum reorum solvens in regressu contra alios singulas partes petit, et aliqua pars deficiens cedit caeterorum oneri 1854. — Stipulationem non suspendit conditio in praesens, et in futurum collata 237. — Nemo potest alii stipulari, quam sibi ipsi 1245. — Nemo rem suam utiliter stipulatur 1240. — Aquiliana stipulatio omnes obligationes perimit, nec pertinet ad lites de quibus non est cogitatum 127. — In stipulationibus sequimur quod actum est, quod usitatum, quod minimum est 909. et quod palam verbis non exprimitur, illud pro omisso habendum 912. — Inutilis est stipulatio rei, quae dari non potest, aut quae pendent a conditione impossibili 952. — Quot sunt causae stipulationum, tot sunt stipulationes 1665. — Ambigua verba contra stipulatorem interpretantur 102.

Vide — OBLIGATIO — PACTUM.

SUCCESSIO — SUCCESSOR

Successio testamentaria legitimae anteponitur 1861 — Successionis legitimae ordo est, primo vocantur liberi, et descendentes, deinde parentes, caeterique ascendentes, postremo ex latere conjuncti 1862. — Successionis jus non est titulus praescriptionis 1863. — Successores universales tenentur in solidum de dolo defuncti incidenti et alias 1864. et 765. — Successori obstat, quod et auctori 1865. et 1648. — Successori non iterum nocet, quod auctori nocuit 1866. et contra 1640. — Successoris, et auctoris par conditio est 1867. — Qui succedit in locum alterius plus juris habere nequit, quam suus auctor 954. — Qui succedit in

locum alterius succedit et in ejus jura 1597. et 954; et justam habet causam ignorandi ejus factum 1618. — Qui in universum jus defuncti succedunt, loco haeredis habentur 1622. — Quotiens duplici jure alicui successio defertur, sublato uovo remanet vetus 1667.— Affinitatis jure nulla successio 66. — Jus sepulcri transit ad filios etiam non haeredes, aliosque successores 1773. — Liberi ab intestato aequaliter succedunt 1098.—item matri succedunt omnes filii ex diversis matrimoniis 1140. — Pater succedit filio in bonis a se profectitiis, non in donatis a principe 1405.

SUUM.

Suum perfecte non videtur esse, quod ex causa auferri potest 1873. — Suum est quod commune est 1874. — Dolo non facit, qui suum recipit 453.

T

TACERE. — TACITUM.

Taceus non fatetur, sed non negat; affirmat in favorabilibus 1876. 1276. et 1593.— Tacite quaedam possunt fieri, quae non possunt expresse 1877. — Quae insunt tacite, si adjecta sint, nihil novi juris constituunt 1878.

TEMPUS—TERMINUS.

Tempus, id est, dilatio, seu terminus in contractu, vel in testamento intelligitur appositus pro promissore, vel pro baerede 1881. —Tempus contractus spectandum 1851. 1882. 910. et 291. — Tempus non est modus tollendae, vel inducendae obligationis 1882.— Ubi lex duos dat menses pro termino audiendus est, qui sexagesimo primo die venit 1959.— Dies termini non computatur in termino 419. — Dotis solvendae tempus a nuptiis currit 522. — Die non adjecto in obligatione praesenti die debetur 418. — Media tempora non nocent 1147. — Prior in tempore potior in jure 1528.

TESTARI. — TESTATOR.—TESTAMENTUM.

Testamentariae voluntates plenius, quam contractus interpretantur 1883. et 939. — Testamenti ab initio inutilia ex postfacto non convalescunt 1884. et 940.—Testamenti pugnantia simul ruunt 1885. et 1702.— Pars una testamenti per aliam declaratur. 1885.— Testamenti causa potior, et prior successione ab intestato 1886. et 1861. — Testamenti factio juris publici est 1887. — Testamentorum jura per se firma sunt, non ex alieno arbitrio pendere debent 1889. — Testamentum furiosi, et dementis nullum 1890. — Testamentum nocte fieri potest 1891. — Testamentum ruit, ubi nullus haeres sit 1892. et 760. — Testamentum in futurum valet, si sine vitio coeperit valere 1893. —Testamentum non valet si ita scriptum *si haeres voluerit* 1894. — non sic et legatum. *ibi*.— Agnatione posthumi rumpitur testamentum 71. — Testandi jus inspiciendum de tempore testamenti, et mortis; quoad furiosos, et interdictos sufficit de tempore testamenti 1895. —Testari oportet uno contextu 1896.—Testari possunt mares completo anno decimo quarto: foeminae decimo secundo 1897. et 1165. — Testari prohibens fit indignus haereditate 1898. — Testari cogens etiam in crimen incidit 1899. — Testari nequit incertus de statu suo: nec certam in testamento legem dicere potest. *ibi*.— Testator legi derogare non potest 1900. — Testator eam sibi legem dicere non potest, a qua discedere nequit. *ibi*.— Testatoris voluntas magis, quam verba plerumque intuenda est 1901. 1759. et 2069. —Testatoris voluntas non solum expresse, sed etiam per conjecturas videtur revocari. 1901. — et voluntas ejus qualiscumque servanda legi non contraria 2069.—inepta tamen sua voluntas non valet 2070. — in fideicommissis autem praecipue servanda 2071. — Testatoris verba, quae non intelliguntur, pro non scriptis habentur, caeteris stantibus: item ea, quae in illam causam perveniunt, a qua incipere non potuerunt 1902. et 1582. 1888. — Testatoris voluntas primum locum obtinet in conditionibus scriptis in testamento, eaque regit conditiones 1903. — Testatoris suprema voluntas est ea, post quam nulla alia declarata est 1904. — Testatoris confessio in testamento se esse creditorem sola non sufficit ad crediti probationem 1905. — Nemo

potest partim testatus partim intestatus decedere 1231. — Si turbata sint signa testamenti a testatore, non videtur signatum testamentum 1783. — A significatione verborum testatoris non aliter recedi oportet, quam cum manifestissimum sit, aliud sensisse testatorem 146. — Quaestio voluntatis non admittitur, ubi in verbis testatoris nulla est ambiguitas. 2072. — Ambigua testatoris oratio ex ejus mente interpretationem accipit 101. — Casus omissus a testatore legi communi subjicitur 182. — Omissio necessariorum vitiat testamentum 1354. — Praeposteratio verborum non vitiat contractus, nec ultimas voluntates 1505. — Verba omissa in testamento, quae ex illis in eo scriptis intelliguntur, supplenda 2040.

TESTIS. — TESTIMONIUM.

Testes plures ex una domo esse possunt 1906. — Testimonium non scriptum non admittitur contra scriptum testimonium 1907. — Testimonium unius testimonium nullius 1908. et 417. — Nemo testis in causa propria 1908. — Testis mulier in judicio esse potest 1909. et 678. — Testis magistratus esse potest; non vero qui patrocinium praestitit in eadem causa. 1909. — Testis, qui adversus fidem suae testationis vacillat, non est audiendus 1910. — Testis punitur poena falsi, qui falsam testationem, testimoniumve falsum do'o malo coierit 1911. Testis fides, seu testimonii fides non admittenda propter lubricum consilii sui, nec propter notam, aut infamiam; nec ejus fides admittenda, cui imperari potest, ut testis fiat 1912. — Non multitudo testium, sed sincera fides, cui potius lux veritati adsistit, tenenda 1913. — Testibus in pari numero testationis extantibus pro libertate, et contra libertatem, pronunciandum pro libertate; item si dissonantes sint judicum sententiae 1914.

THESAURUS.

Thesaurus non est id, quod metus, lucri, et custodiae causa repositum fuit; sed est vetus quaedam depositio pecuniae, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habet 1915. — Thesaurus in proprio fundo inventus totus fit domini: in alieno fundo autem inventus dimidia parte a domino retenta, altera inventori traditur 1916.

TRADITIO

Traditione clavium fundi operatur traditio mercium 1918. — Traditionis ope res fit emptoris 1919. — Per traditionem dominia rerum transferuntur *ibi*, et 480. — Traditionis ope prius executae alteri de duobus emptoribus dominium rei traditae a possessore est detinendum 1920. et 1180. — Post traditionem impositam nuda voluntas non resolvit 1495. — Res incorporales traditionem non accipiunt 1705 — Usumfructum retinere est continuo tradere. 1996.

TRANSACTIO

Transactio fit de re dubia: non fit sine causa 1921. — Transactio cum eo, qui se haedem dicit, vero haeredi nec nocet, nec prodest 1922. — Transactio post rem judicatam non valet, nisi appellari potuerit 1923. — Transactio de alimentis auctore Praetore facienda 1924. — Transactio justis causis potest rescindi. *ibi*. — Transactio non extenditur ultra placita, et non cogitata, ac de de his valet, de quibus agitur 1925 — Transactio valet et existente lite, et per solum metum litis, nisi evidens calumnia detegatur 1926. — Transactio valere debet, alias nullus erit litium finis 1927. — Transactio inter fratres etiam minores valet, ut a fideicommisso se invicem liberentur 1928. — Transactio non rescinditur ob instrumenta noviter reperta, nisi a parte subtracta essent 1929. — Transactio par rei judicatae est 1930. — Transactio non valet, nisi aliquo dato, retento, vel promisso 1931. — Transactio non stat ex falsis instrumentis etiam cum jurejurando 1932.

TURPITUDO

Turpe est patricio, et causas oranti jus in quo versatur, ignorare 1936 et 810. — Turpia lucra sunt ab haeredibus extorquenda licet crimina extinguantur 1937. — Turpis stipulatio nulla est 1938. et 1849. — nullumque est pactum ob turpem causam 1378. — item promissio de turpi tam faciendo, quam non 1552. — Turpis quaestus suspicio evitanda est in uxore 1939. et 2015. — Allegans turpitudinem suam non auditur 1940. et 93. — In pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. *ibi*. 1473. — In turpiter factis non excusat paupertas 1940. — Con-

ditio turpis remittenda 240. — Pecunia turpiter accepta justius penes eum est, qui deceptus est, quam qui decepit 1415.

TUTELA — TUTOR

Tutela virile officium est, matre et avia excepta 1941.— Tutela est munus publicum 1942. — Tutela praecipue datur personae, secundo datur rebus. *ibi.* — Tutela, et cura de extraneis immunes sunt praesbyteri, diaconi, subdiaconi, non de cognatis, si velint 1943. — Tutor, et magistratus, qui pecuniam ex administratione in usus suos convertunt, usuras praestant cum dilatione, item tutor moram faciens in restituenda tutela 1944. — Tutor uti paterfamilias est 1945. — Tutor loco domini est, dummodo non spoliet pupillum; interdum salarium ei constituitur: lucrum vero ex tutela facere nequit 1946. — Tutor in rem suam auctor esse non potest, et agente cum pupillo curator datur in eam rem 1947. —Tutor suspectus est, qui sordide perniciose gerit, aut quid intercepit, et a tutela rejicitur ob segnitiem, rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam; non ob paupertatem si fidelis, et diligens sit 1948.—Tutor de suo non alit pupillum 1949.—Tutor repetit omnes impensas, et sumptus litium, ac viatica, nec non usuras pecuniae de suo consumptae 1950. — Tutor praestat culpam, et diligentiam, qualem in suis rebus 1951.—Tutor procuratorem constituere potest 1952. Tutori licet a debitoribus pupilli pecuniam exigere, non donare, vel etiam diminuendi causa cum eis transigere 1953. — Tutori non nocet eventus malus in bene gestis 1954. — Tutoris dolus neque nocet, neque prodest pupillo, nisi locupletior ex eo factus sit 1955, —Tutoris, vel curatoris dolo, seu lata, aut levi culpa a minoribus quid amissum in tutelae, seu negotiorum gestorum utile judicium venit 1956. — Nemo potest dare tutorem cuiquam, nisi ei, quem in suis haeredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset 1234. — Ubi tutela pervenit, ibi et haereditas, si tutor sit proximus parens 1958. —Judicatum exequi non potest contra tutorem in bonis propriis 993. — et cessata minoritate exequi potest contra minores 994. —Tutor deferre potest jusjurandum 1026. — Tutor potest esse testis in testamento 1038.—Tutor novare potest si id expediat; delegare potest etiam si non expediat 1295. —Obligatio mutuatur ex tutela 1319. — Pecunia penes tutorem extincta tutela non debet esse sterilis 1415. — Solvitur recte uni ex pluribus tutoribus 1810, et procuratori tutoris, si solutum in rem pupilli versum sit 1811.

U

VALIDITAS

Quod ab initio non valet, tractu temporis convalescere nequit 1649. — Ex postfacto quandoque convalescunt, quae ab initio non valuerunt 598. — Actus seu res valet eo modo, quo valere potest, nisi valeat modo, quo fit 41 1713. — In ambiguis orationibus ea fit interpretatio, qua actus valeat, non corruat 840.
Vide. — NULLITAS.

VECTIGAL.

Solus Princeps vectigal imponit, auget, minuitque 2017. — Fiscus immunis est vectigalibus 2018. — Vectigalis onus fundo cohaeret 2019.

VENDITIO — *Vide* EMPTIO

VERBA

Verba superflua apposita, vel omissa in contractibus nullius sunt effectus 2036. — Verba narrative posita non censentur dispositiva. *ibi.*— Verba etiam generaliter apposita debent aliquid operari, ne sint elusoria 2037. — Verba cum effectu sunt accipienda *ibi.* — Verba otiosa, temereque dicta nullius sunt effectus 2038. — Verba in dubiis demonstrative, non taxative sunt accipienda 2039. —Verba omissa in testamento, quae ex illis in eo scriptis intelliguntur, supplenda 2040. — Verba generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda 2041.—Verborum significatio retinenda, nisi manifestum sit aliud sensisse testatorem 2042. et 146.— Verborum nimia subtilitas voluntati contrahentium nocere non debet 2042. — Ubi verba neque

conjuncta, neque disjuncta sunt, sufficit alterutrum esse factum ut adimpleta obbligatio dicatur 1960.—Ambigua verba contra stipulatorem interpretantur 102. — In conceptione contractuum quidquid palam verbis non exprimitur pro omisso habetur 296. — Interpretatio congrua ducitur ex consequentia verborum 936. — Obscura verba declarantur per praecedentia clara 1339. — Praeposteratio verborum non vitiat contractus, nec ultimas voluntates 1505. — Qualitas adjecta verbo qualificatur secundum tempus verbi 1566.

VERUM—VERITAS

Veritati semper locus relinquendus 2043.— Veritatis fides verborum adminicula non desiderat. *ibi*. — Verum est in familia reliquisse, licet uni testator reliquisset 2044.—Acta publica exhibenda sunt ad veri fidem 17. —Acta simulata non possunt veritatis substantiam mutare 1785. — Alimentorum causa non facit praejudicium veritati 81. — Bona fides veritatis loco est 162.—Falsa existimatio veritati non nocet 596.

VIA

Via publica amissa vel fluminis impetu, vel ruina vicinus proximus viam praestare debet 2046. — Via vicinalis antiqua pro publica habetur 2047. — Viae publicae solum publicum est, non item viae privatae 2048.

VICTUS.—VICTORIA

Victus vestitum continet, et vitae necessaria 2050.— Victus victori debet expensas 2049. et 817.—Petitorum alter victus si acquieverit, alterius petitioni non praejudicatur 15.— Appellationis victoria prodest non appellanti, si una, eademque sit appellationis causa; item victoria haeredis prodest cohaeredi: victoria unius reorum alteri prodest 116.

VIDUA

Vidua amissi mariti domicilium retinet 2034. — Vidua dignitatem mariti detinet, sed novis nuptiis mutat 2055. — Stuprum in virginem, et viduam committitur 1856 et 49.

VIR

Vir, et uxor casus fortuitos reciproce ferre debent 2059. — Vir uxori mentecaptae curator dari non potest 2060. — Dignitas major in sexu virili 428. — Dignitas est foeminae a marito 430. — Donatio inter virum, et uxorem non valet 495.—Dos constante matrimonio in bonis viri est 509.— *Vide* — MARITUS.

VIS.

Vi dejectus restituendus in possessione; et fructus ei restituendi ex tempore, quo dejectus est 2051. — Debetur ei etiam, quod interest. *ibi*. — Vi dejectus intelligitur etiam non dominus 2052. — Vi factum videtur, si prohibitum sit facere 2056. et 614. — Vim, atque metum comprobare contra bonos mores est 2057.—Licet vim vi repellere 2058. et 383. — Vis sine corpore fieri non potest 2061. — Vis est majoris rei impetus, qui repelli non potest. *ibi*. — Vis facta a creditore in debitorem creditum amittere facit. *ibi*. — Vis, atque metus contrarii sunt consensui 2062. et 1262. — Non videtur vim facere qui suo jure utitur 1281. 453. et 1620. — Dolosa persuasio non minus malum est, quam violenta coactio 458.

VITIUM.

Naturali vitio parcitur 1209. — Possessor habet rei causam cum suis vitiis 1485. — Testamentum in futurum valet, si sine vitio coeperit valere 1893.

UNIVERSITAS.

Universitas manet in uno superstite 1968. — Universitatem facit major pars, et ejus consensus fit per duas tertias partes 1969. 1120. et 266. — Quod universitatis est, singulorum non est 1663. — Omnes consentire debent in eo, quod omnes tangit 1355.

VOCABULA.

Argumentum valet ab etymologia vocabuli 135. — Vocabula rerum sunt immutabilia 2064. et 1266.

familiam utentis extenditur; item ad inquilinum, et hospitem cohabitantem; etiam ad inquilinum pensionem solventem: item ad virum usuariae, etiam viduae; et ad socerum cum viro, nec non ad parentes 1999. — Jus usus minus est, quam ususfructus 2000. — Usuarii rem non potest proprietarius commutare 1979. — Nomina rerum ex communi usu exaudiri debent 1265. — Unusquisque rei suae abuti non potest 1970 — Conductor expelli potest ob usum proprium domini 251. — Contractus sequuntur quod usitatum 293. et 600. — Aliquo concesso ea omnia intelliguntur concessa, sine quibus commodi uti non possumus 88.

Vide. — MOS.

USUSFRUCTUS.

Ususfructuarius novum tectorium facere non potest 2001. — Ususfructuarius deteriorem causam proprietatis facere non debet 2002. — Ususfructuarius cautionem dare debet 2003. — Ususfructuarius expellere potest conductorem 2004. — Ususfructus minuitur falcidia 2005. — Ususfructus areae perit aedibus exustis: item aedibus impositis: item si ager stagnum fiat; aut contra: item si pro silva caedua sationes fiant 2006.—Quasi ususfructus ex pecunia habetur 2007. — Ususfructus morte amittitur 2008. — Ususfructus non dominii pars, sed servitutis est: aliquoties etiam pars dominii est 2009. — Usumfructum retinere est continuo tradere 1996. — Usumfructum constituere est species alienationis 1997. — Pater usumfructum habet in bonis maternis filiorum, nec illum amittit denuo nubens; eumdem usumfructum habet in omnibus, quae liberis quaeruntur, exceptis peculiis castrensibus, et quasi castrensibus, non quando filio cum aliis filiis succedit 1401.

UTILITAS.

Utile per inutile non vitiatur 2010. — Utiles impensas repetit conductor ejectus ob pensionem non solutam. *ibi.* et 821— Utilitas subtilitati anteponenda 2011.—Ea, quae communiter omnibus prosunt, praeponenda sunt iis, quae specialiter quibusdam utilia sunt 222. 1576. et 539. — Ea, quae semel utiliter constituta sunt, durant, licet extiterit ille casus, a quo incipere non potuerunt 530. — In ambiguis quod utilius sequimur 840. — et quod tendet ad eamdem utilitatem 932.

UXOR.

Uxor pro viro de injuria non agit, sed contra; nec conveniri potest ob culpam viri 2012.—Uxor sequitur domicilium viri 2013. — Uxor gaudet honore mariti 2014.—Uxoris non praesumitur esse quod habet, sed viri, ad evitandam turpis quaestus suspicionem 2015. et 1939. — Beneficium competentiae, ne egeat, competit marito, et uxori vicissim 155.—Haeredi quoque uxoris competit actio revocandae alienationis fundi dotalis 513. — In officio mariti uxor esse debet 894.

Vide. — MULIER. — FOEMINA.

FINIS



ERRATA

Pagina V. caeperunt *corrige* coeperunt — *ibi* Reipublice *c.* Reipublicae. *Ibi* praerant *c.* praeerant. — *P.* 2. seguitur *c.* sequitur — *Ibi.* ed. *c.* edi — *P.* 3 invium *c.* invicem — *P.* 5 cui *c.* cujus — *Ibi.* agendem *c.* agentem — *P.* 8 quin *c.* quia — *P.* 9. se non costituit *c.* sibi non constituit — *P.* 11 sub conditore *c.* sub conditione — *P.* 20 summae *c.* summas — *P.* 23 nepotis *c.* nepoti — *P.* 27 petione *c.* petitione—*Ibi* Captari *c.* Non captari — *P.* 28. amissus *c.* omissus. — *P.* 29. profuturamque est *c.* profuturamque ei. — *P.* 31 pretium minoris *c.* pretium minus. — *P.* 33 maximum *c.* maximam. — *P.* 36 quominus non impleatur *c.* quominus impleatur. — *P.* 38 et quid fiat *c.* ut quid fiat. — *P.* 39. recipe *c.* recipere — *P.* Contractum naturae *c.* Contractuum naturae. — *P.* 53. teneatur *c.* tueatur.—*P.* 54. partim *c.* partem. — *Ibi.* vel parere *c.* vel cui parere. — *P.* 64. classimam *c.* clarissimam *P.* 71. juxtam *c.* justam — *P.* 75. ingratitudinem *c.* ingratum animum. *P.* 76. calcolata *c.* calculata. — *P.* 81 fuerunt *c.* fuerint. — *P.* 86. dum de corpore constat *c.* dum de corpore constet. — *P.* evicta re presta *c.* evicta re praestat. — *P.* 88. et praetium *c.* et pretium. — *P.* 98 a proximioribus *c.* a proximis. — *Ibi* potulisse *c.* protulisse.—*P.* 104. fructum *c.* fructuum. *P.* 106. mox restituturum *c.* mox restituendum.—*P.* 119. dum deliberat *c.* dum deliberet. — *P.* 133. Incaeptum *c.* Incoeptum. — *Ibi.* Incertitudo *c.* Incerta res. — Ibi. sin alla mettà *c.* sin alla metà. — *Ibi.* meno a aver *c.* meno a favor— *P.* 136. alieni *c.* alicui. — *P.* 144. — Interes quantum alicui *c.* Interest quantum alicujus.— *Ibi.* summo *c.* sermo. *P.* 147. supplere *c.* suppleri — *P.* 170. Si quis impedit ne *c.* si quis non impedit, quominus—*P.* 178. maleficium dixtinguitur *c.* maleficium distinguitur *P.* 184. — molitatis *c.* malitatis. *P.* 191. Fecunditas *c.* foecunditas. —*P.* 199. lominus *c.* dominus. — *Ibi.* Nemo debet quis firmiter *c.* Nemo debet firmiter — *P.* 209. δηνάρα *c.* δηνάρια — *P.* 219. relinquisset *c.* reliquisset. — *P.* 220 post *c.* postea. *P.* 229 il pensiero deve di delinquere *c.* il pensiero di delinquere — *P.* 239. altenus *c.* alterius — *P.* 240. quando mala fides *c.* cum mala fides. — *P.* 244. rei propria *c.* rei propriae—*P.* 253. ut evitet *c.* ita ut evitat. — *P.* 256. hanc facit *c.* hanc fecit —*P.* 257. est minor *c.* est minus.—*P.* 267. continua, ed opponente *c.* continua, ed apparente — *P.* 269. onero *c.* onere.— *P.* 273. voluisse legislator *c.* voluisse videtur legislator *P.* 274. seniorum *c.* seniorem — *P.* 276. ereditaria *c.* haereditaria. — *ibi.* dixtingui *c.* distingui. — *P.* 279. impleri *c.* implere. — *P.* 281. alicui *c.* alieni — *P.* 282 repetio *c.* repetitio — Item in pag. 283. — *P.* 285. operae, quae *c.* operae, quas — *P.* 287. Nisi ei interest *c.* nisi ejus intersit — *P.* 289. memorieris *c.* morieris — *P.* 293 universitales *c.* universales — *P.* 302. rem judicatum *c.* rem judicatam. — Ibi. delegitur *c.* detegatur. —*P.* 308. factus est, *c.* factus sit *P.* 311. de socio *c.* de sociis. — Ibi. Urbis appellatione *c.* Urbis appellatio — *P.* 312. possiderit *c.* possederit. *P.* 332. agerit *c.* egerit. — Ibi. equinoctium *c.* aequinoctium.

58

